BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ALESSANDRINA
D
K
39
ROMA

39.
39.

Digitized by Google

CARMINA

EX ANTIQVIS LAPIDIBVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

CARMINA

E X

ANTIQVIS LAPIDIBVS

DISSERTATIONIBVS AC NOTIS

ILLVSTRATA

A P. FRANCISCO MARIA BONADA

CL. REG. SCHOLARVM PIARVM

Eloquentiae Profeſſore in Collegio Vrbano de Propaganda Fide.

VOLVMEN II.

ROMAE, MDCCLIII.

Apud Joſephum Collini, & Benedictum Franceſi.

SVPERIORVM FACVLTATE.

Digitized by Google

Google

REVERENDISSIMO PATRI

FRANCISCO XAVERIO

VASQVEZ PERVANO

SACRAE THEOLOGIAE MAGISTRO

TOTIVS ORDINIS EREMITARVM S. AVGVSTINI

PRIORI GENERALI.

FRANCISCVS MARIA BONADA CL. REG. SCHOLARVM PIARVM

S. P. D.

ALTERVM hoc Volumen mandari quum typis coepit, id ferme temporis tuis par eſt promeritis data laus, ſive, quod idem eſt, tuis te virtutibus ornatum vi-

Digitized by Google

vidimus, PATER REVERENDISSIME, in comitiis nempe Bononiae habitis, doctiſſimorum optimorumque ſuffragiis hominum, quibus, ſi quis alius, tuus abundat ORDO, iſtius auctoritatem loci, quem probe ſuſtines, attigiſti. Percrebuit ubique nominis hinc celebritas, ac famae tuae. Honoris praeterea comes gratulatio haud impar fuit. Illud enim jam cunctis fere gentibus perſuaſum eſt, tum magnos in primis viros eſſe divina munera, tum qui ſacrorum, aut Magiſtratuum, aut Ordinum gubernacula teneant, non eos temere non fortuito cooptari, quare vix dignitatem adepti ſunt, tametſi nihil minus, quam plauſus captent, impedire id tamen nequeunt, quin aliis atque aliis gratulationibus, ſive quorum ab ipſis res magnae aguntur, ſive quorum intereſt ſola virtus, occupatiſſimi eſſe ſoleant. Sed redeo ad te. Quod paſſim cernitur optimis quibuſque viris, quum in edito collocantur, uſuvenire, hoc te maxime expertum eſſe, ne latius pervager, qualecunque id Operis argumento eſt, quod tibi de iſta tua, quae multo ſe plus accepiſſe, quam dediſſe exiſtimat, honoris amplitudine gratulatur. Singularis illa modeſtia tua, cui ſola virtus, ſed nuda prorſus ab omni laude, probata eſt, me illa quidem, niſi id, quod tibi praeſto, tam parum eſſet, quam quod minimum offerri poteſt, vehementer ab hoc officio abſterruiſſet, quum praeſertim ſtudiorum, quae

hic

Digitized by Google

hic tractantur, eorumque, unde fructus in te maximos trajeciſti, ſit alia plane ac diſſimilis omnino ratio. Tu videlicet iis in diſciplinis, unde major ad gloriam aditus patere ſolet, continenter & accurate verſatus es, ſummaque cum laude tua, ac tuorum utilitate optimas facultates, quae reliquarum dominae atque reginae ſunt, philoſophiam ac theologiam diligenter, copioſe, docte interpretatus, poſt te diſcipulos reliquiſti, qui nunc eaſdem & probe tenent, & ſtrenue profitentur doctrinarum aemulatores ac laborum tuorum. An timidam id vero efficiat obſervantiam hanc in te meam? imo etiam excitet neceſſe eſt. Siquidem, ut id palam fatear, quod veriſſimum eſt, ſuaviſſima antiquitatis ſtudia nullo cum Ordine, quam cum iſto, cujus tu princeps ac parens es, arctiore vinculo continentur. Quid? quod inveniri vix alium arbitror, cui tantum debeat antiqua res? Quis enim clariſſimus ille Fortunatus Scacchus? ea nimirum doctrina, eruditione, auctoritate vir, cujus gratia vix dici poteſt, quid ſacra antiquitas claritatis, quid ſplendoris, quid dignitatis habet. Quis Onuphrius Panvinius? veterum ille rituum, ludorum, nominum, hiſtoriarumque ſcriptor, ac totius antiquitatis interpres optimus, qui & cogitatis & ſcriptis omnibus non modo vicit aetatem ſuam (tempore non enim ſuo ac praematuro interitu extinctus eſt) verum etiam omnis memoriae

riae gloriam adaequavit: tam praeclare immortaliterque de multiplici philologiae ſtudio meritus eſt. Quis Angelus Rocca, iſtius auctor Bibliothecae Angelicae, & Epiſcopus Tagaſtenſis? is nempe vir, qui pro munere, quo fungebatur, Chriſtianae antiquitatis utiliſſima commentaria edidit, cum de aliis argumentis, tum praecipue de Ritibus, de inſcriptione SEMONI DEO SANCO FIDIO &c. ac de Tabulis Donariorum marmoreis Romae a Beato Gregorio Magno SS. Apoſtolis Petro & Paulo dicatis. Quis Cardinalis Noriſius? vere ſapientiae Princeps Eminentiſſimus, quem de abditiſſimis maximeque arduis theologiae partibus ſi diſputantem audias, haerebis animo, ac vix credideris, qui tandem potuerit una mens, unus vir in profana eruditione tam mirifice excellere: in utroque autem ſcribendi genere illius doctrinam dixeris altum flumen ac latum; illius eloquentiam, ut a ripa ſolvit, multo vehi longius rapidiuſque, quam ut cujuſquam ingenio liceat pone ſequi, nedum vincere aut aequare. Jam vero qui ſui patronum Operis nacti ſunt, illud habent in more poſitum, ut verborum apparatu quam ſplendidiſſimo verſari ſoleant ejus in dignitate, recteque geſtis, ſi modo ſunt, aut impudenter fingere, ſi nulla ſunt. At ego arrogem ſi mihi alterum, alterum niſi deprecer, amens ſim. Novi quam generoſa ſimul ac delicata ſit virtus tua. Sic ero igitur officii retinens,

nens, ut tecum loquar, ſi per te liceat, ſed nihil de laude tua. Videlicet quicquid dixero, ad prudentiam referri volo aut Principis, aut tuorum. In BENEDICTO XIV. univerſus, qua late patet, Chriſtianus orbis & Parentem ſuſpicit, & Pontificem veneratur, qui pro mentis excelſitate fere divina, plura didicit, quam alii concupiverint; plura ſcripſit, quam alii legerint, plura demum, quod ea jam aetate mirandum eſt, memoria tenet, quam alii legendo quaerendoque cognoverint; adeoque nulla res eſt tam alte poſita, quae illius ſcientiam fugere poſſit. Aut igitur, quod docti pernegant, fateri oportet, cum ſapientia imprudentiam commiſceri, aut laus eſt tua, cui nulla par, vix magnus ille vir, qui tenuit proximus ante te iſtum gradum, e vivis ceſſit, ab hoc Pontifice, ab hoc Principe Vicarium primo, deinde Priorem Generalem te non probatum modo, verum etiam laudatum eſſe, ac peramanter in praeſens foveri, protegi, commendari. Jam illa a vobis celebrari comitia ſolent, quo, ſive in rebus agendis prudentia, ſive ſcientiarum cognitio conſideretur, univerſi conveniunt Ordinis ipſa lumina. Nullus euripus, nullum fretum tot habet motus, quot aeſtuant agitationes, ubi imperitia dominatur. At longe ſecus, ubi ſedem ſapientia ſtabilem nacta ſit. Diſtractae interdum ſententiae ſunt, ſed quandiu ex multis, quae ſit optima viri virtus, haud

ſatis

ſatis liquet. In quem vero cooptatio inciderit, is plane vir & haberi & eſſe debet, in quo ſumma ſint omnia. Gaude igitur tam excellenti bono, nec modeſtia mihi ſuccenſeat tua, ſi ex iſto, quo ut merito frueris, ſic diu pervelim, virtutis praemio laetitiam dico cum in provinciis ac regnis omnibus, ubi Ordo nunc tuus, ut ſemper, floret, tum praeſertim in Hiſpania ſingularem animi jucunditatem obortam eſſe. Ter illa felix ac perbeata virtutum altrix multos jampridem Ordines, ac Patriarchas Eccleſiae dederat ſanctitate, rebuſque geſtis incomparabiles, interim vero poſt tot jam ſecula, quum immortalitatis & gloriae inſignia iiſdem, quibus beneficentiam ſol, terminis definiret, e ſuis adhuc optabat virum, cui ſupremam tui, quem impenſe diligit, moderationem Ordinis gratularetur. Indiarum vero, ubi ſplendidiſſimo e genere, ut per ſe ſatis indicat Vaſqueſia gens, & natus es, & liberaliſſime educatus, Indiarum, inquam, Procuratorem Matriti primum, deinde Romae, tum Magiſtri laurea donatum, atque Aſſiſtentem, ut ajunt, Generalem, nec multo poſt Procuratorem totius Ordinis, ac mox Vicarium Hiſpania te vix audivit, nullum ſibi dubitandi locum reliquit, quin per te ſibi expectata jampridem, & ſemper optata dignitas obveniret. Ac facta nunc voti compos, quam ſingulariter ſibi gaudeat, quam te in ore, in oculis aſſidue ferat, nec

ego

ego perſequi dicendo poſſum, nec tu facile cogitando. Quanquam illa de te quid ſentiat, tu plane noſti, quum re non ſemel expertus ſis, quanta ſit clementia, quantus amor optimi ſummique Regis Ferdinandi VI. quem ſua ipſius religio, & regiae virtutes omnes jampridem conſecraverunt ad orbis terrae memoriam ſempiternam. Et quoniam id minus cogitans ad majeſtatem Catholici Regis te proſequutus ſum, ſine, obſecro, illius ex auguſtiſſimo ſolio me argumentum capere, quo nihil magis mihi prodeſſe poteſt. Quandiu antiquitati ſuus conſtabit honor, tandiu miris in caelum laudibus efferetur Alphonſus Aragoniae Rex, quod in obſidione Cajetae, quum lapides, quibus opus erat ad exploſionem tormenti bellici, defeciſſent, quumque non procul villae, quam Ciceronis fuiſſe opinio erat, antiqua rudera ad manum eſſent, maluit ab oppugnatione abſtinere, quam monumento non parcere tam magni viri. Quod tibi praeſto, PATER REVERENDISSIME, obſequii genus, ſi quid habet pretii, quod ſentio, quam ſit exiguum, totum antiquitati acceptum refert. Sed tu Alphonſi exemplo motus, ne, quaeſo, velis huic Volumini, quam enixe implorat, patrocinii gloriam denegare. Hanc ſi concedere benignitate, qua vales plurimum, non graveris, ante mei me oblivio capiet, quam mihi hujus beneficii tui recordatio non omni tempore jucundiſſima futura ſit.

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. Maria de Rubeis Patriarcha Conſtantinopol. Viceſg.

IMPRIMATUR

F. Joſeph Auguſtinus Orſi Ordinis Praedicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

Digitized by Google

SYNOPSIS.

De ritibus apud Ethnicos in ultimo vitae articulo uſitatis cur taceant veteres ac recentiores? Laudantur qui primi eos ritus ex lapidibus collegerunt. II. *Teſtamentorum, Legatorumque diverſa genera. Diſtincti a teſtibus ſignatores. Patavini marmoris explicatio. Quis, & quibus traditus in morte annulus? Fortunae inſignia mortis ſolatia.* III. *Sacerdotum morientibus adſtantium ritus ex lapidibus, cauſa & ratio ex mythologiae tenebris conjicitur.* IV. *Invocati a ſacerdotibus Dii animarum duces: in primis Mercurius, dictus animarum Quaeſtor, & Nomenclator, itemque Praeco, & Legatus inferorum. Signa aenea, & marmorea anaglypha rem confirmant.* V. *Parcarum eadem, quae Mercurii poteſtas. Parcis additus Hercules, cujus ductus, ubicunque animarum ſedem, quae multiplex, priſca ſibi vanitas fingeret, maximi habebatur.* VI. *Amor, & Pſyche in gemmis conſiderantur.* VII. *Animarum ducibus adduntur Genii, & Manes fatorum arbitri; tum Jupiter Parcarum ductor. Cur Sol, & quando potiſſimum invocatus?* VIII. *Sacerdotes a morientium lectulo nulla lex amovebat. Multa de ſacerdotibus Coronatis, unde explicatio marmoris Pariſini.* IX. *Vas cum igne, & ternarius ſacerdotum numerus in dicto marmore quaeritur, quid ſibi velit? Naeniae, & Iſidis poteſtas. Sacerdotum formula ad morientium lectulos inveſtigatur.* X. *Tibicines ſupremo in vitae momento cur adhibiti?* XI. *Luctus domeſticus, dum quis efflaret animam, in lapidibus obſervatur.* XII. *Extremis lux*

 data

data ritibus in ipſo interitu uſitatis. XIII. *Mortuorum unctura duplex, ſervilis, & libera. Haec Romae, quam in Aegypto, ſumtuoſior. Virtus mumiarum medica exploditur. Cadaverum conditura multiplex*. XIV. *Domi ante funus, quanta mortuorum cuſtodia? Quantula ejus merces? Quae poena, ſi quicquam cadaveri defuiſſet?* XV. *De Riculis, & Riciniis Gutherius, & alii emendantur. Ricinii genus duplex. Veſtes Attalicae ſepulcro traditae. Quando, & unde id vetitum?* XVI. *Sterilitatis dedecus in funere; foecunditatis praemium exquiritur. Scaliger confutatur. Matronarum luxus in pompa funebri*. XVII. *Contra Scaligerum ſtatuitur, foecunditatis praemium fuiſſe coronas virtute partas. Funebris coronae nobilitas apud Graecos. Laudatae matronae in funere*. XVIII. *Virorum liberalitas, ſeu mavis levitas, in uxorio funere declaratur. Multa de Annulis. Conjugum ritus ad virorum rogum. Digreſſio ad conjuges barbarorum*. XIX. *Lugendi, elugendique, ac ſublugendi tempus, & ratio. Auguſtarum a ſecundis nuptiis alienatio*. XX. *Veſtis funebris color primo niger, deinde albus, ac denuo niger in more fuit. Intermittendi luctus cauſa multiplex*. XXI. *Liberorum in parentes laudata pietas. Varia eorundem perſtricta officia. De ludis circenſibus, & eorum antiquitate, ac pompa. Spectatorum quae corona, quae veſtis?* XXII. *De Ludis ſcenicis. Gladiatorii muneris crudelitas, origo, interdictio*. XXIII. *Convivii funebris apparatus. Ad epulum ferale admiſſa ſaltatio ſcopias, & aſcoliaſtae, ac manducones*. XXIV. *Praeter epulum data viſceratio, diviſiones, ſportulae, alimenta, & incrementa*. XXV. *Cura conjugalis in virorum ſepulcris adeundis, cuſtodiendiſque, & honorandis*. XXVI. *Multiſariam ſepulcra abſcondita, & urnae in ſepulcris.*

DIS-

DISSERTATIO VI.

De Noviſſimis Connubii Affectibus.

REVERENDISSIMO PATRI.

PAVLINO A SANCTO JOSEPH.

Cler. Reg. Scholarum Piarum Praepoſito Generali.

APPRIME illud approbo Epicteti ſtoici: SILENTIVM AMA. Cui me ſtudioſius inſervire, ſi unquam alias, nunc fas eſſe intelligo. Satius eſt enim vel eſſe mutum, quam, ubi copiam res ipſa poſtulat, gratam expromere non poſſe vocem, quin illi ipſi, cujus laudes efferre debeas, importuniſſimus videare. Talis eſt porro, nec ſine cauſa, conditio mea: Alterum hoc Volumen non tam priori ut reſponderet,

Digitized by Google

quam ne propalam me ingratum proderet, exordium habere ejuſmodi omnino debuit, ut Sexta haec Diſſertatio in tuo nomine appareret, non patrocinii cauſa, ne mihi potius, quam tibi favere arguerer, ſed officii, quod debeo, publice teſtificandi. Quí vero id facerem cogitanti, occurrebat ratio perquam difficilis planeque nova, quod mihi per te haud liceret dicere de te quicquam; imo, quod vel audaciſſimum permoveret, ſive oratione, ſive ſilentio uterer, res mihi utraque impeditiſſima eſſet, quum neceſſario hinc ſubire, quicquid conſilii caperem, oportere viderem, aut notam impudentiae certiſſimam, aut animi parum grati maculam ſempiternam. Publice ingratus audiam, ſi taceo, neceſſe eſt; non ero tibi, ſi verbum fecero, non plus quam impudens. Quid ergo? Tanti eſt modeſtia mihi tua, ut ſciens volenſque, dum illi indulgeam, ingrati notam non deprecer, quam graviſſimam judico. Interim vero hac conditione delector, ac mihi illud jucundum eſt, quod etſi repente, quae nulla eſt, ſumma mihi obveniat dicendi copia, non plura tamen, non majora a me poſſint, quam quae ſunt in oculis, in ore omnium, commemorari, aut dici de laude tua. Neque enim, poſtquam praeſertim in Archigymnaſio Romano ad annos duodequadraginta ſumma cum dignitate verſatus es, mentis, ingenii, conſiliique tui lumen oſtendi dicendo oportet, cujus Opera egregie ſunt cogitata & ſcripta omnia. Etenim quae ſtudioſis Geometriae adoleſcentibus tuae vigiliae, tuaeque litterae ediderunt, ea jam pridem, ut rei duntaxat mentionem faciam, cui commendatio eſt nulla par, in celeberrimis Academiis, nedum Religioſorum, qui ſummopere doctrina valent, quam plurimis in ſcho-

ſcholis Ordinum, publice perleguntur, adeoque, id quod auctoribus etiam optimis perraro contigit, Inſtitutiones tuae, ſive Analyticae, ſive Arithmeticae curis abs te ſunt editae jam ſecundis, jam tertiis. Orationum volumina, quae proſtant, duo, quam graviter, quam copioſe, quam nitide ſcripta ſint, locuples oppido eſt teſtis illa, cujus nomen ubique lucet, Academia Lipſienſis, ubi in tanta famae celebritate orationes verſantur tuae, ut typis iterum promulgatae ſint, aeque adoleſcentium amoribus, ac doctorum judicio comprobatae. Eas enim acer ingeniorum aeſtimator ſic laudat Walchius, ut cultoribus caſtae ac nitidae latinitatis, tanquam exemplum caſtigatiſſimum, proponendas putet: idemque plane de te judicium faciunt & Frejerus in *Oratoria ſua Halae Magdeburgicae* impreſſa, & Budaeus *in Iſagoge ad Theologiam ſupplemento*. Per te igitur noſter Ordo id habet boni, ut, quoniam a B. JOSEPHO CALASANCTIO ad juventutis inſtitutionem erectus eſt, ibi etiam, quo nullum ſibi aditum patere videt, praeſtanti hoc munere perſungatur. Haec ingenii; quanta prudentiae laus? Atque hanc quum nomino, ceteras quoque virtutes animi, unde vir optimus effloreſcit, ſeu plane vir, jure laudatas volo, ſine quibus nulla eſt prudentiae gloria, nulla vis, quam in te eximiam praedicamus. Archiam poetam, quod Lucullorum domus, quae prima illius adoleſcentiae fuerat, eadem fuerit familiariſſima ſenectuti, laudat eximie Cicero: quidni laudetur? Ad magnos Principes, utcunque tempus, aut locus poſtulet, faciles habere aditus, magnae virtutis eſt: multo autem majoris, quibus ſemel illa placuerit, eandem ſemper fuiſſe gratam. Qualis haec vero & quantacunque laus,

laus, quae certe eſt maxima, totam eſſe tuam & propriam fatemur. An quis exiſtimet, mihi in mentem venire, aut Clementis XI. Pontificis vere Optimi & Maximi, aut Alexandri Albani Cardinalis Ampliſſimi, aut totius Albanae Domus & in te ipſum, & in Ordinem univerſum immortalia merita commendare? Non is ego ſum, qui tam alte ſpectare audeam. Albae, Reate, Urbini in primis, vel me tacente, quam admiramur, beneficentiam Collegia praedicant: hic autem Romae in collegio Nazareno marmorea Clementis protome, cujus & quanti ſit beneficii monumentum, gaudeo verbis non poſſe commode explicari. Pontificiae haec fuerint, quod fatemur, fuerint Albanae munificentiae argumenta; haec ipſa tamen ſi tecum Ordo communicaverit, benefico illi fonti, unde trajecta ſunt, nunquam videbitur parum gratus, niſi ſi forte ingratos ſiderum ille princeps nos arguit ſol, quod & aeri haud negemus debere plurimum, cujus gratia ad nos tranat, quae mundum efficit ſpecioſiſſimum, divina lux. Jam vero tuae nunc alia occurrunt ſive virtutis, ſive prudentiae curricula: quae quidem, utpote tuorum omnium ſimilia, dum per ſe lucent, noſtrum plerique omnes vehementer dolent. Neque enim filiis, ſi grati eſſe velint, ut gratiſſimi ſunt, dolori non eſſe debet ingraveſcentis jam Patris aetas. At equidem, quin me pudeat, quod ſentio, ingenue dicere, ab hoc dolore ſum plane vacuus. Etenim, ut tute vivis, corpore ſenex eſſe poteris, animo nunquam eris. Siquidem etſi negotiis undique occupatus, litteris tamen quotidie uteris, quotidie legis, aut ſcribis aliquid; itaque, ut olim Cato, vix plane intelligis, quando obrepat ſenectus. Iſta vivendi ratio vix dubitare me

quic

Digitized by Google

quicquam ſinit, quin hoc munuſculum per ſe tenue, ſed in curta ſupellectili grande ſatis, utcunque feras, quum praeſertim veluti quod tuum eſt, ad te redeat. Nam quicquid hoc eſt operis, ſi quicquam eſt, debet id ſane plurimum Bibliothecae tuae, quam tu impenſis laboribuſque tuis eo librorum delectu & copia exornaviſti, quae, noſtrae ſi tenuitatis ratio habeatur, eſt ſane magna, alienae ſi opulentiae, non eſt inelegans, in qua & ſummae opes nonnihil fortaſſe invenerint, quod deſiderent, nihil offenderint, quod contemnant. Illud eſt ſcilicet magnorum hominum, nihil aggredi non egregium, nihil poſt ſe relinquere non perfectum. Tu poſtquam diu collegio Nazareno, ſicut in praeſens Ordini univerſo, praefuiſti, ut ſoles, prudenter, ſevere, fortiter, poſtquam optimam etiam, quae nunc maxime floret, diſciplinam inſtituiſti, haec ut perfecta, ut conſtans eſſet, id providiſti, pernecеſſaria ne hic deeſſent & ſubſidia litterarum, & inſtrumenta virtutis, quorum ope jam ſupra centum nobiliſſimi Adoleſcentes, Rectore in primis P. Philippo Maria Daneſio, viro optimo & prudentiſſimo, virtuti ac litteris nunc ſtrenue vacant. Sed jam pluribus non te moror, ne in publica commoda, ſi ſecus fecero, peccare videar.

I. Caeremoniae, dum quis extremum efflaret ſpiritum, a veteribus inſtitutae, quanquam eſſent cum re funebri conjunctiſſimae, quotquot tamen huc appulerunt, eas fere omnes, quaſi nihil ad propoſitum pertinerent, in tenebris reliquerunt. Quod quidem non eorum negligentiae tribuendum puto, ſed tempori. Ii enim ritus una cum libris acheronticis interciderunt, neque ex antiquis ſcriptoribus petendi ſunt, quorum mos fuit, uti ad aliam rem

& Bo-

& Bodinus [a], & Clericus [b] annotarunt, ea duntaxat memoriae tradere, quae ſuis poterant haud ita facile innoteſcere, iis omiſſis, quorum cognitio & uſus vulgatus eſſet. Non poſſum ideo non magnopere curam laudare illorum, qui ad indagandum perſpicaciſſimi, quod ex ſcriptis non licuit, ex vetuſtis lapidibus exſculpere conati ſunt. Hoc in numero primas tenent Marchio Scipio Maffejus [c], Antonius Franciſcus Gorius [d], Jo. Baptiſta Paſſerius [e], & Domnus Martius Monachus Benedictinus Gallus, viri & doctrinae & ingenii celebritate tales, quales eſſe eos erudita jam pridem volumina enunciarunt. Quorum ego veſtigiis haerens, poſtquam ritus attigero in ipſo mortis articulo uſitatos, tum poſtrema officia, quibus & viri in conjugum, & conjuges in virorum funere utebantur, ex multorum lectione colligam explicaboque, ſed ita quidem, ut, monente id in primis optimo & conſule & oratore [f], non mihi cenſeam ſine propriis copiis in aliorum praeſidia veniendum. Ac primum pauca de Teſtamentis. Siquidem morte jam imminente, ut plerique in praeſens ſolent, teſtamentum veteres condidiſſe, plus quam Martialis [g], docent mox laudandi antiqui lapides, ubi pleni lacrimarum liberi, ac neceſſarii ſuam quiſque ſortem anxii ad aegrotantis lectulum opperiuntur. Itaque a lapidibus exordium eſto, ubi actiones voluntateſque mortalium ultimae inſculptae ſunt.

II. Pervetus in capitolio eſt marmor, itemque Patavii [h] alterum: in utroque pater familias aegrotans jacet, qui

a *Method ad Hiſtor cap. V.*

b *Art. Critic. Part. I §. 3.*

c Oſſervat. letter. *Vol. I. & in Muſ. Veron.*

d *Saepe in Muſeo Etruſco.*

e *In Muſ Etr. Vol. III. in Acheront.*

f *Cic. ad Att. I. 17.*

g *Epigr. 97 lib X.*

h *Franciſc. Ptolom. in Vetuſtal. XX.*

Digitized by Google

qui adſtante cum lugentibus neceſſariis tabulario, jure civium Romanorum [a] proprio teſtamentum facit. Nota legatorum ſunt quatuor genera, teſtamentorum tria, de quibus & alii complures, & Gravina potiſſimum eſt conſulendus. Porro fiebant illa [b] per vindicationem; per damnationem; per ſinendi modum; per praeceptionem: haec [c] in procinctu; per aes& libram [d]; in calatis comitiis [e]. Poſtremum hoc teſtamenti genus deſuevit primum omnium, deinde progreſſu temporum etiam reliqua; obtinuitque tandem, ut voluntatem quiſque ſuam tabulis commendatam legitimis accitis teſtibus obſignaret. Ne id vero in eam partem accipias velim, ut tecum ſtatuas, veluti cetera, ſic deſiiſſe teſtamentum per aes & libram. Homines antiquis moribus, qui mordicus hanc conſuetudinem retinuerint, poſtquam etiam lex vetus deſiit, haud defuiſſe opinor. Etenim teſtamenti per aes & libram eadem ferme erat, ac adoptionis ratio: hanc vero, antiquis jam legibus abrogatis, nonnunquam fuiſſe in uſu probat Auguſtus exemplo ſuo, quippe qui, vetuſtatem ut affectaret, Cajum, & Lucium *adoptavit domi per aſſem & libram* [f] *emtos a patre Agrippa*. In Svetonio non *per aſſem* hoc loco, ſed *per aes* legendum Sigonius [g] autumat; ſed abſque cauſa. Prudenter enim Caſaubonus ex Feſto [h] obſervat, *aes* olim vulgo acceptum aeque pro ſignato, ac rudi: itemque pro aſſibus *aes* dixiſſe veteres Varro [i] eſt auctor: ſignatum autem, non rude in teſta-

a *Cic. pro Arch. Sigonius de Ant. Jur. Civ. Rom I 12.*
b *Sidon. Apoll. VI. Epiſt. 12. Barth. interpr. Jur. lib. I. 19.*
c *Ulpianus in Fragm.*
d *Cic. II. de leg. Svet.* Ner. 4.
e *Grutb de Comit. Sigonius loc. cit.*
f *Svet. Aug. 64*
g *Lib I. de Ant. Jure C. R.*
h *In voce Rodus vel Rhaudus.*
i *Lib. I. de L. L.*

mentis, & adoptionibus viguiſſe, non haec ea res [a] eſt, quae probatione indigeat. Ceterum etſi teſtamentum per aes & libram non generatim antiquatum ſuſpicemur; quum tamen hic loquimur de extremis ceris, illud teſtamenti genus nominatum volumus, quod vocatis teſtibus, ac ſignatoribus, communiter in uſum venit. Teſtes, ſignatoreſque, quicquid ſecus nonnulli ſentiant, diſtingui Plinius [b], & Salluſtius [c] jubent; quin etiam conſtat ſignatores, Caeſarum ſi teſtamenta excipias [d], ipſos plerumque fuiſſe heredes, aut veros & legitimos, ut auctor eſt Cicero [e], aut falſos, ut Juvenalis [f]:

Et multum referens de Maecenate ſupino
Signator falſo, qui ſe lautum atque beatum
Exiguis tabulis, & gemma fecerat uda.

Teſtes quidem vix reor unquam non fuiſſe accitos, quanquam in marmore Patavino alius occurrat nemo, niſi cogitabunda, quae ſedet ad lectum, uxor, tum ſtans adoleſcens elata manu, dolens, opinor, filius, tum ſenes perfamiliariter lugentes duo, fortaſſe morientis fratres, ac demum ſcriba, qui in tabulam inclinatus ſedet, ad aliam partem accedente popa, qui ſiſtit coram ſimulacro bovem, pro aegrotantis ſalute futurum victimam. Ab hoc ſacrificandi more, extrema urgente neceſſitate, captatores Satiricus ſalſe de more carpit [g]:

libet expectare, quis aegram
Et claudentem oculos gallinam impendat amico
Tam ſterili: verum haec nimia eſt impenſa, coturnix
Nul-

a *Vid. Cardinal. Noriſius Cenotaph. Piſan. Diſſ. II.*
b *Lib. II. Epiſt. 20.*
c *In Catilina.*
d *Svet. Tib. 23.*
e *Cic. pro Milone.*
f *Satira I v 66.*
g *Sat. XII. v. 95.*

Nulla unquam pro patre cadet. Sentire calorem
Si coepit locuples Gallita, & Paccius orbi,
Legitime fixis veſtitur tota tabellis
Porticus, exiſtunt qui promittant hecatomben.

Ceris obſignatis mos erat annulum filio tradere [a], & claves filiae, ſi plures eſſent, majori natu, ſicut ab Auguſtis ad ſucceſſores imperii ſimulacrum fortunae [b] aureum mittebatur. Annulum vero, quem heredi ſolebant morientes tradere, non pronubum, non equeſtrem, non gemma meliore illuſtrem, qui certe mortuis [c] detrahebantur, in rogo iterum [d] reſtituendi, ſed *Signatorium*, ut dicunt, fuiſſe arbitror, diſtinctum proprio familiae typo [e]. Minime id autem impedimento eſt, quin & annuli ſignatorii quandoque cum cineribus ſepelirentur. Ita Ficoronius [f] ſuſpicatur factum antiquiſſima in urna ex marmore Tiburtino, in qua integro cum cadavere ad portam & viam Appiam inventus annulus ex auro eſt, qui deſinebat in capita leunculorum duo, in quorum medio lamina quoque aurea inciſum Harpocratem oſtendebat, unde ille arguit, & ſignatorium fuiſſe annulum, & inibi ante conditum, quam Romani gemmis inciſis delectarentur. *Veteres enim*, Macrobius inquit, *non ornatus* [g], *ſed ſignandi gratia annulum ſuum circumferebant; imprimebatur autem ſculptura materia annuli, ſive ex ferro, ſive ex auro foret: poſtea uſus luxuriantis aetatis ſignaturas pretioſis gemmis coepit inſculpere*. Sed ad rem. Papinianus [h] ubi ait annulum, cui traderetur, nihil eidem, heredes ſi plures eſſent, ſupra cete-

 ros

a *Valer. Max. VII. 9.*
b *Volum. I. p. 115.*
c *Svet. Tib. 73. Val. Max. VII. 9. Plin. XXIII. 1.*
d *Propert. IV. 7.*
e *Differt. V. num X.*
f *Lib. cui titulus* la Bolla d'oro *pag. 41.*
g *Saturnal. VII. 13.*
h *L. quum pater. §. pater pluribus. Guther. de Jure Manium I. 11.*

Digitized by Google

ros profuiſſe, at eandem rationem omnium ab arbitro diviſionis haberi ſolitam, narrat patrem familias morti proximum majori natu filiae non modo claves, & annulum tradidiſſe, ſed & libertum, qui praeſens erat, & res ejus cuſtodiae datas, unde annulus non alius eſſe debuit, quam ſignatorius, de quo Plautus [a]:

Obſignate cellas: referte annulum.

Et quoniam annulos, qui pretioſiſſimis nitebant gemmis, viros pariter ac mulieres, ingruente jam morte, non depoſuiſſe diximus, aequum videtur & illud addere, quam ſplendidiſſimis nonnunquam veſtibus ſe exornaviſſe, & in fortunae honorumque inſignibus voluiſſe mori. Hoc Romae, quum Galli rerum potiti ſunt, ſeniores [b] feciſſe conſtat, qui veſte amicti, quae thenſas ducentibus triumphantibuſque auguſtiſſima erat, in ſellis curulibus adventum hoſtium obſtinato ad mortem animo expectaverunt: hoc de Varo [c] Paterculus, hoc de Philocle Athenienſi Plutarchus [d] narrat, & apud Curtium [e] Artabazus tradit, ſuos iviſſe in aciem veſtibus, armiſque, & cultu, quanto liceret, maximo. Hac fortaſſe de cauſa Socrati venenum jam bibituro pallium & veſtem pretioſam attulit [f] Apollodorus. Quod viris placuit, & mulieres id geſſiſſe in Euripide Alceſtis probat, & Olympias [g] Alexandri mater, & Cleopatra [h], & aliae fortaſſe multae, niſi mors, cui cedunt omnia, luxum edomuiſſe videatur, cujus cauſa hunc ſexum impotens indomitumque animal vocabat [i] Cato.

III. Nulla quum ſupererat vitae ſpes, ritus ad morien-

a *In Caſſin Plin. XXXIII. 1.*
b *Livius V.*
c *L.b II.*
d *In Lyſandro.*
e *Lib. V.*
f *Aelian. I. 16. Var. Hiſt.*
g *Juſtin XIII.*
h *Flor. IV.*
i *Liv. Dec. IV. lib. IV. 1.*

Digitized by Google

rientium lectulos erant varii, quos, ſi Etruſcorum libri in tenebris non jacerent, nemo fruſtra requireret. Siquidem Arnobius [a] genitricem & matrem ſuperſtitionis Etruriam nuncupat, quae, ut ait Cicero [b], habuit exaratum puerum auctorem diſciplinae ſuae, nempe Tagetem cum Platone, & Pythagora ab Statii [c] interprete adaequatum. Ideo primis temporibus vulgo Romanos pueros Etruſcis litteris imbutos eſſe habet auctores Livius [d]: cujus ſane moris non tam litteras, quam religiones, cauſam fuiſſe compertum eſt. Omitto cetera, quae ad rem non faciunt, ii certe ritus, quo ſermo pertinet, communes Romae, ut mox patebit, cum Etruria fuerunt, fortaſſe etiam cum Athenis, unde Cicero [e] tradit, hanc urbem non ſolum cum laetitia vivendi rationem accepiſſe, ſed etiam *cum ſpe meliore moriendi*. Ad certa quaedam initia, de quibus alibi [f] nonnulla attigimus, ſi mavis Tullium reſpicere, non repugno: caeremoniae porro mox explicandae, niſi morientes & metu vacuos, & plenos facerent bonae ſpei, aliud non video, quid ſibi vellent. Etenim aut me amor ſuſcepti negotii fallit, aut in illuſtribus poſita monumentis res ipſa loquitur. Circumſpicit ea celeriter animus, quae ſpectabant, dum quiſpiam vitae jacebat exſpes, ad ſacerdotes, ad tibicines, ad familiares. Romanum marmor ſatis ſculptura nobile, non illi abſimile, quod Bellorius [g] laudat, Maffejus [h] Pariſiis vidit explicavitque, ubi moriens femina repraeſentatur. Praeter familiares luctu perditos, & tibicines perſonantes, morienti tres adſtant viri

a *Lib. V. contra Gentes.*
b *De Divinit I 23. Ovid. V. Metam. & Liv V 1. Serv. Aen. I. III. VII. IX.*
c *Theb. IV. 515.*
d *Lib. IX. 25.*
e *De Leg. II. 26.*
f *Vol. I. Diſſ. I. pag. 50.*
g *Lib. cui tit. Aamiranda Rom. Antiq. veſtigia.*
h Oſſerv. lett *Vol. I.*

viri togati ſimul, ac laureati, quos cum Maffejo praeclaro interprete ſacerdotes credimus non tam ex corona, quam ex ore, ex oculis, & toto vultu placido ac tranquillo, & ad gravitatem majeſtatemque compoſito. Etruſco in marmore Peruſiae invento [a] idem inſculptus apparet ritus. Ad lectuli ſiniſtrum latus, in quo vir moritur, plena lacrimarum circumſtante familia, vir accedit, qui morientis manum dexteram adprehendit, indutus caſula, quae ab humeris in pectus & in terga deſcendens, aequali ambitu ſinuatur ita complicata & reflexa, ut neutra manus, vel brachium praepeditum ſit, ſed ad geſtus & motus omnes liberum relinquatur. Hanc viri effigiem, qui tenet morientis dexteram, nihil reor ad medicum pertinere, quum ejus ars, ſive morientis habitum, ſive adſtantium deſperationem cernas, nullius jam eſſet uſus. An ad tutorem? multo minus. Solebat [b] is quidem morienti fidem data dextera polliceri, quod in Germanici extrema morbi conflictatione amicos feciſſe Tacitus [c] docet. At id officii locum habuiſſe crediderim, quum morti proximus adhuc ſui compos eſſet (quod in Peruſino lapide non occurrit) ſicut de Germanico hiſtoria [d] refert, quippe qui nondum ad uxorem nec palam, nec ſecreto verſus, quod poſtea fecit, diu amicos eſt alloquutus, juranteſque vidit, *ſpiritum ante, quam ultionem, amiſſuros*. Quid ergo? Sacerdos inibi inſculptus eſt, eo vel maxime, quod úſui eſſet in ſacrificiis id genus veſtis, quam Paſſerius [e] in Etruſcis monumentis aſſerit, non adhuc ſibi fuiſſe obviam. Apud Maffe-

a *Gor. Muſ. Etr. Vol. I. tab. XX. XXI. XXII. XXIII. Paſſer. de Etr. funere tab. XXI XXII. XXIII.*

b *Gorius in loc. cit.*

c *Ann. XI. num. 8.*

d *Loc. cit. cap. 71.*

e *Tabula XXIX.*

ſejum [a] quoque columella eſt celebris Peruſiae inventa, ubi in uno circuitu quinque & triginta imagines inſculptas vides. Jacet in lecto moriens; feminae circumſtant tres, quarum altera puerum ſternit ſuper morientis pectus, attollit altera hujus caput ad oſcula. Ad utrumque latus lectuli duo ſunt ordines dolentium, hinc mulierum, hinc virorum. Ad ima lecti togatus adſtat, & is quidem haud dubie videtur ſacerdos eſſe. Non procul eſt arula, & ligna inſtar pyramidis praeparata, ac velum alte poſitum. Ad aram aliae accedunt imagines, quae ſacrificium meditari videntur, ſed nulla eſt victima. Haec Maffejo placent: ſecus Gorio, & Paſſerio, qui in lignis inſtar pyramidis praeparatis, non agnoſcunt aram, ſed pyram de more conditam ad arae ſpeciem, ideo imagines, quae ad eam accedunt, non ſacrificium, ſed parentalia meditantur. Diverſi enim ritus & caeremoniae, quod ſaepe fit, hiſce anaglyphis exprimuntur, tum nimirum morientis propriae, tum demortui. Marmoris autem Peruſini explicatio varia impedimento non eſt, quo minus de ſacerdotibus, qui morientibus officioſe adeſſent, concors doctorum ſententia ſit. Quid vero rei is ſibi vellet ritus, quis certo ſtatuat? Conjectura ſi uti licet, certis fortaſſe precibus ac luſtrationibus diras & incantamenta, quibus animas opinio erat infernis numinibus [b] devoveri, ſacerdotes impedire conabantur, quo & ſpectabat, ut mox videbimus, tibicinum ſonus. Quum id pluribus perſuaſum eſſet, animam [c] vix ſolutam corpore ad ſtellam redire ſuam, cavebatur quam ſtudioſiſſime, ne devotionibns ad infe-

a *Vol IV. l.* 24 Oſſerv. lett.
b *Tacit. Ann. II.* 69.
c *Plato in Timaeo.*

in feros [a] relegata, aut circa ſepulcrum [b] detenta miſere exularet, hinc nemo unus omnium, in tantis praeſertim tenebris, non veriſimile exiſtimaverit, certa carmina fuiſſe oppoſita invidiae diris, quibus ne defigerentur, olim maxime [c] metuebant omnes. Neque hunc ritum ad aegrotantis ſalutem non ſpectaviſſe ſuſpicor. Quidam numeri, praecipue impares, utpote ad omnia [d] vehementiores, ſi rite atque in tempore adhiberentur, contra multa morborum genera valere plurimum ferebantur; iccirco, nihil ut intentatum relinqueretur, nec praepoſtere quicquam fieret, ad morientis lectulum ſacerdotes accitos fuiſſe, dubitare vix quemquam arbitror, qui penſet omnia, pro illa temporum caecitate, ſuperſtitioſe aniliterque. Atque illud etiam in mentem venit, ſacra haec, aut, quod verius eſt, ridicula miniſteria eo reſpexiſſe, ut & Deus Viduus, qui anima corpus viduabat [e], & Dii animarum ductores, quum magna haberetur in utramque partem eorum vis, ſupplicationibus emorienti propitii fierent atque mites. Rides? at nullum iter inauſpicato cepere veteres, ne ille quidem interriti animi vir, dictator [f] Caeſar; ita ut nullus ſit dubitandi locus, quin mulierculae, ubi de viris, aut liberis jam actum eſſet, ad ſacerdotes confugerent, quorum ope placatos ſuis haberent tanti itineris auſpices. Quinam ii porro ſive auſpices, ſive duces? tametſi notiores ſint, quam ſui cuique lares, ad eos tamen, quoniam resipſa poſtulat, divertere parumper juvat.

IV. Animarum vel ad Elyſios, quorum ſedes [g] incerta

a *Tacit. Ann. II. 69.*
b *Porphyr lib. II* vid. *Licetus de Gemm. Ann. num. CXXVII.*
c *Plin H. N. XXVIII. 2.*
d *Plin. ibidem.*
e *S. Cyprianus de vanitat. Idolor.*
f *Plin. loc cit*
g *Vid. Rodulph. Venut. Collect. Tab. 40. 41. 42. 43.*

ta eſt, vel ad Heſperidum hortos, quos cum Elyſiis confundit [a] Strabo, vel demum ad ſuperos, non unus erat ductor, & princeps omnium Mercurius auctore [b] Horatio:

Tu pias laetis animas reponis
Sedibus: virgaque levem coerces
Aurea turbam, ſuperis Deorum
Gratus & imis.

Ante Horatium Virgilius ſic quoque de Mercurio cecinit [c]:

& primum pedibus talaria nectit
Aurea, quae ſublimem alis ſive aequora ſupra,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.
Tum virgam capit: hac animas ille evocat orco
Pallentes, alias ſub triſtia Tartara mittit:
Dat ſomnos, adimitque & lumina morte reſignat.

Apud Laertium [d] idem Mercurius animarum *quaeſtor*, & *nomenclator* audit, & fortaſſe hac de cauſa cum volumine inſculptus cernitur in perexigua gemma muſei [e] Medicei, quod nempe Aeaco animarum nomina [f] recitaret, niſi mavis, quod ei libri ab Aegyptiis [g] dedicarentur. Eſt quoque *ductor* ac *janitor* [h] appellatus, quare inter anaglypha ſepulcralia ſaepe videntur portae, quas, tanquam mortis ſymbola, etiam in ſacris litteris uſurpat David [i] *exaltas me de portis mortis*, & alibi legitur [k] *deducis ad portas mortis*. A Luciano nunc [l] *praeco*, nunc *legatus* [m] *inferorum* dicitur, nunc ejus caduceo mirifica poteſtas [n] datur, quia

a *Geogr III*
b *Lib. I. Od. X.*
c *Aen. IV. 239.*
d *In Vit. Pythag.*
e *Muſ. Flor Tab. LXIX. n. 4.*
f *Lucian. in Cataplo.*
g Vid. *Vol. I. inſcr XXIX.*
h *Laert. ibid.*
i *Pſal IX.*
k *Sap XVI.*
l *Loc. cit.*
m *Apolog. de mercede conduct.*
n *Dialog. Apollin. & Vulcan.*

ut vitae integras in excelſum ducebat animas, ita impuras tradebat furiis vinciendas. In muſeo Etruſco [a] aeneum illius ſimulacrum cernitur virginem deferentis, & ad caelum quidem. Nam puella tum radiato nimbo ornata eſt, tum laeto ac ſereno vultu ducem intuetur, ſublatiſque in caelum manibus aut Deos ſuperos, aut ipſum Mercurium orat. Quanquam vero in ſepulcralibus monumentis, praecipue Etruſcis non ſolum velo, verum etiam diademate, mitra, tutulo, & quidem radiis diſtincto, aliiſque divinitatis [b] inſignibus mulieres ornatae occurrant; tamen radiato ex nimbo, quo renidet puellae caput, ſi eam potius eſſe Deam, quam virginis animam, arbitrere, fautor videtur hujus ſententiae Gorius, qui [c] Proſerpinam ibi repraeſentari a Mercurio ab inferis liberatam ſuſpicatur; ſed pro eruditione, qua valet plurimum, jure id ſibi ipſe opponit, quod ſcilicet ea dicitur curru albis equis vecto conſcendiſſe ad [d] Jovem. Dux ergo animarum Mercurius erat, cujus poteſtatem per ſacerdotes, ne quid perperam in precando intercideret, morientium conſanguineos imploraviſſe autumo, quum Plutarchus tradat [e], Mercurio praeſenti & prudentiſſimo Deo mortales feciſſe vota, aut iter auſpicarentur, aut cubitum pergerent:

Mercurio libant, quum jam dare corpora ſomno
Eſt animus.

Somnum autem, & mortem fratrem & ſororem Homerus [f] dixit, & utrique ſtatuas junctim erectas [g] Pauſanias memorat: mori denique ac dormire promiſcue dictum legitur

a *Vol. I. Tab. XXXVIII. & LXXXI. num. 2.* vid. *Turneb. Adverſ. XXIV. 26. & Guther. de jure man. I. 12.*
b *Muſ. Etr Vol. I Tab. CXXXI. & alib.*
c *Ibid. Vol. II. Claſ. I.*
d *Scholiaſt. Pindar. ad Olymp. VII.*
e *Sympoſ VII. Quaeſt. IX.*
f *Iliad. XIV.*
g *In Laconicis.*

gitur in ſepulcris Ethnicorum pariter & [a] Chriſtianorum. Ceterum haec Mercurii poteſtas aut nuſquam alibi expreſſa eſt, aut clariſſime in muſeo Capitolino, ubi in marmore fictor humani corporis Prometheus extat; pone Pallas infundit animam ſub imagine papilionis; tum quatuor vides elementa vitae perneceſſaria; deinde cadaver jacet, cujus capiti papilio imminet, ſimulacrum animae diſcedentis; demum, ut alia praetermittam, quae ad rem non faciunt, Mercurius Pſychen ad Elyſios ducit. Eodem in muſeo aliud marmor rem tibi hanc ipſam ob oculos ponit, Mercurium nempe animas ad inferos deducentem.

V. Quo Mercurius, hoc quoque munere fungebantur Parcae. Tametſi apud Lucianum [b] Clotho cum Charonte in navim excipiat animas, mittatque Atropos mortuorum teſſeram Aeaco recenſendam, & alia alibi officia exerceant; tamen amictae nunc cultu virginum, nunc matronarum palla, itemque nunc aperto capite, nunc velato, ducunt animas ad Elyſios, ut intueri licet in muſeo Etruſco, ubi [c] adoleſcens Parcis praeeuntibus ad inferos equo vehitur, ad cujus pedes jacet projectum vaſculum, mortis index, ſive fatalis urna, de qua Horatius: [d]

Omnes eodem cogimur: omnium
Verſatur urna: ſerius ocyus
Sors exitura, & nos in aeternum
Exilium impoſitura cymbae.

Hanc cymbam, & Charontem, & animas tranſmeantes Virgilii codex in Vaticano exhibet, ſicut muſeum Capitolinum tres Parcas nentes. Quae quidem Parcae quoniam,

a *Bonarrot. ad Vitr. Coemet. & alii.*
b *In Catapio.*
c *Vol. I. Tab. LXXXIV n. 1.*
d *Lib. II. Od. 3. & III. Od. 1.*

niam, ut dixi, interdum amictae tanquam matronae occurrunt, ideo eruditorum [a] opinio eſt, eaſdem haud ſemel in Theſauro Gruteriano [b] matrum ac matronarum nomine ſignificari. Mercurio, & Parcis inter animarum ductores Hercules quoque addendus eſt, utpote qui ſi animarum ſedes in imis terrae viſceribus collocetur, eo victor cerberi [c] penetravit, cujus in poteſtate, ſicut Plutonis, theſauros fuiſſe poſitos vetuſtas finxit, quare ait ille: [d]

o ſi
Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro
Hercule.

Trans oceanum, & in Heſperidum hortis ſi fuerint beata loca, eo is etiam navigavit, & poma [e] ſuſtulit, propterea dictus apud Heſychium Μήλιος ſeu Pomarius, quae fabula in Donianis inſcriptionibus [f] perbelle anaglyphis elegantiſſimis expreſſa eſt, & in muſei Florentini [g] ſimulacro Herculeo poma gerente & clavam, tum in bilychni lucerna aenea inter Collectanea [h] Rodulphini Venuti: eſt hoc demum figmentum in ſtatuis uſitatiſſimum. Iiſdem in Collectaneis Genius [i] regit bigas in amethyſto, in cujus medio eſt perſona, mortales fortaſſe exuvias exprimens; ad latera duae ſunt columnae, forſan Herculis, trans quas Elyſii. Ad rem etiam facit gemma Medicea [k], in qua Hercules Dracones ſtrangulans delphinum calcat. Porro ut illi ima terrarum incolunt, ita Delphinus pro maris ſymbolo

a *Franciſcus Gorius loc. cit.*
b *Pag XC.* 1. 2. 3. 7. 8 9. 10. 12. *XCI.* 7. *MXVI.* 5. 6 7. 8 *MLXXIV.* 2. 3. 4.
c *Boccat. XIII. Gen. Dier.*
d *Perſ. Sat. II. v.* 10.
e *Apollod. Bibl. I. Athen. Deipnoſ. XI.* 5.
f *Tab. VII. pag. LVIII.*
g *Tab. LVII. & LVIII.*
h *Tab. LXXXIX. pag.* 63.
i *Pag. LXXXIII.* vid. *Muſ. Florent. Vol II.*
k *Muſ. Flor. Tab. XXXVI. n.* 1.

bolo habetur, nec ſine myſterio eſt in ſepulcris obvius. Nam quemadmodum Aegyptii, Diodoro teſte, ad piorum ſedes tranſvehi per nilum animas arbitrati ſunt, ſic eaſdem alii ſomniarunt oceanum transfretare, quare Mythologia ſepulcris apponi juſſit monſtra marina, puta hippocampos, leontocampos, tauricampos, & alia hujuſmodi, ac praeſertim delphines, & conchas, quod illi equorum [a] gererent, hae curruum [b] vices. Felicem igitur ſtationem ubicunque priſca vanitas ſibi fingeret, ductu Herculis indigebat. Si nempe cum philoſophis crederet, e corporum vinculis, tanquam e carcere, piorum animas [c] in caelum rapi, impiorum autem offuſas tenebris circum terram ipſam miſere volutari, nec in eum locum, niſi multis exagitatas ſeculis, reverſuras, hoc quoque ſomnium cum Alcide congruit. Eum quippe tum ſideribus praeeſſe [d] cenſuerunt veteres, tum ejus tunica ſtellis apud Nonnium [e] diſtincta eſt, ac demum Orpheus eundem finxit capite auroram noctemque gerere, quod ille aut decerneret exordium ſimul ac finem vitae, aut, animarum ductor quum haberetur, educeret ad lucem in caelum alias, alias in ima truderet, & ad

Pallentes umbras erebi, noctemque profundam.

VI. Haec de Hercule cogitanti dux animarum praecipuus vix exciderat, nempe Amor. Nota ſatis ex Apulejo [f] eſt Amoris fabella, & Pſyches, quam ſub figura nunc papilionis, nunc puellae cum alis papilionis, ſaepe veterum in marmoribus, lucernis, annulis, ac cimeliis apud Spo-

a *Rodulphin. Venut. loc. cit. Tab.* 44.
b *Muſ. Flor. loc. cit.*
c *Cic. in ſomn. Scip.*
d Vid. *Gor. ut ſupra.*
e *Dionyſiac. lib.* 40.
f *Metamorph. IV.*

Sponium [a], Bonarrotium [b], Licetum [c], Gorium [d], Rodulphinum Venutum [e], & paſſim alibi videre licet. Sub imagine papilionis variis in gemmis, ſed cum aliquo diſcrimine, Pſyche inciſa eſt. Apud Licetum [f] ſupra mortis typum, apud Bonarrotium [g] ad caput ſceleti, utrobique volitans inſculpta cernitur, quaſi anima mortis victrix, & curis libera videatur ad originem evolare. In Collectaneis Rodulphini Venuti ſardonyche, ſeu corneola [h] eſt perelegans, ubi cum perpendiculo, cornucopiae, rota, forcipe, unde papaver exit, mors adſtat, aut ſceletus cinerariae inſidens urnae, & papilioni admota fax. Cum Ariſtotele [i], & Ficino [k] ſtatim aliquis [l] arguet, in papilione combuſto, qui in ignem vertitur, hoc deſignari, nempe id animam fieri, quod intelligit, & amantis animum in amati naturam quodammodo immutari. At communis eruditorum haec ſententia [m] eſt, quod face papilio incenſus animam repraeſentet e corpore exeuntem. Jam de Pſyche ſub figura puellae cum alis aut pyralidis, aut papilionis multa de more Licetus feſtive congerit [n]. Pergenti vero animae ad Elyſios praeire Amorem, veluti ejus ducem, ex Platone [o] diſcimus, cujus doctrina eſt, Deum in luna alias, alias in reliquis [p] planetis ac ſtellis, temporum inſtrumentis, diſſeminare animas, quae Amore ſeu Genio duce in terras deſcendant, & hoc vitae confecto

cur-

a *Art. 3. Miſcell. Erud. Ant.*
b *Ad Vitr. Antiq.*
c *In Gemm. Anularib.*
d *Praefat. ad Columb.*
e *Collectan. Antiq Rom.*
f *Ad gemm. XII. pag. 158.*
g *In Vitr. Coemet. Tab. 28.*
h *Fig. LXXX.*
i *De Anim. III.*
k *In Conviv. Platon Orat. 2.*
l *Licet. gemm. XXIX p 298.*
m Vid *Rodulphin. Venut. Tab. LXXX. Admiranda Ant. Rom. Tab LXVII. & Spon. Miſcell. Art. 3. Sect. 1.*
n *Ibid. ut ſupra.*
o *In Phoedro.*
p *In Timaeo.*

curſu ad ſuam originem referantur. In Borioni [a] ſardonyche perbelle id quidem expreſſum eſt, ubi in parte ſuperiore hinc luna, hinc ſtella nitet; infra ſtat rectus in curru Amor, erectam dextera tenet facem, ſiniſtra currus, quem bijugi papiliones trahunt, habenas regit. Ex aſtris deſcenſum ne animae, an aſcenſum hic recognoſcam, incertus haereo. Vitam hominis denotat elata fax, inverſa mortem: hoc autem loco, quum non de homine, ſed de anima res agatur, aegre quidem exiſtimaverim, Pſyches e caelo deſcenſum potius, quam aſcenſum ſignificari. Anima quippe cum Platonicis & immortalis eſt, & e corporis vinculis quum ſemel evolat, tum demum vivit, ac vitam vere vitalem ducit: haec enim noſtra, *quae dicitur vita*, inquit [b] Scipio, *mors eſt*. Itaque laudata ſardonyx animam, niſi fallor, ad vitam priſtinam redeuntem, non in terras delabentem, deſignat. Nec quiſquam currum, quo fertur amor, mihi obeſſe exiſtimabit, ſi duplex vehiculum, quod, ut alibi dixi, extra corpus [c] erat adhuc animae reliquum, animadvertat. Quid praeterea in cimeliis, ac lapidibus uſitatius, quam Pſychen, ejuſque duces ad Elyſios nunc concha, nunc navigio ferri? At non is ego ſum, cui mytologia vetus penetralia recludat ſua.

VII. Animae ducibus hactenus enumeratis ſi quas Ethnici fundebant preces, familiae lares, ac Genium domeſticum, ſi conſideres, quae a nobis alibi ex Etruſcorum [d] doctrina notata ſunt, vix ego arbitror praetermiſſos. Non enim ſine cauſa, opinor, jam laudatis in Collectaneis [e] tres una Genii vehuntur concha, qui tranſvectio-

a *Venut. loc. cit. Tab. XLII. pag. 31.*
b *Cic in Somn.*
c *Vol. I. Diſſ. II. pag. 167.*
d *Diſſ. III. pag. 237.*
e *Tab. XL.*

ctionem animae repraeſentant. Idem quoque de Diis Manibus ſentiendum monet tum apud Virgilium [a] Turnus: *vos o mihi manes eſte boni*, tum apud Fabrettum [b] ita inſcriptus lapis: D. M. FATORVM. ARBITRIS, de quibus jus pontificium [c] ſtatuit: *Deorum Manium jura ſancta eſto*, & quibus Romani pro patria [d] ſe devovebant. Quum vero conſtet, ſupremum fatorum arbitrum, Parcarumque ductorem fuiſſe Jovem, cujus in diademate Pauſanias [e] inſculpta narrat Parcarum ſigna, iccirco fortaſſe, dum quis animam ageret, invocatus eſt Pluto, ad quem in Euripidis Alceſte chorus has preces fundit: *Vale*: *benevolus te ſubterraneus Mercurius*, *& Pluto excipiant*. Idem hic erat Pluto, ac Jupiter ſtygius, ſive Summanus quaſi *ſummus manium*, de quo Claudianus [f]

O maxime noctis
Arbiter, umbrarumque potens, cui noſtra laborant
Stamina; qui finem cunctis & ſemina praebes
Naſcendique vices alterna morte rependis:
Qui vitam fatumque regis.

Haec de Jove Parcarum duce, qui erat & divitiarum [g] cuſtos, fabella ab Aegyptiorum ſomniis non abhorret, qui fingebant, ut dixi, pergere per nilum animas ad Elyſios. Quid porro nilus? idem omnino ac [h] Jupiter, & divitiarum [i] dator, ac ipſe ſol, quod ex nili corona [k] Bonarrotius arguit, & ex nomine [l] Heliodorus: vox enim Νεῖλος ex-

a *Aen. XII 686.*
b *Inſcr. Ant. II. n. XI. pag. 87.*
c *Cic. II. de Leg 9.*
d *Liv. VIII. 9 & X. 27.*
e *In Phocicis X. 25. & Aeliacis V. 15.*
f *De raptu Proſerp. 55.*
g Vid. *Struvii Syntagm. c. I.*
h *Athen. Deipbnos V.*
i *Maxim. Tyrius ſerm. 38.*
k *Ad Demſter. §. 30 p. 22.*
l *Lib. X. Aethiopicorum.*

explet [a] anni dies CCCLXV., quare in monumentis ſaepe oriens cernitur & occaſus, ſive ſol nunc vitae, nunc mortis index. Quoniam nilus idem erat ac ſol, Aegyptiae, aut Graecae ſuperſtitioni tribuendum eſt Latinorum commentum, qui Apollinem finxere mortuis prodeſſe plurimum, utpote in caelo, in terris, in inferis praepotentem, ita notante Servio ad illud Virgilii [b]

En quattuor aras,
Ecce duas tibi, Daphni, duoque altaria Phaebo.

Is quidem non modo ut Deus infernus, verum etiam uti ſol a veteribus, iiſque in primis, quorum neceſſarii dolo malo occiſi fuerant, invocabatur, homicidas ut aperiret. Facit ad rem pictura ſepulcralis, cujus inter alias bene multas ſpectator fuit celeberrimus Carolus Maratta, eaſque dixit aetati noſtrae admirandas quidem, vix imitandas [c]. Stat radiatus in curru Apollo, pallio & veſte talari coloris violacei indutus, laevam, quaſi miſerantis ſignum, elatam tenet, dextera nigros & quadrijuges gubernat equos. Ubi haec pictura, erant ſepulcra duo, alterum liberi, ancillae alterum, in illo parentes, in hoc patronus Apollinem rogant, utriuſque ut occiſores ad poenam vocet. Eſt filii lapis in fronte, & in baſi inſcriptus, atque utrobique ſunt binae manus expanſae indicia ſupplicantis uſitata praeſertim pro florenti adhuc aetate, de quo ritu diſſertatio extat accuratiſſime nuper elaborata a Cl. P. Paciaudio Cler. Reg. Ordinis Theatinorum. En tibi ex Ficoronio uterque titulus & ancillae, & liberi [d].

D In

a *Giſb. Cuper. Diſſ. de Harpocr.*
b *Eclog. V. in fine.*
c *Ficoron de Bulla Aurea pag. 36.*
d *Ibidem pag. 38.*

In fronte.	In baſi.	D M
		TIMOTHEAE
D M S	QVISQVIS EI LAESIT	M. VLPIVS
	AVT NOCVIT SEVERAE	NICANOR
CALLISTOFILIO	IMMERENTI DOMINE	VERNAE
	SOL TIBI COMMENDO	SVAE. F
PARENTES	TVINDICESEIVSMORTEM	SOL TIBI COMMENDO
		QVIMANVSINTVLITEI

Cognitis animarum ductoribus ad Elyſios, jam ſi lapides, unde digreſſi ſumus, & ubi morientium ſchemata proponuntur, cum veterum ſuperſtitione conferantur, nemo inficias ibit, ſacerdotes ibidem lectulo adhaerentes, ideo a conſanguineis fuiſſe accitos, ut ſalutem a Diis, ſi poſſet fieri, impetrarent, ſi minus, animam eorum ductui committerent ad Elyſios, aut ad ſidera deducendam. At enim apage iſtas gerras. Quid ſacerdotibus cum orco? Hunc vero ſcrupulum, ſi quem pungit, nullo negotio evellam.

VIII. Quod Auguſtus, & Tiberius, uterque pontifex, ille M. Vipſanium [a] Agrippam, hic filium [b], pro roſtris quum laudarent, cortinam inter ſe, & mortuos expandi juſſerint, hinc nefas habitum pontifici cadaver tangere, vel adſpicere: & vere quidem, nihil [c] obſtante Dionis auctoritate, qui hujuſmodi ritus cauſam ſibi incompertam fatetur, inſimulatque erroris, qui minime hunc ritum negant. At Dio & homo Graecus, & poſt ducentos annos rerum Romanarum ſcriptor, antiquas Latinae gentis caeremonias, ſua fortaſſe aetate jam antiquatas, ignoraſſe arguitur a Cardinali [d] Noriſio, favente Seneca

a *Dio lib. LIV.*
b *Seneca Conſol. ad Marciam. c. XV.*
c *Ibidem ut ſupra.*
d *Diſſ. II. 2. ad Cenot. Piſan.*

neca haec ad Marciam ſcribente [a]: *Tiberius & quem genuerat, & quem adoptaverat, amiſit: ipſe tamen pro roſtris laudavit filium, ſtetitque in conſpectu poſito corpore, interjecto tantummodo velamento, quod pontificis oculos a funere arceret*. Ex quibus verbis non modo decorum fuiſſe, uti exiſtimabat Boſius, ſed lege latum videtur, oculi ut pontificis, tanquam ſacrorum praeſidis, a funere arcerentur. Hanc vero legem, aut caeremoniam nuſquam ſpectaſſe conſtat ad ſacerdotes ſingulos & univerſos. Nam ſicut ad pyram augures admittit Statius Thebaidos VI. v.85., ita in muſeo Etruſco ſacerdotes cernimus ad rogum duos, luſtrationes cum lauri ramuſculo peracturos, dum juvenis palliatus ſiniſtra tabellam tenet, eandemque deſignat dextera, quaſi aliquid prolaturus, hymnos fortaſſe funebres, aut mortui laudes. Praeterea ne apud Judaeos quidem Levitis omnibus, ſed tantum familiae Aaronis, ne funeribus intereſſet, legimus fuiſſe vetitum. Nemini quoque latet, Syllae funus ampliſſimum ſacerdotes anteceſſiſſe [b], ſicut ab ipſo fere urbis exordio & religionis Numae regis cadaver ſacerdotes [c] quoque ſunt proſequuti. A quo inſtituto nec Platonem alienum dixeris. Siquidem ubi pompae ordinem ſtatuit in funere praefectorum civitatis haec habet: *chori* [d] *duo, alter puellarum numero XV., alter vero totidem puerorum, qui feretrum circumſtarent, dum* SACERDOTES *viciſſim demortuum laudabant, ejuſque felicitatem totam diem decantabant*. Reponet aliquis, cupreſſos Romae mortuorum domibus fuiſſe appoſitas, ne quis funeſtam domum rem divinam facturus per imprudentiam adiret.

D 2 Aeque

a *Conſol. cap.* 15.
b *Plutarch. in vita*.
c *Idem in ejus vita*.
d *De leg. XII.*

Aeque Etruſcis, ac Romanis arbor quidem feralis cupreſſus erat, ſolita ſepulcris quam ſaepiſſime inſculpi, teſtante id urna pervetere Cl. Abbatis Pennachii. Vide ſis etiam in monumentis Middletonianis [a] tabulam V., ubi & duae cupreſſus affixae ſunt, & aliam mimus ſaltabundus ad rogum defert, quo alludit Horatius [b]:

Linquenda tellus, & domus, & placens
Uxor: neque harum, quas colis arborum,
Te praeter inviſas cupreſſos
Ulla brevem dominum ſequetur.

At illa arbor, utpote advena & peregrina, rara in potentiorum villis, nedum in agris, apponebatur nobilium tantum, non omnium domibus, ubi denatus lugeretur [c]:

Et non plebejos luctus teſtata cupreſſus.

Praeterea eum morem Joſephus Scaliger non tam vetuſtum fuiſſe, quam putat Servius, ex eo conjicit, quod ſero in urbem cupreſſus advecta ſit, ideo de hac copioſius, quam de aliis [d] arboribus ſcripſit Cato. Verum eſto: non pontifici, non flamini diali, non auguribus [e] tantum, ſed cunctis etiam ſacerdotibus collegiorum omnium, omnium ſodalitatum fuerit omnis conſpectu funeris interdictum: nulla tamen lege vel pontificis, vel ſacerdotum pietas a morientium lectulis arcebatur. Jure ideo & Syllae, qui uxorem [f] aegrotantem in aliam domum transferri juſſit, & Tiberio, qui Liviam non inviſit, vitio tribuitur, exemplo Auguſti, cui ſacra Minervae quinquatria Caji, & Lucii Caeſarum nomine celebranti vix extremus Agrippae morbus

a *Antiq. Middleton. edit. Londini an.* 1745.
b *Od. lib. II.* 14.
c *Lucan. lib. III.*
d *Plin. H. N. XVI.* 33.
e *Struvius de Sacerd. Rom. XII.*
f *Plutarch. in vita.*

bus compertus fuit, *ſtatim* [a] *properato ex urbe profectus mortuum eum invenit*. Jam vero tres in marmore Pariſino togatos viros, ſiccis oculis & gravi vultu, dum tota domus perfamiliariter luget, adſtantes morienti feminae, pro ſacerdotibus habendos eſſe Marchio [b] Maffejus perite evincit ac diligenter. At *in luctu*, Paſchalius inquit [c], *nihil corona intempeſtivius eſt*. Eſto: ſed illi, tanquam ordinis inſigne proprium, coronam geſtant, quam & Plutarchus *ſacerdotalem* nuncupat, & Ammianus Marcellinus ſacerdotem nominat *coronatum*, cujuſmodi quoque ſacerdos fuit, quem S. Hillarius ad Chriſti fidem [d] convertit, unde ſcite Maffejus arguit, in ſacerdotibus quandam olim fuiſſe claſſem, quae *Coronatorum* appellaretur, de quibus loquitur & Concilium [e] Illiberitanum, & Innocentius I. ad Concilium Toletanum [f]. De hoc eodem *Coronatorum* ordine mentionem facit Julius [g] Firmicus; menſe demum novembris quotannis in Eccleſia redit celebritas quatuor *SS. Coronatorum*. Inſuper P. Maſtellonius [h] Neapoli in die feſto Translationis S. Januarii ſupplicationem laudat Sacerdotum Coronatorum, vulgo *Proceſſione de' Preti Inghirlandati*, ejuſque originem deſumit a vetere Eccleſiae ritu, quo populi cum floribus ibant obvii Corporibus & Reliquiis SS. Martyrum. De ejuſdem ſupplicationis ritu, ſi alia placeat interpretatio, vide ſis Caeſarem Eugenium [i], & Marangonium [k]. Ceterum, ne abs re diutius, erant coronae ſacerdotales apud Ethnicos celeberrimae, quandoque etiam

aureae

a *Dio lib. LIV.*
b Oſſerv. letter. *loc. cit.*
c *De Corona II. 9.*
d *S. Hieronym. Vol. II. pag. 27. edit. Veronae.*
e *Canone LV.*
f *Ep. III.*
g *III. 14.*
h *Lib. III. Serm.* di S. Maria della Vita
i *Neap. Sacr. pag. 9.*
k *Lib. cui titulus:* delle coſe Gentileſche e profane traſportate ad uſo ed ornamento ſacro *pag. 32.*

aureae pompam augebant ; ideo Prudentius cecinit [a] :

Summus Sacerdos
Mire inſulatus feſta vittis tempora
Nectens , corona tum repexus aurea ,

ubi & deſcribit victimas nitentes floribus , & ornamentis aureis . Bacchi etiam ſacra qui rite celebrabant , ut conſtat ex ſacris litteris [b] , *cogebantur hedera coronati Libero* circuire . At in lapide Pariſino , de quo ſermo eſt , ſacerdotalis corona ex lauro eſt , ſicut folia & bacchae oſtendunt , ac generatim *laureatos* Prudentius nuncupat ſacerdotes :

Laurigeroſque Deum templis adſtare miniſtros .

Macrobius quoque [c] ſacerdotes refert , dum ſacra facerent , fuiſſe lauro , aut aliis , quae Diis dicatae eſſent , frondibus coronatos : itaque tres ii ſacerdotes aut ex claſſe coronatorum putandi ſunt , aut iccirco coronam geſtant , quia ſacrum aliquod meditantur : etenim junior acerram tenet , & ardens cernitur prope lectum focus .

IX. Vas equidem , ubi flamma apparet , ad rem medicam pro aegrotantis ſalute pertinere poſſe non nego: ſed Joſephus [d] neſcio quam herbam commemorat , cujus vis ad fugandos malignos ſpiritus vulgo maxima habebatur . Id ne genus aromatis in acerra contineretur , an quidpiam ſimile , quis certo , praeter Sibyllam , affirmare poſſit , aut inficiari ? Illud haud dubie reor , quod ſacerdotes aliquid tacite inſuſurrarent , ac preces funderent , ſive Diis , ſive Geniis animarum ductoribus , niſi mavis Naeniae , cujus in tutela , inquit Arnobius [e] , illi habentur , quibus extrema ſunt tempora . Deorum enim, qui homini a primo ejus

a *Hymn. de S. Romano .*
b *Macchab. II. 6.*
c *Sat. III. 12.*
d *De bell. Judaic. VII.*
e *Lib. IV.*

ejus conceptu, uſque ad interitum praeſto eſſent, ſeriem proſequutus, tandem ad Deam Naeniam concluſit Varro, quo quidem opere amiſſo, illa Deorum turba ex Auguſtino [a], & Tertulliano [b] petenda eſt. Et quoniam Fabrettus (recte ne, an ſecus, eruditi viderint) in antiquis monumentis [c] nihil myſterio vacare exiſtimat, ſuſpicabar aliquando, vel potius vigilans ſomniabam, in ternario, quem continet laudatus lapis, ſacerdotum numero non tam eorum cum moriente amicitiam, aut familiae ſplendorem, quam aliquid religionis ſubolere vel ad tres Parcas ſpectans, vel ad triformem Hecaten, vel ad Deos ſuperos, inferos, medioxumos, tribus fortaſſe Geniis in ſupradicto Borioni ſardonyche repraeſentatos: cur non etiam ad furias ipſas? ſaepe enim in ſepulcris inſculptae ſunt aut bonis praemia, aut ſupplicia improbis perſolventes, propterea [d] taedas, lampades, faces, malleos, haſtas, contos, ſecures, gladios geſtant, quibus impios agitant, vexant, territant, inſectantur. Iſidem quoque in tanto caſu non praetermiſſam fuiſſe ea ſatis docent, quae in I. noſtro volumine [e] perſtricta ſunt. Jam vero formulas, quibus ſacerdotes id temporis precabantur, pro diverſa cujuſque ſecta, iis haud diſſimiles fuiſſe arbitror, de quibus facit mentionem [f] Livius, & quae paſſim leguntur, dum conciſe ac breviter vel totus Deorum grex invocatur, *Dii veſtram* [g] *fidem*, vel certus Deus, N. *tuam* [h] *fidem*. Quemadmodum omnis caſus, nedum calamitas, pro aruſpicum, at-

a *De Civitate Dei VII.*
b *II. ad Nationes.*
c *Antiq Inſcript. cap. IV.*
d Vid *Dempſter. Tab. XXI. XXV. LXXXII. LXXXIV. LXXXVI. & al.*
e *Diſſ. I. pag. 50.*
f *Lib. VI. 16. VIII. 10.*
g *Plaut. Amphitr. Act. I. Sc. 1. Captiv. Act. II. Sc. 3.*
h *Idem Curcul. Act. II. Sc. 2. Aulul. Act. IV.* vid. *Briſſon. de Formulis.*

atque augurum ſycophantia, non religione modo complebat animos, ſed plane attonitos tenebat, praeſens vero incommodum ad vota [a], ad hoſtias, & pulvinaria Deorum omnia compellebat [b], praecipue Apollinis, Aeſculapii, Higiae, Machaonis, Teleſphori, Febris etiam, ac Tuſſis; ita, ſi unquam alias, certe in cujuſpiam interitu, ſacerdotes ſi minus verbo, re ſane ipſa, dum affectato ac lento murmure ſuſurrabant, tot tantiſque ſe tenebris occupari fatebantur, ut ex impuriſſimo Deorum furfure ignorarent, cui fiderent, quem ſequerentur, ac interea, ne errarent, formulas in uſu haberent ex earum genere, quas Struvius [c] ſingulares appellat apud Dionyſium Halicarnaſſenſem [d], & [e] Apulejum. Ille enim ſic Brutum inducit orantem *Jupiter Diique omnes, quibus cordi ſunt res mortales*. Hic vero ait: *Regina caeli, ſive tu Ceres, ſeu tu caeleſtis Venus, ſeu Phoebi ſoror, ſeu nocturnis ululatibus horrenda Proſerpina, quoque nomine, quoque ritu, quaque facie te fas eſt invocare: tu meis jam nunc extremis aerumnis ſubſiſte*. Hactenus de ſacerdote, quod ſequitur de Tibicine.

X. Ante XII. tabulas in clarorum funeribus tibicines conduci pro cujuſque arbitrio conſueviſſe compertum eſt, docente Cicerone, id [f] lege cautum, ne plures, quam decem, advocarentur, cui deinceps legi abrogatum eſſe hinc plane diſcimus, quod Seneca [g] facete dixerit, tot tibicines, cornicineſque, & tantam omnis generis aeneatorum turbam, dum Claudius efferebatur, undique perſonuiſſe, ut poſſet ab aeterno ſomno vel ipſe mortuus excitari. Sed tibi-

a *Cic. de Aruſp. reſp. Liv. V.* 18. *XXVI.* 23. *Plin. H. N. XXVII.* 2.
b *Liv. XXVII.* 11. *XXXI.* 9.
c *De Romanor. Precib. III. p.* 210.
d *Lib. IV.*
e *Metam XI. in princip.*
f *De Leg. II* 59.
g *De morte Claudii.*

tibicinum conventus, quum tantus in ſepultura fuerit, in ipſa morte nuſquam auctus legitur, aut imminutus, imo illius traditur ne uſus quidem: itaque Ficoronius [a] jure antiqua anaglypha demiratur in ſcimpodio, quod extat in muſeo Kircheriano, ubi mulier agit animam hinc tibicine, inde cornicine perſtrepentibus, cum hac epigraphe MORITVR. Nec in marmore Pariſino non idem omnino apparet excepta epigraphe, cujus ritus nunc cauſa breviter inveſtiganda eſt. Muſices uſum olim fuiſſe in quorumdam curatione morborum teſtantur prae ceteris Theophraſtus in Athenaeo, & Democritus apud Gellium: ſed in utroque lapide, niſi fallor, nihil tibicines ad ſalutem. Etenim a Petronio Arbitro, tanquam proverbii loco, ad tibicines mittuntur ii, qui deſperata jam valetudine, ſicuti ſcimpodii titulus palam facit, ſunt morti proximi; quo etiam reſpexit Artemidorus [b], ubi de iis, qui tuba canere ſomniarent, dixit, *tale ſomnium aegrotantes tollit*, addita praeterea interpretationis cauſa, quia nempe tuba, utpote ex oſſe, & aere compoſita, praeſignificet aegrotum in oſſa & cineres diſſolvendum. At ad rem noſtram parum interpretatio hujuſmodi. Nam haec inſtrumenta erant aenea, ex Etruria in urbem translata. In luctu ferali tibicines Moreſtellius [c] traducit non ad mortuum quidem, ſed ad ejus conſanguineos, quaſi tubarum clangore excitati minus dolorem ſentirent. Verum ita fuerit apud Judaeos, ſecus arbitror apud gentes. Macrobius [d] hanc caeremoniam non ad curationem morbi, non ad praeludium mortis, non ad familiarium conſolationem refert, ſed potius

E ad

a *Lib cui tit.* delle Maſchere *pag.* 222.
b *Lib. I. cap.* 58.
c *De Pompa Ferali.*
d *In ſomn. Scipion.*

ad philoſophiam, exiſtimatque in tubarum ſtrepitu dogma Platonicum redolere, quod *poſt corpus animae ad originem dulcedinis muſicae, id eſt ad caelum redire* crederentur. Igitur eo forte ſpectabat id inſtituti, ut anima mox ſui compos futura, ſono admonita cogitaret, reditum ſibi ad caeleſtes orbes, unde venerat, eorumque ſonitus concentuſque mirabiles [a] aperiri. Hàec ex philoſophiae, quid ex religionis penetralibus? Cum plurimi divini honores, tum hic quoque ritus, meo quidem judicio, argumento eſt, quod ethnici eos, qui ex hac vita migraſſent, in Deorum numero eſſe voluerunt, quocirca Arnobius [b] merito deridet gentes exiſtimantes, muſicis inſtrumentis iratos Deorum animos demulceri: praeterea ſonos & cantus in ſacris peragendis fuiſſe adhibitos edocemur ex nummis, ac toreumatibus ſacrificia exprimentibus, itemque ex inſcriptionibus, in quibus collegium laudatur [c] fidicinum, tibicinumque, qui S. P. P. S. i. e. *ſacris publicis praeſto ſunt*. Ut ergo animam, dum e corpore demigrabat, ſuavitate muſices ad ſuam originem comitabantur, ita poſtquam deceſſerat, jam Diis adſcriptam, cultu Deorum proprio honorabant. Non me fugit, hujuſce ritus & aliam afferri cauſam. Lucianus [d] ſpectra & larvas ſono aeris & ferri fugari autumat: Plinius [e] diras ait, & magicas excantationes defixioneſque impediri ſono praeſertim [f] diſſono. Artis Theſſalicae, de qua late Gevartius [g], & [h] Piccartus, variae erant ſpecies: ego quatuor commemorabo. Ad primam referuntur *evocationes manium*, quas Cicero [i] appel-

a *Cic. ſomn. Scip.*
b *Lib. VII. adv. Gent.*
c *Grut. pag. 275. 279. in Muſ. Capitol.*
d *In Philopſeud*
e *H. N. XXVIII. 2.*
f *Ibid. II. 12.*
g *Elect. III. 16.*
h *Peric. Critic. I.*
i *In Vatin. VI.*

pellat *ſacra nefaria*, Plinius [a] *umbrarum inferorumque colloquia*, utpote fieri ſolita, ſecundum Horatium [b], Virgilium [c], Apulejum [d], ut animae ab inferis evocatae reſponſa darent. Secundam ſpeciem Paulus [e] juriſconſultus nuncupat *obcantare*, tertiam *interficere*, quartam *obligare*. Porro tubarum ſonus in articulo vitae noviſſimo neque ad primam ſpeciem, neque ad alteram pertinebat: nullus enim locus aut evocationibus eſſe poterat, aut amatoriis incantamentis. Reſtat igitur, ut ille ſonus impedimento eſſet, ne quis magicis defixionibus, quas nemo olim [f] non metuit, aut interfici poſſet, aut obligari. Utramque ſpeciem, ſuſpicio fuit, Germanicum expertum eſſe: ita enim de Piſonis, & Plancinae maleficiis Tacitus [g]: *reperiebantur ſolo, ac parietibus erutae humanorum corporum reliquiae, carmina, & devotiones, & nomen Germanici plumbeis tabulis inſculptum, ſemuſti cineres, ac tabe obliti, aliaque maleficia, quis creditur animas numinibus infernis ſacrari*. En tibi & defixio ad mortem, & obligatio animae, ne ad ſuperos iret. Neſcio quid ſimile de Veſtalibus narrat etiam Plinius [h], & Vopiſcus in Aureliano [i] refert ſacra facta in certis locis, ne barbari tranſire poſſent. At in lapidibus, quos explicamus, tum anaglypha, tum epigraphe plane oſtendunt, tubarum ſonum ad quartam duntaxat ſpeciem referri oportere. Interim vero dum alte tibicines perſonabant, non dubito, quin ſacerdotes, ut maleficiis occurrerent, Averruncos Deos invocarent, uſurparentque aliquam ex iis formulis, quas Briſſonius habet, ac mutatis

E 2 mu-

a *H. N. XXX. 2.*
b *Epiſt. V. & I. Sat. VIII.*
c *Eclog. VIII. 69.*
d *In Apolog.*
e *Lib. V. ſentent. Tit. 23.*
f *Plin. XXVIII. 2.* vid. *Tertull. de ſpectacul. 2*
g *Annal. II. 69.*
h *Plin. H. N. loc. cit.*
i *In vit. cap. 18.*

Digitized by Google

mutandis non huic abſimilem; *te precor quaeſoque, uti ſies volens propitius mihi familiaeque noſtrae, uti morbos viſos inviſoſque, viduertatem vaſtitudinemque, calamitates intemperantiaſque prohibeſſis, defendas* [a] *averrunceſque*. Jamque ut tubae ſilentium indicamus, ne ad hanc anilem ſuperſtitionem traducas velim Judaeorum ritum [b], ac multo minus Chriſtianorum. Eccleſia enim aliquando, cujuſpiam ut magna virtus ſingulariter teſtata eſſet, tubarum clangorem in pompa funebri non improbavit, id narrante Fulgentio [c], quod Innocentius IV. P. M. cum populo totaque aula, ubi S. Clarae virginis jacebat corpus, *profectus, canentibus tubicinibus intra urbem detulit, atque ipſe omne funeris officium exequutus eſt*.

XI. Quicquid hactenus dixi de ſacerdotibus, de animarum ductoribus, de tibicinibus, quanquam exſculptum ſit e ſarcophagis, qui, ſi Kircherianum excipias, patrum videantur matrumque familias eſſe, fuit id tamen morientium commune omnium, non ita luctus domeſticus, quum propoſitis in lapidibus tota cum liberis familia lugeat. Atque is quidem luctus, aut nuſquam alibi, aut Peruſino in monumento graphice expreſſus eſt. Huic ergo uni, quoniam nec perſequi poſſum omnia, nec me id facere oportet, inſiſtam breviter, Paſſerio [d] duce, a quo ſic appoſite ſingula explicantur, ut nemo mihi rem poſſe aliter videatur, atque ipſe exiſtimat, definire. Ac primo ad lectulum non ſpondis munitum, non parieti adhaerentem, ſed circum undique pervium, ſecus ac Romae in uſu eſſet, matrona accedit eo cultu ornata, quem Etruria nobilium femi-

a *Cato de re ruſt. cap.* 142.
b *Matth. IX.* 23.
c *Lib. VIII.* 16.
d *Ibidem ut ſupra.*

Digitized by Google

feminarum, Dearumque proprium eſſe voluit, talari nimirum tunica, & ſtola, quae ſupra caput recurrit, amicta luget, & expiranti viro filium natu minimum offert, ut patris ſpiritum ore excipiat, non tam ex pietatis inſtituto, ut mox probabitur, quam religionis. Deinde ſervus, fortaſſe cubicularis, ſola indutus tunica, nec ultra cubitos manuleata, ad lectuli caput adſtans manibus dolorem exprimit. Vir, qui ſequitur, & nobilis eſt, & tanquam Mezentius [a] Lauſi, vicem morientis dolet elata manu: tunica inferiore caret, ſolo indutus pallio, quo in humerum rejecto, brachium exerit nudum, ita nempe amictus eſt, ut ſaepe viri in Etruſcis vaſculis, geſtu plerumque ſacrificantium. Hanc porro veſtem neque plebejam neque ſervilem eſſe veteres Romani docent, *primo quidem ſine* [b] *tunicis, toga ſola amicti*, qualem Romuli ſtatuam in capitolio, & in roſtris [c] ſtetiſſe tradunt. Poſtea ancillam vides, ritu in funeribus [d] uſitato, manibus ubera comprimentem, avertentemque oculos a ſpectaculo, ſicut olim in Aegypto mulieres, Diodoro [e] teſte, leſſum faciebant ad regum funera. Tum alia atque alia matrona ſequitur, ſingulas comitante ancilla, atque hae dum pariter ſinum comprimunt utraque manu, illae velo, ne funus videant, obnubunt caput, quemadmodum in vetere ſarcophago apud Montfauconium matrona in cathedra ſedet, veſtemque ad oculos attollit, ritu nimirum non tam Etruſcis, & Romanis, quam Graecis pariter, & Judaeis uſitatiſſimo. Matronas palliati juvenes excipiunt duo, qui manibus caput lacerant: hos imitatur ſenex ampliore indu-

a *Virg. Aen. X. 844.*
b *Gell. Noct. Att. VII. 12.*
c *Plin. H. N. XXXIV. 6.*
d *Serv. ad Aen. V. 78.*
e *Bibl. II.*

dutus caſula, nonnihil a ſuperioribus differenti. Alius praeterea ſenex cubile ingreditur, quem quaſi choragum in medio ſex hominum ſtantem vides, trium a dextris, a ſiniſtris trium, quorum ſunt tres barbati, & tres imberbes, caput alii tundentes, alii vellentes crinem utraque manu, excepto minimo, qui dextram ad capillos admovet, lacrimas ſiniſtra tergit. Horum & ſtatura diſſimilis, & veſtis varia totam eſſe familiam, diſtinctis pro officio veſtibus, palam facit. Ceterum maeror in carorum morte affabre inſculptus, cum alibi [a] oculis ſubjicitur, tum eodem in muſeo Etruſco [b], ubi jacenti viro adſtat a ſiniſtris matrona, fortaſſe uxor, quae pallio caput, manuſque tegit, lugent a dextris filii pallio circumvoluti, tectiſque manibus, duobus exceptis junioribus, quorum minimus ad caelum ſublata, alter capiti admota dextera dolorem teſtantur ſuum more apud Homerum, Virgilium & poetas tragicos perfamiliari.

XII. Is erat veſtitus, habitus, inceſſus, ordo, quo olim conſanguinei, dum omnis ſpes vitae in aegro abjecta erat, ad noviſſima & calamitoſa officia, nempe ad extremos amplexus, ad exceptionem ſpiritus, ad oculorum, totiuſque vultus compoſitionem dolore perditi accedebant. Mortem quippe, auctore Feſto, quum *abitionem* antiqui dicerent, propterea morientes, tanquam peregre abeuntes, oſculis dimittebant amplexibuſque, nec ſane qui agebat animam, his officiis, dum morbus ſineret, mutuo non reſpondebat, ſicut toties jam citatis in lapidibus & Kircheriano, & Peruſino oſtenditur: illic enim adſtanti mu-

a *Collect. Rom. Antiq. cui titulus* Admiranda *pag* 69. *& libell. cui titulus* Villa Borgheſe *pag.* 196.

b *Vol III. Tab. XXIII.* vid. *ibid. Diſſert. pag.* 174.

mulieri expirans mulier, hic viro dat manum vir, unde opinor, morem tenuiſſe, ut neceſſarii ex ordine ad morientem accederent, & manus mutuo conjungendo indicia amoris extrema darent acciperentque. Neque idem de oſculis quoque non dictum volo, non tam lapidibus id teſtantibus, quam hiſtoria; quoniam ut Caeſar Druſum in Germania gentes ferociſſimas Romano imperio ſubjicientem in amplexu & oſculis [a] ſuis amiſit, ita Auguſtus in oſculis Liviae [b], & in hac voce defecit: *noſtri conjugii memor vive & vale*. Quanquam vero, ut dixi, hunc oſculandi ritum non mutua duntaxat pietas, ſed & religio ſuaſit: non minor nempe hic ſuperſtitio fuit, quam ubi ante aras Deorum limina ipſa [c] converrebant oſculis. Quid enim vultum vultui imponebant, niſi quod & ore [d] excipi putarent animam diſcedentem, & os tanquam januam eſſe aliquam animae jam diſceſſurae? unde proverbio locus, *animam in primo ore* [e], *vel labris tenere*. Credebant praeterea animas ante ſepulturam vagas, & interim, dum in ſinu propinquorum continebantur, placide moras [f] trahere, donec tumulo [g] conderentur, ac tametſi animam vix a corporeis vinculis liberatam redire in caelum exiſtimarent, tamen inter ipſam & corpus mediam veluti naturam aliquam admittebant utriuſque participem, quam Platonici [h] vehiculum nuncupavere, quae triplici apud Virgilium [i] purgatione, ſi quid deliquerat, expiabatur. *Depoſito corpore*, inquit Servius [k], *ſordes ſuperſunt: poenas autem minime perferunt animae: ſed illius conjunctionis reli-*

a *Senec. de Brevitate vitae.*
b *Svet Aug. 99.*
c *Arnob. lib. I.*
d *Moreſtell. I. 2. & Kirchmann.*
e *Senec. Epiſt. XXX. & in Hercul. Furent. S. Cyprian. de Coena.*
f *Paſſer. loc. cit.*
g *Ovid. Faſt. V. 17. Virg. Aen. III. 68.*
h *Plato in Phaedone.*
i *Aen. VI. 740.*
k *In loc. cit.*

Digitized by Google

reliquiae, quae fuit inter animam & corpus. Has reliquias apud S. Auguſtinum [a] ita Plotinus explicat: *animas hominum daemones eſſe, & ex hominibus fieri lares ſi meriti boni ſint: lemures, ſeu larvas, ſi mali: manes autem, quum incertum eſt, bonorum eos, ſeu malorum eſſe meritorum*. Ergo hominis reliquias, ſi inſontes eſſent, placide conquieſcere [b] crediderunt, ſi minus, errabundas ac [c] terrificas eſſe, quare Gutherius [d], ubi Dido, ſi pudorem violarit, ſibi dira imprecatur [e], non *pallentes* quidem, ſed *palantes* umbras legendum putat, ut maxime propoſitum illa ſuum Aeneae probet. Sed quid jam plura de lemuribus ingeram vel me invito in ſcenam alibi redituris? Ad ſpiritus exceptionem redeo, quo munere ſicut conjuges, liberique in virorum, aut parentum interitu fungebantur, ſic & eorum erat vix vita functis oculos ſigillare, ut & ſomno indulgere viderentur, & decenter compoſiti nemini terrorem eſſent apertis oculis [f] allaturi. Pars enim haec erat quoque officii maxima: ideo Agamemnon uxorem ſibi malas hiantes & deformatas corrigere neglexiſſe apud Homerum queritur:

Neque mihi eunti ad Plutonis domos voluit
Manibus oculos comprimere, neque os componere.

Quod ut caveret Auguſtus Caeſar, *petito* [g] *ſpeculo capillum ſibi comi, ac malas labentes corrigi praecepit*. Jam legem *maeviam*, vel, ut alii minus recte, *miniam*, aut *maniam*: *ne filii* [h] *parentibus luci claro ſugillent oculos*, nolim ita interpreteris, ut aut cum Gutherio [i] lectum putes obdu-

a *De C. D. IX. 11.*
b *Plato ibid.*
c *Apul. IX. Metam. Charif. lib. I.*
d *De Jure Man. II 16.*
e *Virg. Aenead. IV.*
f *Moreſtell. I. 6.*
g *Suet. Aug. loc. cit.*
h *Varro in Geminis apud Nonnium.*
i *Loc. cit. I. 12.*

ductum velo, quod in lapidibus nullum eſt, aut cum Tiraquello [a] feneſtras, nedum januas fuiſſe occluſas, quibus non patentibus, fax ut adeſſet aliqua oporteret, quae omnino deeſt; alias enim quî os, quî vultus, ut ritus erat, decenter componerentur? Nonnullos vero opinantes, hac lege vetitum, ab [b] eo ut officio vacarent liberi, ne multis utar auctoritatibus, vel unus certe Martialis tacere jubet, a quo diſcimus id officii non unius, ſed omnium fuiſſe proprium filiarum pariter, ac liberorum: [c]

Quinque dedit pueros, totidem mihi Juno puellas,
Clauſerunt omnes lumina noſtra manu.

Antonius Auguſtinus [d], cui Kirchmannus adhaeret, metaphorice hanc legem interpretatur, quaſi cautum fuerit, ne parentibus *luci claro*, hoc eſt ducentibus adhuc ſpiritum, oculos ſigillando mortem liberi maturarent: ſed ſi, ***quae recte tolluntur***, ***non tollerentur***, inquit Cicero, ***niſi fuiſſent*** [e], ſuſpicor quidem, minus decenter olim morientium oculos luce clara fuiſſe occluſos, ſed vix unquam reor uſuveniſſe, ut filius quamlibet ingratus & vecors, quem morientem videbat, parenti maturius ſigillans oculos interitum maturaret. An in parricidas eſt lata lex? id vero ne ſuſpicari quidem in mentem venit. Quid ergo cautum exiſtimemus? Tacentibus ſcriptoribus, ad lapides confugiamus, neceſſe eſt. In iis porro, ut modo vidimus, tum feminae, quae vel uxores, vel filiae ſunt, tum aliquando & mares, fortaſſe liberi, caput [f] pallio circumvolvunt, vel ſe ipſa veſte lugentes obtegunt, ut in marmore

F

a *Ad Alex. Neap. Gen. D. III. 7.*
b *Moretlel I. 7.*
c *Lib. X. 63.*
d *Lib. de legibus.*
e *De Leg. II. 60.*
f *Muſ. Etruſc. ut ſupra.*

Digitized by Google

more Patavino [a], unde huic legi afferri lux poſſe aliqua videatur, quaſi officium, quod *luci claro* nefas erat, obtecto capite praeſtaretur, niſi mavis, quod veriſimile exiſtimaverim, hac lege pietatem liberis inculcari. Etenim quum interdicitur, ne *luci claro* filii ſugillent oculos, idem fortaſſe eſt, ac ne ſiccis oculis, &, ita dicam, cum indolentia officium praeſtent maeroris luctuſque plenum. Et hoc interdictum profecto maxime e natura eſt. Nam ſi lux clara pro jucunda dicitur, quid te facere minus deceat *luci claro*, vel ſine luctu, quam iis oculos operire, propter quos hanc ſuaviſſimam lucem aſpexeris? Contra id officii genus ſi pie, ſi rite obieris, quam grate facturus ſis, auctoritate ipſe ſua & vaticinio affirmat Deus, ſic Jacobum alloquens ad puteum juramenti [b]: *Joſephus quoque ponet manus ſuas ſuper oculos tuos*. Jam vero plura de hoc ritu dixi, quam volui, nunc cetera perſequamur.

XIII. Oculi dum claudebantur, tota erumpebat in gemitus maeſta domus [c], iterumque in amplexus & oſcula [d] concurrebat, ac introducta vicinia [e], nedum familia, terni quaternique, vel exeuntem ut animam retardarent, vel ut adhuc in corpore deliteſcentem expergefacerent, voce quantum poterant contendentes, ter mortuum nomine [f] inclamabant, quo tacente communis erat illa vox, quae de rebus deſperatis in paroemiam abiit, [g] *conclamatum eſt*. Lotionis [h] calidae, atque uncturae [i], quae mox ſequebatur, ſolitae a propinquis [k] fieri, eadem fuit atque conclamationis cauſa; nonnulli quippe paulo poſt redi-

a *Franciſc. Ptol. in Vetuſtal. Verb. XX.*
b *Geneſeos 46.*
c *Senec. epiſt. XCIX.*
d *Idem conſol. ad Helv. 3.*
e *Moreſtell. I. 8.*
f *Scalig. ad Propert. IV. El. 6.*
g *Senec. de Tranquill XI.*
h *Virg. Aeneadum IV.*
i *Idem Aenead VI.*
k *Euripid in Phoen.*

divivi aut a veſpillonum manibus [a] extorti ſunt, aut domum a rogo [b] pedibus remearunt, aut vivi in pyra, quia ſubveniri non potuit, praevalente flamma, [c] cremati ſunt. Hac de cauſa in lautiorum domibus fuit mortuorum unctura duplex, altera, ut dixi, propinquorum propria, ſervorum altera, & haec ſane aliquandiu poſt mortem facta: inſignes enim viri, ac praeſertim mulieres non poſtridie, non biduo tantum, ſed triduo etiam, & nonnunquam [d] quatriduo poſt, quam obierant, veniebant, ut condirentur, in pollinctorum manus, cujus rei cauſa ab Herodiano [e] petenda eſt. Ad hanc aromatum effuſionem pertinet illa Solonis lex: *ſervilis unctura tollatur*: neque enim ungi ſervorum cadavera prohibentur, ut Moreſtellius [f] putat, ſed ſervile miniſterium, quo lautiorum corpora condiebantur, vel ut ocyus in rogo arderent, vel eorum ut integritati conſuleretur, ſi integra ſepelirentur. Theodorus Marcilius [g] dum varias numerat uncturae ſpecies, eſt *alia*, inquit, *libera & vetus*, *alia ſervilis & nova*: ſed ego quidem aeque utramque fuiſſe antiquam, & unde liberam, inde ſervilem traductam reor; notiſſimum nempe eſt illud Ennii:

Tarquinii corpus bona femina lavit & unxit.

Ab ſociis quoque & amicis populis, qui ad Numae exequias convenerunt, vitam ejus funere cohoneſtatam Plutarchus [h] ſcribit, allatis publice odoribus, & coronis. Odorum igitur & uncturae pervetus fuit in urbe mos: ſed liber ne, an ſervilis eſſet, non plane liquet; mea vero ſen-

a *Apul. IV. Florid.*
b *Manil. IV. Aſtronom.*
c *Plin H. N. VII. 52.*
d *Moreſtell. I. 13.*
e *Lib. II. Var. Hiſtor.*
f *Pomp Feral I. 12.*
g *In Perſii Sat. III.*
h *In ejus vita.*

Digitized by Google

tentia ſi nulla olim ſervilis unctura fuerat, nulla erat cauſa, cur duodecim tabulis tolleretur. Nam *ſicut ante morbos neceſſe eſt cognitos eſſe, quam remedia eorum: ſic cupiditates*, inquit Cato, [a] *prius natae ſunt, quam leges, quae eis modum facerent*. At quandocumque ſervile hoc miniſterium in uſum venerit, ea certe lex, unde eſt vetitum, peſſundata omnino fuit, & pollinctorum ars non minus Romae, quam in Aegypto, celebris eſſe coepit, & multo ſumtuoſior. Qui enim Aegyptias mumias e faſciis evolutas, ac ſummo ſtudio diſſectas diligenter examinarunt, ſe nihil prorſus inveniſſe ajunt [b], praeter gummi, ſive aſphalti concretas glebulas, nullumque aromatum genus, praeter bitumen merum, vel reſinam e cedro ſtillantem; itaque Diodorus [c] an cinnamomum Aegyptiis in cadaverum conditura recte tribuat, in dubio eſt, quod Cleopatra mox moritura [d] cum auro, ſmaragdis, margaritis, rariſſimiſque cimeliis in monumento ſuo cinnamomum, tanquam quid eximium, nec pollinctoribus familiare, reponi juſſit. Atque hinc apparet, quam vana de virtutibus mumiarum medicis, quaſi illae omni aromatum genere onuſtae eſſent, quoſdam opinio ceperit, quos ſequutus Gallorum Rex Franciſcus I. nullum iter ſine quibuſdam mumiae fruſtulis, velut medicamento omnium ſaluberrimo, ſuſcepiſſe [e] fertur. Rationem in Aegypto condiendi corporum multi [f] tradunt fuiſſe hujuſmodi. Ferro adunco ex naribus cerebrum extrahebant, repleto odoribus loco va-

a *Dec. IV. lib I. 1.*

b *Kircher. Oedip. Aegypt. Vol. III. pag. 397. Pocockius Travelſ V. 5.*

c *Lib. I.* vid. *Antiq. Middleton.*

d *Plutarch. in vit. M Antonii.*

e *Hoffmann. de Medic. Offcin.*

f *Thomas Porchach. de fun. tab. X. XI. Caſalius de Aegypt. Ritib. VII. Alex. Neap. G. D. III. 2. Riccius Diſſert. Homeric XLIII.*

vacuo. Herodoti [a] doctrina haec eſt: ſed tantae pollinctorum diligentiae ac artificio reclamat mumia [b] Middletoniana, cujus caput abſciſſum apparet, & ea pars, quae cum collo ac vertebris conjuncta fuerat, gypſo eſt penitus oblita; calvaria etiam vacua prorſus relicta cernitur. Deinde Caſalius, & alii [c] ferunt, acuto lapide Aethiopico cadaveris inciſa latera, extractiſque viſceribus ipſum cadaver vino Phoenicio, aut palmeo abſterſum, repletumque odoribus, tum ſale & gummi oleo conditum ad ſeptuaginta dies, & ita abſumtum, ut nihil eſſet reliquum, niſi oſſa, & pellis arida. Riccius V. Cl. [d] Moyſi, velut Aegyptii moris peritiſſimo, mumias ante oculos fuiſſe exiſtimat, quum ſcripſit Lothi [e] conjugem in ſtatuam ſalis converſam eſſe, ut indicaret eam non ſecus obriguiſſe, ac cadavera hoc modo condita. Demum multiplici linteorum faſciarumque ordine, alio ſuper alium, a capite uſque ad pedes Aegyptii condita jam cadavera involvebant [f], atque haec involucra alio rurſus velamine, ſive tunica linea, Deorum, beſtiarum, ſymbolorumque diverſis formis ornata penitus obtegebant: thecae autem, ſeu lignei loculi, quibus mumias commendabant, non modo ad corporis magnitudinem intus accommodati erant, ſed extra quoque ad mortui ſimilitudinem conformati, ut facies ex ligno effícta, coloribuſque oblita, germanam ejus imaginem in ſepulcris, aut in larariis domeſticis [g] repraeſentaret. Aut errat igitur Diodorus [h] ubi ait, priſtinam hominis ſpeciem integram, imo & palpebras, & ſupercilia manſiſſe inte-

a *Lib. II. 66.*
b *Antiq. Middleton. tab. XX. Londini 1745.*
c *Ibidem citati auctores.*
d *Loco citato.*
e *Geneſ. 16. v. 16. Sap. 10. v. 7.*
f *Middleton. loc. cit. & alii.*
g *Cic. Tuſc. Quaeſt. II.*
h *Ibidem ut modo.*

integra, aut de lignea hac imagine intelligendus eſt, non de cadavere, cujus nulla pars omnino conſpicua erat. Secus alibi res obvenit. Nam qui Caeſarem [a] ferunt Alexandri corpus & vidiſſe, & contrectaſſe, hoc etiam addunt, ab eo illius naſum paululum fractum eſſe. Apud alias nationes, praecipue Aſſyrios [b] cadavera ſunt melle condita, unde myſtica ſignificatio, qua fel erat viventium ſymbolum, mortuorum [c] mel, Judaeis in divino cultu [d] omnino vetitum. Facit ad mel Varronis feſtivum illud: *Heraclides Ponticus plus ſapit, qui praecepit, ut* (cadavera) *comburerentur, quam Democritus, qui ut melle ſervarentur, quem ſi vulgus ſequutus eſſet, peream, ſi centum denariis calicem mulſi emere poſſemus*. Alibi cera [e], nitro [f], cedro cadavera medicata ſunt, Graeci autem mel oleo miſtum & victimarum adipe Iliacis temporibus adhibuerunt, ſicut de Patroclo Homerus narrat [g], a quo accipimus, fruſtra ſecus ſentiente Plinio [h], unguenta non fuiſſe Graecis eo tempore penitus ignorata. Quanquam vero, ubi Plinius tradit, unguenta ab Alexandro in Darii caſtris primum inventa eſſe, non eſt, cur Hieronymus Mercurialis [i] eidem tantopere iraſcatur, niſi, quod aegre mihi ſuaderi ſinam, id Plinium fugiſſe exiſtimet, quum Darius Alexandro ceſſit, anno nimirum V. C. 422. jam Romae unguenta fuiſſe cognita, ſicut & Numae hiſtoria, & duodecim tabulis ſervilem uncturam prohibentibus edocemur: itaque non ille de quibuſcumque odoribus interpretandus eſt, ſed de pretioſiſſimis ac peregrinis, quae Plau-

a *Dio LI. Xiphil in Aug.*
b *Plin. H N. XXII. 24 Herodot. I. Stat. Silv III Athen. II Xenoph. V*
c *Cael. Rhodigin Ant. Lect. XXVII 17.*
d *Levit. II. Spencer. de Leg. Hebr. II. 9.*
e *Plin XIII 1.*
f *Alex. Neap. loc. cit.*
g *Homer Iliad. XXIII.*
h *Plin. loc. cit.*
i *De Decurſ. cap. ultimo.*

Plautus [a] mutuatus a Graecis vocabulum *exotica* vocavit :

Non omnes poſſunt olere unguenta exotica ,

quaeque a cenſoribus P. Licinio Craſſo , & L. Julio Caeſare [b] anno urbis quingenteſimo ſexageſimo quinto non introducta quidem , ut Gutherio videtur , ſed vetita omnino ſunt , ut ſaepe alias , nunquam vero deleta . Etenim quae jam alibi [c] annotavimus , & quae ſequuntur inſcriptiones , per ſe ſatis oſtendunt , unguentorum copiam fuiſſe in pompa funebri , condiendiſque corporibus [d] effuſiſſimam . Puellae , quae nonnullis , ſed abſque certa ratione , Tulliola Ciceronis filia viſa eſt , repertum cadaver integrum mirabili odore perfuſum erat , itemque extra portam Capenam cadaver viri , quem aliis conſulem opinantibus , ducem fuiſſe exercitus Caſalius [e] argumentatur ex paludamento purpureo , cujus ipſe gloriatur aliquot fruſta perbene adhuc olentia ſe habuiſſe , teſtaturque colorem purpurae fuiſſe duplicem , rubeum ſcilicet , ac flavo proximum : ſed qui eos cineres ad vetera vel reipublicae , vel imperii tempora referendos cenſeat , is vereor , ne fabellam pro hiſtoria venditet , qualem de Pallante Evandri filio Boccacius [f] narrat . Anno 1746. ad originem aquae virginis , qui locus vulgo *Salone* dicitur , grandis urna , quae nunc ſervatur in Capitolii conclavi , cui nomen a vaſe eſt inditum , ad lucem rediit , cujus exterior pars Amazonum certamen exhibet : in interiore cum oſſibus cineribuſque apparuit annulus ſmaragdo , & amethyſto inſignis , praeterea balſami magna vis , quod fere

a *In Moſtellaria Act. I. Sc. I. 41.*

b *Plin. XIII 3.*

c *Diſſ. II. num. 2. Diſſ. III num. 3.*

d *Apul. Apolog. I. & Flor. 4. Ramir. ad Mart. III. 12.*

e *De profan. Roman. Rit.*

f *Anal. Deor. XII. 60.*

fere in lapidis naturam tranſiit, ſed in ignem immiſſa vel minima ejus pars gratiſſimum odorem fundit, cujus rei teſtem me eſſe voluit Marchio Jo. Petrus Locatellius V. Cl. penes quem inter ceteras antiquitatis lautitias illius eſt portio balſami non exigua. At de his jam nimis multa, nunc reliquis inſiſtamus. Poſtquam cadaver & conclamatum, & lotum, & tam libera, quam ſervili manu perunctum fuerat, hoc erat reliquum, ut, ſi virile eſſet, aut toga [a] candida, aut veſte dignitatis propria [b], ſi femineum, pro foecunditatis & conditionis gradu nobiliſſime exornatum, donec pompa funebris inſtructa eſſet, in lectulo ſplendidis operto ſtragulis diu noctuque domi quam ſtudioſiſſime cuſtodiretur. Hac de cuſtodia nunc habe pauca.

XIV. Apulejus quum rem deridet Luciani more, eam ita ob oculos ponit, ut connubialis benevolentia quanta in extremis officiis eſſet, vix aliunde praeclarius ediſci poſſit, quam ex diligentia ac ſtudio maximo, quo ſeptem ante elationem diebus cuſtodia cadaveris habebatur. Nonnulla huc igitur ex ejus ſcriptis ad verbum transferam. *Conſpicor* [c], inquit, *medio foro procerum quemdam ſenem. Inſiſtebat lapide, claraque voce praedicabat: ſi quis mortuum ſervare vellet, de cuſtodia liceretur.* Abjectum hoc genus hominum de Libitinariorum familia eſſe [d] debuit, quae ad aedem Libitinae commorabatur, ubi & morientium nomina [e] tradebantur, &, quae ad rem funebrem pertinerent, apparabantur [f], & piatrices, haruſpices, pollinctores,

a *Juvenal. Sat. III. Sidonius lib. III. epiſt 3.*
b *Artemid. II. 3. Polyb. VI.*
c *Metamorph. II.*
d *Gutherius de Jure Manium I. 14.*
e *Suet. Neron. 39.*
f *Plutarch. in Numa.*

res, praeficae, veſpillones, ſandapilarii, lecticarii, uſtores libitinariorum in peculio erant, qui utpote aliquanto honeſtiores deſignatorum munere fungebantur. Tum paulo inferius Apulejus: *& quae dic, ſodes, cuſtodela illa feralis? jam primum reſpondit ille perpetem noctem vigilandum exertis & inconnivis oculis ſemper in cadaver intentis, nec acies uſquam devertenda, imo ne obliquanda quidem: quippe quum deterrimae verſipelles in quodvis animal ore converſo latenter obrepant, ut ipſos etiam oculos ſolis & juſtitiae fruſtrentur. Nam aves, & urſum, & canes, & mures, imo vero etiam muſcas induunt. Tunc diris cantaminibus ſomno cuſtodes obruunt; nec quiſquam definire poterit, quantas latebras nequiſſimae mulieres pro libidine ſua comminiſcuntur.* Sedula haec cuſtodia non propter ſagas duntaxat, ſed etiam propter creditorum ſaevitiam habebatur[a], a quibus cadavera loco pignoris rapiebantur, ac, ſi debitum non ſolveretur, maxima mortuo infamia, & ſepulturae privatio imminebat, a quo crudelitatis genere Hebraeorum [b] pervicacia non abhorruit, ſicut nec Romanorum, unde lex lata, ne funus quiſpiam impediret, neve in jus vocaret ducentem funus, aut juſta mortuo facientem, vel [c] pompam funebrem proſequentes. At exitialis hujus operae quae merces erat? non amplior ferme, quam quaterni, vel ſeni aurei: quae vero, ſi quid mortui corpuſculo defuiſſet, cuſtodi poena infligebatur? talionis. *Ehem*, exclamat Apulejus, *ſi quis non integrum corpus mane reſtitueret, quicquid decerptum diminutumque fuerit, id omne de facie ſua defectum ſarcire cuſtos compellitur.*

a *Lucian. de luctu.*
b *S. Ambroſ. X. in Tobiam.*
c *L. 2. ff. in jus vocand.*

tur. Deinde narrat per brevem poſticulam (pervetus erat ritus funeſtae domus occludendae januae) cuſtodem introduci in obſcurum conclave ad matronam flebilem, quae crinibus ante pendulis, hinc inde dimotis, pergit in aliud cubiculum ad cadaver ſplendentibus linteis coopertum, & ſeptem cum cuſtode advocatis teſtibus, fidem praeſentium obteſtata revelat mortuum, & quodam tabulis praenotante, ſingula demonſtrat membra: *ecce*, inquit, *naſus integer*, *incolumes oculi*, *ſalvae aures*, *illibata labia*, *mentum ſolidum*: *vos in hanc rem*, *boni Quirites*, *fidem perhibetote*. Atque ubi auctoratus ad mariti cuſtodiam cum lucerna calicem & coenarum reliquias petiit, illa quaſſans caput, *abi*, inquit, *fatue*, *qui in domo funeſta coenas*, *ut partes*, *requiris*, *in qua tot jugibus jam diebus ne fumus quidem viſus eſt ullus*: *an comeſſatum te veniſſe credis*? *quin ſumis potius loco congruentes luctus & lacrimas*? Poſtea per ancillam tradita lucerna & oleo, cubiculo protinus faceſſit, ibi cuſtode incluſo. Uxoriae huic ſolicitudini, quaecumque fuerit, ſi laus eſt debita, multo ſane majorem Verania meruit Piſonis uxor (illius dico Piſonis, quem Galba adoptaverat) quae teſte Tacito [a] maritum ab Othonis militibus interfectum in veſtibulo Veſtae poſt caedem compoſuit, quaeſito redemtoque capite, quod venale milites conſervaverant. Quanta conjugibus de virorum, an tanta his etiam de illarum cadaveribus ungendis cuſtodiendiſque ſolicitudo eſſet, vix credibile ſane duxerim, quanquam viros hiſtoria referat dolori ceſſiſſe interdum plus quam uxorio, teſte prae ceteris M. Plaucio [b], qui fertur in Horeſtillae funere inter

a *Tacit. Hiſtor. I. 47.* b. *Val. Max. VII 9.*

ter ungendi oſculandique officium diſtricto ferro incubuiſſe. Fuerit hoc alicujus; virorum commune id erat omnium, ut ſive conjux, ſive parens producendus eſſet, illius cadaver, ne ulla veneni, aut ferri [a] ſuſpicio eſſet, ad domus januam [b] cupreſſu [c], piceave [d] ornatam collocarent, quare Dio Tiberium [e] notat, quod Liviam neque aegrotantem inviſerit, neque mortuam collocaverit, dum mares interea ac feminae veſtitu lugubri adſtabant toro, cum odoribus affixa [f] acerra, inſtaurabantque luctum adveniente aliquo, ut adoraret manes, hoc eſt iiſdem ut precaretur bene, quam caeremoniam ſignificavit Seneca, quum in Scipionis Africani villa jacens, *haec tibi*, inquit, *ſcribo* [g] *adoratis manibus & ara*. De pompa funebri [h] vide, ſi vacat, quae in primo volumine perſtricta ſunt. Addo hic tantum de *ricis* ac *riciniis* pauca.

XV. Rica & ricinium, ſi materiam ſpectes, idem omnino erant, ſecus, ſi formam & uſum: ſiquidem utraque a Feſto diſcimus ex alba lana & ſuccida fuiſſe intexta: ſed idem auctor ricas ſeu riculas vocat parva ricinia, *ut palliola ad uſum capitis facta*: itemque ricinium ſeu recinium definit *omne veſtimentum quadratum*, vel potius, ut ait apud eundem Verrius, *praetextam clavo purpureo togam*. Rica igitur, quam poſtea dixerunt *mavortem*, vel *marſutium*, aut *maſortem*, velum erat femineum inſtar pallii, quo Monachi collum [i] tegunt & humeros. Mulieres an ſumerent in luctu riculas, incertum eſt, imo contrarium potius ex eo colligitur, quod funus aperto & nu-

a Vid. *Moreſtellius I.* 18.
b *Lipſius Elect. I*
c *Servius ad IV. Aeneadum.*
d *Plin. XVI.* 10.
e *Lib. LVII.*
f *Cic. de leg. II.* 60.
g *Epiſt.* 86.
h *Diſſ. III.*
i *Gloſſar. Arabic. Latin.*

Digitized by Google

do capite proſequerentur, Plutarcho cauſam [a] afferente hujuſce ritus. Ricinia quidem in adverſis rebus aut luctibus, quum veſtitus omnis delicatior ponebatur, ſumſiſſe feminas affirmat Varro [b], ſed ita quidem, ut, dum mortuus domi adſervabatur, riciniis lugerent, in ipſo autem funere cum pullis pallis ricinia commutarent. Gutherius [c] & hac Varronis auctoritate innixus, & quod Grannius [d], atque Iſidorus [e] riculas a riciniis non diſtinguant, ideo cum Turnebo, & Junio omne hinc excludit veſtimenti genus, & ricinium contendit fuiſſe velum cingulumque capitis, & proprium unice feminarum. Falſo. Nec modo huic ejus opinioni non favet Varro, verum hac luce clarius adverſatur. Negas? haec ſunt ejus verba: *mulieres in adverſis rebus aut luctibus, quum omnem veſtitum delicatiorem ac luxurioſum ponunt, ricinia ſumunt*. Non de cingulo, non de velo, non de mavorte loquitur, ſed de veſtitu. Jure igitur Gothofredus [f], Roſinus [g], Lipſius [h], & noviſſime Octavius [i] Falconerius ſtrenue tuentur duodecim tabularum interpretes, ricinium genus eſſe veſtis exiſtimantes, non palliolum, ſeu mafortem. Quaerendum modo, quid ſibi velit Cicero [k], ubi Romanos ait, Solonis, qui primus luxum in funere Athenis ſuſtulit, legem imitatos eſſe, *extenuato ſumtu tribus riciniis & vinculis purpurae*, vel, ut in aliis codicibus, *clavis purpureis*, aut *tunica purpurea*. Gutherii mens eſt, hac lege cautum, ut dum mortuus componeretur do-

a *Quaeſt Rom. XIV.*
b *De vit. P. R I.*
c *Loco citato l. 16.*
d *Ad Feſt in v. Ricae.*
e *Lib. XIX 25.*
f *Lib. VIII. tit. 5.*
g *De veſtib. Roman. in genere XXXI.*
h *Quaeſt. Epiſtolic. I. 7.*
i *Diſſ. de Pyramide C. Ceſtii Epulon. Graev. vol. IV.*
k *De leg. II. 59.*

domi, *non plures, quam tres mulieres riciniis capite operto lugerent*. At vero hic agit Cicero non de luctus, ſed de ſumtus extenuatione. Fac autem multo plures, quam tres, quam octo, compoſitioni cum riculis adſtitiſſe feminas, quis, obſecro, vel in ſumma parſimonia credat, hunc fuiſſe ſumtum a decemviris coercendum? quum hodieque femellae in luctu ex ſerico velum gerant, non ex lana ſuccida. Eſt ergo aliter interpretanda lex. Quum Varro feminas univerſe referat, dum mortuus ſupra terram eſſet, riciniatas luxiſſe domi, hinc probe conſtat, decemvirorum mentem non eam fuiſſe, ut tres tantum mulieres ricinia ſumerent, ſed ne liceret, femina maſve interiiſſet, plura quam tria ricinia cum cadavere aut cremare, aut ſepulcro inferre. Iccirco Lipſius vir mentis acie ſingulari in eam ſententiam ivit, ricinium non vilem, ſed pretioſam ac ſplendidam fuiſſe veſtem, neque ad luctum, ſed ad ornatum factam, magnique habitam, adeoque in ipſa lege ſuo nomine indicatam, quum praecipue, ut Falconerius addit, a verbis legis, *tribus riciniis, & clavis purpureis*, non diſſentiant verba Verrii apud Feſtum, ricinii nomine *togam praetextam clavo purpureo* ſignificantia. Acute quidem. Sed uterque videat, num Varronis, quam modo attulimus, auctoritate innixi ab hac ſuſpicione diſſentire merito poſſe videamur. At Varroni Virgilium opponit Lipſius ita dicentem: [a]

Purpureaſque ſuper veſtes velamina nota
Conjiciunt.

Poeta vero praeterquam quod militare deſcribit funus, in quo duodecim tabulae, legibus inter arma ſilentibus, nul-

a *Aeneadum. VI. v. 221.*

nullam habebant vim, veterum mores ad ſui temporis luxum accommodare ſolet, quum pro riciniis in uſum venerant purpureae ſimul Attalicaeque veſtes. Quid ergo? Tria ne ricinia, de quibus agimus, veſtes fuerunt lugubres ex lana ſuccida? imo arbitror pro veterum parſimonia fuiſſe nobiles, utpote purpureis praetextas clavis, ſed ricinia dictas, non quod ejuſmodi re ipſa eſſent, ſed quod eas liceret, pro quo ricinia ſumebantur, illius tradere aut ſepulcro, aut rogo. Ricinium ergo fuiſſe duplex, aliud ad luctum, aliud ad pompam opinari fortaſſe licet, non affirmare, niſi hoc diſcriminis cogitemus, quod in luctu careret purpura, ſecus in pompa, ita ut tres veſtes, quas cum cadavere aut flammis, aut ſepulcro per leges inferre licuit, clavis eſſent purpureis exornatae, quibus carerent lugubres. Hoc ſi admittatur, non modo nobis cum Verrio convenit, ſed cum iis etiam, quorum ea ſententia eſt, feminas octavo die riciniis lecto ferali impoſitis, lugubres ſumſiſſe pallas. Quotquot erant mulieres in domo funeſta, ricinia, ut tradit Varro, induebant omnes, ſed tres duntaxat, ut ego ſuſpicor, ſumebant ea, quae mox erant cum cadavere abſumenda. Ceterum haec ſumtus funebris extenuatio, utcunque explicata, tandiu in urbe valuit, quandiu paupertati fuit & parſimoniae honos: poſtquam vero divitiae avaritiam, & Attalicae voluptates deſiderium pereundi, perdendique omnia invexere, quod contigit poſt annum V. C. 564. devicto Ariſtonico, tum decemviralis interdicti ſeveritas tranſiit ad aediles, & a riciniis ad veſtes purpureas, tum etiam aureas, quibus Attalicis nomen fuit ab Attalo [a] Perga-

a *Plin. XXXVII.* 1.

gamenorum rege, quarum uſus & Romae [a], & in provinciis [b] primo ad corporis cultum venit, deinde ad omne magnificentiae genus, & ad funebrem ſupellectilem. Aulaea & vela purpurea inter ſepulcrales ornatus habuiſſe locum, teſtis eſt perfida illa mulier, quae, inſontem ut virum ſuum majeſtatis arceſſeret, ex Diocletiani monumento [c] vela purpurea cum abſtuliſſe criminata eſt. Permultos enim ea oſtentatio tenuit, uti Attalicas veſtes, quibus in vita maxime delectati fuerant, ſecum una in rogum, vel in ſepulcrum inferri teſtamento juberent. Prodiga haec liberalitas reliquit urnas, in quibus ſaepe pretioſi cineres inventi ſunt, cujus generis lapis tribus abhinc annis in villa Eminentiſſimi Cardinalis Silvii Valenti Gonzagae effoſſus eſt, cum cineribus nempe, quibus immiſtae erant auri particulae unciae pondo. Tantulum vero id auri pondus minime a lege abhorruit, qua cautum fuit, ut teſtatoris ultimae voluntati, ſi quid exigeret, in rebus omnibus ſatisfieret: at in funebri ſumtu, ſi nimius eſſet, nulla ejus ratio [d] haberetur. Aut nuſquam alibi, aut clariſſime id apparet in inſcriptione C. Ceſtii Epulonis, & ſeptemviri Epulonum, cui pro monumento ad viam Oſtienſem, ſicut in campo Martio Scipioni Carthaginis everſori [e] erecta eſt Auguſti aevo pyramis celeberrima e veterum inſtituto, ita notante Servio in haec Virgilii; [f]

Fuit ingens monte ſub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere buſtum

Anti-

a *Propert. II. 13. & 32.*
b *Cic. in Verrinis.*
c *Ammian. Marcellin. XVI.*
d *Scaevola l. ult. ff. de religioſ. & ſumt. §. hic actio.*
e *Acron. in Od. IX. Epod. Horatii & Fulv. Urſin. IV. 31.*
f *Aeneadum XI.*

Antiqui Laurentis, opacaque ilice tectum.

Ibi, quum Ceſtii ſepulcrum ruinam minitans Alexander VII. reſtitui juſſit, duae baſes inventae ſunt, in quarum una aereus pes erat reliquus, ex quo ſtatuae altitudinem fuiſſe XIV. vel XV. palmorum innotuit: utrique baſi ejuſdem menſurae ſtatuam fuiſſe impoſitam ſequens inſcriptio docet utrobique inſculpta, ſicut extat in porticu muſei Capitolini, unde fideliter exſcripta eſt:

M. VALERIVS . MESSALLA . CORVĪNVS
P. RVTĪLIVS . LVPVS . L. IVNIVS . SĪLANVS
L. PONTIVS . MELA . D. MARIVS
NIGER . HEREDES . C. CESTI . ET
L. CESTIVS . QVAE . EX . PARTE . AD
EVM . FRATRIS . HEREDITAS
M. AGRIPPAE . MVNERE . PER
VENIT . EX . EA . PECVNIA . QVAM
PRO . SVIS . PARTIBVS . PERCEPER
EXVENDITIONE . ATTA . LICOR *ſic*
QVAE . EIS . PER . EDICTVM . AEDIL
ſic INSEPVLCRVM . C. CESTI . EX
TESTAMENTO . EIVS . INFERRE
NON . LICVIT

Quam plane hinc pateat res propoſita, tute vides, nempe & Ceſtium juſſiſſe ſecum Attalica ſepeliri, & per edictum aedilis eam teſtamenti partem fuiſſe irritam: cujus aedilis? non plebis, non cerealis, ſed curulis, ut ſcite Falconerius [a] argumentatur. Enimvero laudanda heredum eſt liberalitas, qui venditis Attalicis, quae ſepulcro inferre non licuit, ex ea pecunia duas Ceſtio ſtatuas erexerunt,

a *Diſſert. ut ſupra.*

runt, ut quidam veluti cumulus monumento accederet per ſe ſatis ſplendido, ſi unius praeſertim equitis, ad quem ſpectabat, & perbrevis, quo aedificatum eſt, rationem temporis habeamus. Poſtquam riculas & ricinia explicavimus, eorumque locum Attalica occupaviſſe oſtendimus, de noviſſimis placet, quae dabantur in urbe matribus, foecunditatis praemiis diſceptare.

XVI. Primum ſibi locum vindicat veſtis ſplendor. Si quorumdam opinioni habenda fides, ſterilitatis extitit ultima haec infelicitas, quod infoecundae conjuges obnupto vultu velatoque cadavere efferrentur, ſine ſplendore veſtis, quo tantopere gloriatur illa apud Propertium: [a]

Et tamen emerui generoſos veſtis honores.

At quiſnam, obſecro, generoſus hic veſtis honor? Nonnulli eruditorum [b] in mentem venit, matronas, quarum liberi ad rempublicam acceſſiſſent geſſiſſentque magiſtratus curules, ornamenta conſularia in pompa funebri meruiſſe. Verum niſi gravis aliqua, quae non affertur, ex antiquis aut ſcriptoribus, aut lapidibus auctoritas producatur, & ejuſmodi omnino, ut nulla jam provocatio detur, aegre prorſus in eam ſententiam ibo, quod ornamentis conſularibus inſigne incederet matronae feretrum. Etenim in lege Oppia annis viginti poſt abrogata [c], quam lata, de hoc honore ne verbum quidem. Atqui tum lex ipſa, tum M. Porcius, legis fautor omnium acerrimus, matronarum ut ſqualorem levaret, nunquam id decoris tacite praetermiſiſſet. Quid legis diſſuaſor L. Valerius? Poſtquam non iis modo, qui ampliſſimis magiſtratibus

H ac

a *Eleg. ult. lib. IV.*
b *Scalig. ad Propert. loc. cit.*
c *Liv. Dec. IV. lib. IV. initio.*

ac ſacerdotiis claruiſſent, eorumque liberis; verum etiam magiſtris vicorum infimo genere affirmavit hoc Romae datum, togae ut praetextae inſigne & vivi haberent, & cum eo pariter cremarentur mortui, nihil feminis praeter aurum & purpuram permitti jubet: *non magiſtratus*, inquit, *nec ſacerdotia, nec triumphi, nec* INSIGNIA, *nec dona, aut ſpolia bellica his contingere poſſunt: munditiae & ornatus & cultus haec feminarum* INSIGNIA *ſunt: his gaudent & gloriantur*. Generoſus igitur veſtis ſplendor, de quo Propertius, non videtur alius fuiſſe, quam ſtola, ſeu tunica talaris & clauſa, zona plerumque cincta, & manicis inſtructa, apud Graecos aeque mulierum ac virorum propria [a], apud Latinos dedecus viris [b] maximum, & peculiare matronis decus, quare Valerius Maximus pudicitiam alloquens, *te cuſtode*, inquit, *matronalis* [c] *ſtola cenſetur*, cujus extremam partem inſtita aſſuta, ſive limbus quidam purpureus aut faſciola ambiebat: [d]

Quaeque tegit medios inſtita longa pedes.

Stolae primum fuere laneae, deinde ſericae, nunquam byſſinae [e], quarum manicas quum luxus muliebris in Satira audire coepit [f]

Intolerabilius nihil eſt, quam femina dives,

non conſui, ut moris erat, ſed uſque ad cubitum, vel ad manus conſtringi juſſit, ſi vera cogitat Aelianus [g], *continuis fibulis aureis atque argenteis*. Vix autem ſtola, tota olim propria [h] matronarum, ad libertas [i], & plebem venire

a *Plutarch. in Dion.*
b *Cic. Philip. II. Horat. Sat. II. lib. 1.*
c *Lib VI. 1. initio.*
d *Ovid. de Art. Am. I. v. 32.*
e *Ferrar. de Re Veſt. 24.*
f *Juvenal. Sat. VI. v. 459.*
g *Var. Hiſtor. I. 17.*
h *Ferrar. loc. cit. Bayſ. & Raynaud. de Re Veſt.*
i *Quintil. Decl. 32.*

nire auſa eſt, tum Pitiſcus [a] hoc putat fuiſſe diſcrimen, quod plebis propria eſſet alba cum aureo limbo, matronalis autem purpurea cum aureis ſegmentis, quo traducit illud Propertii [b]

Illaque plebejo vel ſit ſandycis amictu.

Stolae, quam Rubenius [c] a palla, ſive pallio nunc aperto, nunc in ſinus varios collecto complicatoque perperam non diſtinguit, injiciebatur a Graecis peplum, a Latinis palla [d] ad pectus pretioſis conſtricta fibulis, elegantibus praeterea ſignis auroque nobilis: [e]

Ferre jubet pallam ſignis, auroque rigentem,

plumario nimirum opere variis figuris intertextam, qualis a ſenatu Romano dono miſſa eſt Cleopatrae reginae [f] *cum amiculo purpureo*, cujus nomine intelligitur veſtis ſuperior, quam feminae ineuntes convivia [g] deponebant. Dico feminas, non matronas; namque amiculum commune mulierum erat omnium. Valerius ſane contra Catonem dixit: *quum tibi viro* [h] *liceat purpura in veſte ſtragula uti, matrem familias tuam purpureum amiculum non ſines? & equus tuus ſpecioſius inſtratus erit, quam uxor veſtita?* Ex quibus verbis tametſi hanc veſtem matronalem fuiſſe appareat, negant id tamen Comici [i], qui dant amiculum & meretricibus. Sed nec duntaxat muliebre, verum etiam virile fuit hoc veſtimentum paludamento ſimile, atque clamydi, quare Curtius pro veſte ſuperiore amiculum perſaepe [k] uſurpat. Quoniam vero de matronarum

 inſi-

a *Lexic. Ant. in V. ſtola.*
b *Lib II. Eleg* 19. 81.
c *De Re Veſt* I. 17.
d *Ferrar. I* 3 18. *II.* 3. 4. *Kipping. Ant. Rom. IV* 5. 16.
e *Virg. Aenead. I.* 652.
f *Liv. XXVII* 4 g *Curt. VI.* 1.
h *Liv Dec IV. lib IV.* 2.
i *Plautus Ciſtell. Act I Sc I* 17.
k *Lib. III.* 11. 12. *VI.* 9. *Val. Max V* 2. vid. *Ferrar. I.* 3. 19. *& Aud. de Re Veſt.* 23.

inſignibus ſermo eſt inſtitutus, addas, velim, & bullam auream [a], & periſcelidas, quas minus recte alii femoralia [b], alii faſcias crurales [c] interpretantur, quum haec ornamenta ad pedis extremitatem, qua pes cruri jungitur, nil eſſent aliud, quam circuli [d] ſive annuli, aut potius anſae & obſtrigilli [e], qui tanquam fibulae calceis inſuebantur, ideo Tibullus: [f]

Anſaque compreſſos alligat arcta pedes,

itemque Seneca Herculi apud Omphalem agenti talia tribuit ornamenta: [g]

Crura diſtincto religavit auro,
Luteo plantas cohibente ſocco.

Scite Thragicus dixit *auro*. Periſcelia enim *matronarum aurea*, inquit Pitiſcus, *plebejarum argentea erant*; iccirco his vinculis *ſecundi gradus feminae*, verba ſunt Ferrarii, *a plebejis diſtinguebantur*. Mallem hic enim vero *plebis* feminas, quam *plebejas* a viris clariſſimis uſurpari. Uterque ſcilicet in errorem incidit, qui jam obrepſit in bene multos doctorum libros, in quibus promiſcue, nec ſane raro, *plebejus* pro homine *de plebe* legitur. Longe aliud eſt, *de plebe eſſe*, *&* *plebejum*, quod prolixe ſatis Petrus [h] Servius contra Lipſium [i] probat. Plebejus dicitur, qui non patricius eſt, ſed & eques, & ſenator, & conſul eſſe potuit, quales fuerunt Cicero, Pompejus, Craſſus, & alii plures: de plebe is eſt, qui nec ſenator, nec eques. Plebejus ergo eſt Cicero, non de plebe: Catilina, ſi decoxerit, patricius erit, ſed de plebe, ut ad rem Horatius: [k]

Si

a Vid *I. Vol. pag.* 24.
b *Nigron. de Caligis* 2.
c *Voſſ. Lex. Etymolog.*
d *Pitiſ. Lex. Ant.*
e *Ferrar. loc. cit.* 22.
f *Tibull. I. Eleg.* 6.
g *Hippol. I num.* 321.
h *Miſcellan. cap.* 2. *&* 3.
i *Epiſt. LV. Centur. I.*
k *Lib. I. Epiſt. I.*

Digitized by Google

Si quadringentis ſex ſeptem millia deſint,
Plebs eris.

Itaque periſcelides aureae matronas diſtinguebant non a plebejis (nam & Terentia M. Tullii, & aliae plurimae plebejae fuerunt) ſed ab ignobilibus de plebe feminis, quibus argenteas ferre licuit. Matronis autem quum periſcelidas ajo fuiſſe aureas, non excludo gemmas. Notum eſt enim, eos in diem ſpiritus ſumſiſſe luxum, ut non crepidarum tantum obſtragulis, ſed totis etiam [a] ſocculis margaritas adderet: de qua luxurie incidet ad rogum ſermo. Interea dum matronalibus hiſce inſignibus beatulam [b] ex antiquis aliquam in feretro collucentem vides, ad ſtolam ſericam, ad pallam acu pictam, ad bullam auream, & periſcelidas adde vittas, armillas, fibulas, zonas, cincinnos, torques, monilia, annulos, reliquumque excellentiorem ornatum, & quem copioſe deſcribit Plautus [c], mundum muliebrem, quo illa, donec in vivis fuit, in gratulationibus ſupplicationibuſque ac pompis omnibus omnium in ſe oculos convertebat. Cur id affirmare non dubitem, illud cauſae eſt, quod etſi magna donorum copia vel integro cum cadavere conderetur in ipſo loculo, vel flammis tradita abſumeretur, ea tamen, quibus ornatus gratia cadaver ipſum in ſcenam producebatur, non omnia in rogum, aut in ſepulcrum conjici conſueverunt, niſi teſtamento heredes obligarentur, & per aediles liceret, ut ſupra dixi. Cujus profecto rei elegans eſt locus Scaevolae, ubi delicatula decedens mulier extremis id ceris jubet: *funerari arbitrio viri mei volo, & inferri mihi quae-*

a *Plin. H N IX 35.*
b Vid. *Perſ. Sat. III.*
c *In Aulular. Act. 3. Sc. 5 v. 42.*

quaecunque ſepulturae meae cauſa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & viriolas (parvas armillas) *ex ſmaragdis*. De ornatu funebri ſcilicet non laborat, quia hunc fore de more ſplendidum pro certo habet: ſed, de quo dubitat, id palam jubet, quaecunque habuerit in pompa funebri, ſecum omnia ſepeliri. At age jam, ſplendidiſſimus hic veſtium nitor eſt ne generoſum foecunditatis praemium, quo ſe Cornelia, & ſuos apud Propertium maxime conſolatur?

Et tamen emerui generoſos veſtis honores,
Nec mea de ſterili facta rapina domo.

Rurſus hic equidem, ut initio, bovem me in lingua habere fateor. Ex Propertii loco citato Joſephus Scaliger, qualis & quantus vir! *colligitur*, inquit, *ornamentis conſularibus efferri matronas, quarum filii magiſtratus curules geſſiſſent, quod dignum eſt notatu*: imo digniſſimum, ſi, quod gratis aſſeritur, auctoritate confirmaretur, quae nulla, ut arbitror, afferri poteſt, ne illud hinc ſequatur, quod matrona, cujus filius aut praetor tantum, aut aedilis fuiſſet, plus decoris in morte haberet, quam filius ipſe in gradu aedilitatis, vel praeturae ampliſſimo collocatus. Deinde ornamenta haec conſularia, vel ad ſellam curulem lictoreſque ac faſces, vel ad togam praetextam & latum clavum referenda ſunt: ſi ad primum multo jam honoratior in lecto funebri mater familias erat, quam in pilento Veſtalis maxima, quam lictor unus [a] praecederet exeuntem: ſi ad ſecundum, quid hoc abſurdius, quam matrona in feretro perſonata? & Romae inſuper, ubi *illi ſenes perſonatum* [b] *ne Roſcium quidem magnopere laudarent*. Praeterea

a *Plutarch. in Num. Dio* 47.   b *Cic. de Orat, III* 5.

terea ſi conſularia ſunt ornamenta matronis data, cur non & imperatoria, & triumphalia? At enim hoc ita quiſpiam interpretabitur, ut filiorum ornamenta propria maternum non corpus tegerent, ſed praeirent funus. Ita quidem, ſi extinctus filius, ſecus omnino, ſi ſuperſtes eſſet. Fuit hoc ſolemne in urbe, ut nobilium funeri ſuis diſtincti inſignibus adeſſent vultus imagineſque non viventium [a], ſed mortuorum, *totus* nimirum, *qui antea* [b] *fuerat, familiae populus*. Cornelia vero, quippe quae ibidem ait,

Et bene habet, nunquam mater lugubria ſumſi,
Venit in exequias tota caterva meas,

quum de ornatu loqueretur, quem ipſa emeruit, non huc ſpectabat, & multo minus, quo Scaliger. Quonam igitur? ad coronas puto: honores enim non qualeſcunque praedicat, ſed *generoſos*.

XVII. Sive ut honorem haberent mortuis [c], ſive ut futurae ſecuritatem [d], quam ſperabant, vitae, ſive ut praeſentis brevitatem aevi, & *quae* [e] *ſpectatiſſime floreant, celeriter marceſcere* denotarent, nihil veteres ſolemne magis habuere in funere, quam coronas ex [f] apio, oleaſtro [g], myrto [h], lilio [i], amarantho [k], croco [l], aliiſque aut ramis [m], aut tempeſtivis [n] floribus, inter quos habuit principatum roſa, deciduus flos, indexque properantis fati, nec tam mortuis dari ſolita, quam Diis inferis; ideo Hecates caput in muſeo Etruſco praeter cincinnos, & coro-

ro-

a *Diſſ. IV. pag. 296.*
b *Plin. H N. XXXV. 2.*
c *Pindar. Olymp. Cic. pro Flacco.*
d *Clem. Alex Strom. II. 8.*
e *Plinius XXI. 1.*
f *Theophraſtus lib. VI.*
g *Euripid. in Electra.*
h *Cael. Rhodig. XVII. 19.*
i *Virgil Aen. VI.*
k *Philoſtr. in Her.*
l *Juvenal. Sat. VIII.*
m *Artemid. IV. 49.*
n *Lucian. de luctu.*

ronam, ornant [a] quinque roſae quadrifoliae, aut malvae floſculi, quos & Diis inferis ſacros Lucianus tradit in *Cataplo*, ſeu *Tyranno*. Atque hae coronae, excepta oleagina Spartanorum propria, mortuis dabantur omnibus, non item longae. Ad id honoris lex ſpectat illa in duodecim tabulis, QVEI CORONAM PARET: quam ſic explicat Cicero: [b] *illa jam ſignificatio eſt, laudis ornamenta ad mortuos pertinere, quod coronam virtute partam & ei, qui peperiſſet, & ejus parenti ſine fraude lex eſſe impoſitam jubet*. Hic locus *plurimorum ingenia mire torſit*, Kirchmannus ait; ſed per ipſum ſane torqueret adhuc, niſi ex Feſto [c] & nummis [d], quales eſſent coronae longae, diſerte Gutherius edocuiſſet, cujus judicium quia ſuperius edidi [e], hic tantum addo, coronas virtute partas non floreas, ſed quernas, myrteas, laureaſve, aut aliis ex ramis pro vario certandi genere fuiſſe intextas. Talia virtutis decora, niſi prae multitudine diverſis imponi lectulis oporteret, matris familias, quae efferebatur, aut torquis inſtar ſuſpendi collo, aut lecto ſterni ſolita ſatis conſtat; itaque ſi quicquid corpus utcunque obtegit exornatve, communiter id veſtis nomine uſurpatur, nemo jam unus non forte videt, Propertium, ubi Corneliae foecunditatem laudat, de generoſis hiſce veſtis honoribus interpretandum eſſe, quin ad ornamenta conſularia obtorto collo trahendus ſit. Habes diſcrimen ſteriles inter, & foecundas conjuges. Efferebantur illae corpore fortaſſe obtecto, quae aliquorum opinio eſt, ac certe carebant praemiis virtute partis: hae longe ſecus, nec matronae tantum, ſed vulgares etiam de

a *Muſ Etr. Vol. I. tab. LXXXI.*
b *Cic de leg. II.*
c *In V. Donatis.*
d *Guther. I. 21.*
e *Differt. IV. pag. 296.*

de plebe matres; *quod quidem*, ut dicit Cicero, [a] *maxime e natura eſt*, *tolli fortunae diſcrimen in morte*. An lex, quae militi promiſſa [b] dona, ſi is periret, parentibus dari juſſit, horum quoque exequiis ea permitteret, non reor in dubium vocari poſſe. At filiorum matres triumpho illuſtrium, quotquot illi coronis aureis donati fuerant, non ipſae modo, ſed nec filii, qui emeruerant, niſi perraro, in funere habebant ſuo, quod coronas cum clypeis aureis argenteiſque dicari in templis [c] mos eſſet Diis. Romanorum inſtituto de coronis longis, quas belle Propertius, ut dixi, *generoſos* vocat *honores veſtis*, cui imponebantur, affinis fuit Graecorum conſuetudo, qui virorum ſepulcra feminarumque inſignium decreto ſtatuebant publico coronari. Quoad viros, ex multis, quos habet in ſuis Miſcellaneis Sponius, [d] teſtem hunc habe lapidem ex muſeo doctiſſimi & incomparabilis viri Scipionis Maffeji. [e]

Η Β Ο Υ Λ Η
Κ Α Ι Ο Δ Η Μ Ο C
C Τ Ε Φ Α Ν Ο Ι Χ Ρ Υ
C Ω C Τ Ε Φ Α Ν Ω
Α Υ Ρ Α Λ Ε Ξ Α Ν
Δ Ρ Ο Ν Κ Ο Μ Ι Ω C
Β Ι Ο C Α Ν Τ Α

Senatus Populuſque coronat aurea corona Aurelium Alexandrum, qui honeſte vixit. Matronis quoque id honoris in Graecia datum ex epigraphe conſtat, quam primus omnium Cl. Bajulivus Gregorius Rhedius [f] in lucem edidit, in Piceno exiſtentem penes Comites Bonaccurſios in Monte Sancto:

I O . ΔΗ-

a *Cicero loco citato*.
b *Differt cit ut ſupra*.
c *Plin. XVI. 4.*
d *Miſcell Claſſ. ad Lap. Graec.*
e *Muſ. Veronenſe pag* 373. 10.
f *Diſſ. Academ. Corton. Vol. II.*

Ο.ΔΗΜΟΣ.ΣΤΕΦΑΝΟΙ
ΤΡΥΦΩΣΑΝ.ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ
ΤΗΝ·ΑΠΟΜΩΝΙΟΥ.ΑΔΕΛΦΕΝ

. . . .
. . . .

Populus coronat Tryphoſan Menecratis (uxorem) *Apomonii ſororem* . Duae quae deſunt lineae , vel coronae effigiem denotabant , vel potius honoris cauſam . Major in urbe , quam coronae , honor fuit , ſi cujus feminae , quod raro contigit , nomen ſaliari carmini insereretur , ſicut auctor eſt Varro in Veturiae , & Volumniae gloriam decretum eſſe . A diverticulo ad funus Romanum redeo , quod antequam ad rogum veniat , pauliſper , Lector , te in foro moror . Illic enim , largitatis cauſa , qua mulieres aurum collatum , ut ſe redimeret [a] a Gallis Roma , ultro dediſſe legitur , earum habebatur laudatio funebris , ac prima a filio [b] laudata eſt Popilia Catuli mater . Hoc inſtitutum , quod & Plato [c] , & Plutarchus [d] in laude collocant , initio non late patuit , ſed ad matronas tantum virtute inſignes , atque aetate provectas : Julius Caeſar [e] juniores laudare coepit , quo facto multitudinem ſibi obſtrinxit nimis ſemper , ut fit , illi indulgentem ſexui , a quo vehementer dolebat Cato miſerum effici illum virum , *& qui exoratus ſit , & qui* [f] *exoratus non ſit* .

XVIII. At quiſquis facile a frugi in primis & caſta conjuge ſe exorari ſineret , nae is rem faciebat & viro parem , & Romano dignam : qui vero ſuapte ſponte & odores plurimos , & veſtes byſſinas , annuloſque & gemmas jace-

a *Livius lib. V. 29. in fine.*
b *Cic II de Orat*
c *Lib. VII. de leg.*
d *De Virtut Mulier. Roman.*
e *Suet. 20. Plutarch. in. Vit.*
f *Liv, Dec. IV. lib. IV. init.*

jaceret in demortuae rogum, tam longe is certe a gravitate abibat, ut vix poſſe videretur hoc turpius facere, hoc indignius quicquam: & tamen Plinius palam conqueritur [a] falſo & ingrato cognomine felicem fuiſſe Arabiam appellatam, quae hoc acceptum ſuperis ferret, quum plus ex eo deberet inferis. Nam *beatam illam*, inquit, *fecit hominum etiam in morte luxuria, quae Diis intellexerat genita, adhibens urendis defunctis*. De veſtibus ad ea, quae modo commemoravi, nil addam amplius: muliebrem in gemmis luxum non plures, quam unus & alter, teſtetur auctor. Lolliam Paulinam non ſolemni aliquo apparatu, ſed in mediocri ſponſalium coena quadringenties, vel quadragies ſeſtertium habuiſſe fertur, neque haec dona prodigi principis, nempe Caji, dicit fuiſſe Plinius [b], ſed avitas opes. *Parum luxuria furit*, indignabundus exclamat Seneca [c], *niſi viderint uniones non ſingulos ſingulis auribus comparatos: jam enim exercitatae aures oneri ferendo erant; jungebantur inter ſe, & inſuper alii bini ſuperponebantur: non ſatis muliebris inſania viros ſubjecerat, niſi bina & terna patrimonia auribus pependiſſent*. Ne anguſtis terminis id luxuriae genus contentum putes, conſenſu vetant matronae unanimi, quarum erat omnium illa vox; *lictorem feminae in publico* [d] *unionem eſſe*, cujus rei teſtimonium prae ceteris Academia Pariſienſis [e] abunde facit. Tam blennos, bardos, buccones non ego viros olim fuiſſe exiſtimo, qui in rogum jacerent quicquid uxoribus munditiarum fuerat lautitiarumque; ſed & ſaepe inventi pretioſi cineres, & ſcriptorum auctoritas, imo unum il-

 lud

a *Lib. XII. 18.*
b *Plinius lib. IX. 35.*
c *De Benefic. II. 9.*
d *Plinius ibidem.*
e Vid. *Vol. V. pag.* 297.

lud ad rem maxime accommodatum Propertii diſtichon [a]

Attalicas ſupera veſtes, atque omnia magnis
Gemmea ſint ludis, ignibus iſta dabis,

tanti eſt, perſuaſum ut habeamus, eum permultis aut dolorem inuſtum fuiſſe, aut inditam levitatem, ut in ſuorum funere, ac praecipue uxorum, ſi minus ad unam omnes, certe elegantias earum plurimas ultro darent ignibus abſumendas, quare illa de rogo apud eundem Propertium, tanquam dux exercitus e curru triumphator, adhuc poſt flammas garrula gloriatur: [b]

Haec eſt feminei merces extrema triumphi.

Pretioſae ſupellectili, ne quicquam deſit, adde non modo redimicula, ſed & vaſcula unguentaria, & balnearias ſtrigiles, & volſellas, quas in muſeo Guarnaccio e ſepulcris erutas Gorius [c] miratus eſt. Annuli porro non comburi modo, ut poeta refert [d]

Et ſolitum digito beryllon adederat ignis,

verum etiam integri conſuevere in ollis cinerariis recondi, & gemma interdum haud vulgari inſignes, fidem prae ceteris faciente lapide [e], in quo Aemilia Artemiſia M. Annii Celſitani uxor depraedicat, praeter phialam tabulamque argenteas, annulum quoque aureum, eundemque GEMMA MELIORE rutilantem ſecum habuiſſe conditum, quae Jacobus Philippus Thomaſinus [f], Spartam ut adornaret ſuam, exiſtimavit & votiva fuiſſe dona, & Veneri Auguſtae oblata; ſed ea in cenſu Plutonis, nec graviſſima ſine cauſa, Fortunius Licetus [g] habenda judicat, cujus

a *Lib. III. Eleg. 16.*
b *Propert IV. Eleg ult.*
c *Muſ. Etr Vol III. Diſſ. III. in fine.*
d *Ibidem Eleg. 7.*
e *Grut pag. LIX. 2.*
f *De Donar. vot. XVI.*
g *De Annulis Ant. 40.*

jus auctoritati plurimum ponderis Cl. Commendator Victorius [a] addidit, & [b] Antonius Franciſcus Gorius, multae lectionis viri, & ingeniis uberrimis affluentes. Annuli ſive in urnis conditi, ſive flammis traditi, non dubito, quin interdum aut demortui imagine diſtincti eſſent, aut ſententia plena amoris inſcripti. Cum Propertius alterum indicat [c]

Te patiente meae conflavit imaginis aurum,
Ardenti noſtro dotem habitura rogo:

tum Ficoronius teſtatur [d], qui in vaſe oſſuario porphyretico invenit funiculum ex auro neto, cui rotunda lamella aurea adhaerebat, habebatque inſtar Charitum quatuor inciſas feminas, quarum una fortaſſe uxorem repraeſentabat ſic ferme viro jucundam, ut Auſonius cecinit: *tres fuerant Charites; ſed dum mea Lesbia vixit, quattuor*. Alterius ritus videtur teſtimonium facere, quae nuper in manus venit Cl. Abbatis Rodulphini Venuti, ſatis elegans & digna poſſeſſore ſardonyx annularis, Graece inſcripta ad imitationem Catulli ſic Lesbiam alloquentis: [e]

Vivamus, mea Lesbia, atque amemus,
Rumoreſque ſenum ſeveriorum
Omnes unius aeſtimemus aſſis.

Ita habet laudata ſardonyx minutiſſimis litteris exarata:

ΛΕΓΟΥϹΙΝ	*loquuntur:*
ΑΘΕΛΟΥϹΙΝ	*quae volunt*
ΛΕΓΕΤΩϹΑΝ	*dicant,*
ΟΥ ΜΕΛΙ ΜΟΙ	*non curo:*
ϹΥ ΦΙΛΙ ΜΕΜ	*tu me dilige;*
ϹΥΜΦΕΡΙϹΟΙ	*id prodeſt tibi.*

Nun-

a *Diſſ. Glyptographica ex muſ. Victorio.*
b *Ad Inſcr. Donian. Cl. II. ad calcem pag. 59.*
c *Ibidem ut ſupra.*
d *De Bulla Aurea pag. 41.*
e *Epigrammat. V.*

Digitized by Google

Nunquam niſi honoris gratia nominandus Marchio Locatellius habet item ſardonychem annularem, in qua litteris albis & eminentibus graece inſcriptum eſt *Bene ſit Eugenio*. Annulis bullae addendae ſunt. Non ingenuitatis, ut pueri, ſed ornamenti cauſa, quod jam alibi animadvertimus, feminae geſtabant bullas ex auro, ex cryſtallo, ex gemmis, quales & Rubenius [a] multas collegit, & aliquot Ficoronius [b] in mulierum loculis nactus eſt, ut id jam perſuaſum habere velis, quum in ſepulcris obruerentur, etiam rogo traditas fuiſſe bullas, quarum non una, ut pueri praetextati, ſed pluribus interdum feminae ornabantur. Illa enim, quam publicavit Dempſterus [c], ſtatua tres in pectore oſtentat bullas. Hactenus viros ad uxorum rogos, nunc ſi mulieres ad virorum videre placeat, nullus eſt futurus, quot dona funderent, quem leſſum facerent, narrandi finis: ſatis erit cum Lucano animadvertere, feminis facem rogo ſubdere non licuiſſe, itaque aliis, ut pyram accenderent, imperaſſe, quo certe ſpectabat Codrus civis Romanus in viliſſimo Pompeji funere ſic loquutus: [d]

Robora non deſint miſero, nec ſordidus uſtor.
Sit ſatis, o Superi, quod non Cornelia fuſo
Crine jacet, ſubjicique facem complexa maritum
Imperat.

Dicam ne, uxores non defuiſſe, quae in maritalem rogum ſponte ſe jecerint? Incredibile id quidem, tamen affirmat Seneca [e]. Jam minus ergo mirabimur Indorum [f], alio-

rum-

a *De Gemma Auguſti poſt Opuſc. de Re Veſt.*
b *Loc. cit pag.* 25. 26.
c *Lib. I. Tab. IV. pag.* 281.
d *Lucan. lib. VIII.*
e *Controverſ. Decl II.* 2.
f *Aelian. Var. Hiſt. VII.*

rumque [a] mores, apud quos lex fuit, ut quae cariſſima conjux in vita fuerat, iiſdem cum marito ignibus abſumeretur: item Thracum, Getarumque [b], quorum immanitas, ut deeſſet furori nihil, non cujuſcumque, ſed filii ipſius, aut, ſi is non adeſſet, propinquioris manu ad viri tumulum mactari jubebat conjugem, & dilectam in primis, & maximo cultu ornatam: Scytharum denique, quorum de gente populus neſcio quis [c] praeter pincernam, coquum, agaſonem, equos, & quinquaginta ex miniſtris praecipuam concubinam ad funus demortui regis praefocabat una pariter tumulandam.

XIX. Longe abfuit ab hoc furore Romana virtus, ut probat luctus definita lex. Viris nullum fuit legitimum lugendi tempus, quia nullum [d] honeſtum videbatur; viduae autem in luctu erant per decem menſes, qui mos quoque lugendi patrem, filium, ac fratrem erat [e]. Nec aliter Livius, ac Seneca interpretandi ſunt, quorum alter ſcribit, Bruti funeri decus additum maeſtitia publica, *quia matronae [f] annum ut parentem luxerunt*; alter *annum*, inquit, *feminis [g] ad lugendum conſtituere majores*. Anni enim nomine decem menſes intelligendi ſunt, ſicut Plutarchus in Coriolano tradit, & ante Plutarchum Cicero in Cluentiana: hac de cauſa Auguſti mortem, ac juſta ei magnifice perſoluta poſtquam Dio [h] commemoravit, ut eundem plus, quam ceteros, a matronis honoratum oſtenderet, *luxerunt*, ait, *eum viri haud multos dies, mulieres autem integrum annum, quod decretum erat*. Itaque uſque ad

a *Caeſ. VI. de B. G. Cic. V. Tuſc. Diodor. Sic. Bibl. XXIX. Val. Max. II. 1.*
b *Solinus XVII*
c *Alex. Neap. Gen. D. III. 6.*
d *Seneca Epiſt. 62.*
e *Plutarchus in Coriolano. Ovidius I. Faſtorum.*
f *Lib. II.*
g *Seneca ibidem.*
h *Lib. LVI.*

ad Gratianum, & Valentinianum, qui luctum [a] generatim ad annum integrum protraxerunt, communiter licuit feminis, vix decem exactis menſibus, elugere, hoc eſt luctui finem imponere, quemadmodum enavigare apud [b] Plinium idem eſt, ac navigationem perficere. At quin ad Plinium confugias, elugendi vim citra dubium a Livio ediſces ita pro feminis exclamante: *quid [c] aliud in luctu, quam purpuram & aurum, deponunt? quid, quum eluxerunt, ſumunt?* Scite igitur, Cujacio [d] interprete, fuit olim edicto praetoris [e] vetitum, ne vidua intra id temporis, quo lugere virum moris erat, antequam eluxiſſet, in matrimonium collocaretur. Juriſperiti vero hanc vocem tam pro luctu [f], quam pro ejuſdem exitu promiſcue uſurpant; ita enim Paulus: *quae virum eluget, intra id tempus ſponſam fieri non nocet*: luctu ſcilicet perdurante, licuit citra infamiam ſponſalia celebrare, (excipe cenotaphium Piſanum, ubi in Caji honorem id quoque eſt vetitum) & ſponſam fieri, non matronam, dum hujus placeat, quam tradit Gelius [g], etymologia. Quae ſecus feciſſet, vidua parum pudica & levis habita praegnantem bovem, facinus ut expiaret, immolare [h] cogebatur ex Numae legibus. Itaque Auguſtus, quum Octaviam ſororem, petente id exercitu, uxorem Antonio tradidiſſet, a ſenatu petiit, ut a lege publica ſolveretur: idem quoque tum honeſtati Juliae, quam illa noverat ne in ſomniis [i] quidem, tum Agrippae meritis, quae jure maxima [k] ferebantur, ſolicite conſultu-

a *L. 2. Cod. de ſecund. Nupt.*
b *H. N. VI. 17.*
c *Lib. XXXIV. 2.*
d *Ad l. 2. ſi qua e feminis de ſecundis Nuptiis.*
e *L. 3. D. de his, qui notantur infamia.*
f *Lib. X. ad edictum.*
g *Noct. Att. XVIII. 6.*
h *Alex. Neap G. D. IV. 8.*
i *Tacit. Annal. I. Macrob. Saturn. II. 5. Svet. Tib. 7.*
k *Plinius XXXVI. 15. 25. Strabo. V. Dio LIII. Horat. Od. I. 4.*

turus, quamvis eo ipſo anno, quo Agrippa obierat, viduam Tiberio filiam deſponderat, tamen cum marito non ſivit, niſi poſt biennium, [a] convenire. Noluit de more lugeri Agrippam, ſed prolugeri, nempe, ut diutius ſolito, ſic verbum Feſto interpretante, in luctu eſſet filia, imperavit. Ideo ne Horatianum illud de Auguſto uſurpes? [b]

Inſani ſapiens nomen ferat, aequus iniqui,
Ultra, quam ſatis eſt, virtutem ſi petat ipſam.

Affirmat Seneca [c] annum feminis ad lugendum fuiſſe a majoribus conſtitutum, *non ut tandiu lugerent, ſed ne diutius*. Auguſtus autem, quia legis nimis obſervans fuit, non ideo certos virtutis fines progreſſus eſt. Etenim Juliae nuptias protractas video, luctum non lego. Deinde ex duabus, quas profert Seneca, ſententiae partibus, ſic ſecundam pro feminis interpretabere, ne lugere diutius legibus tenerentur, non ut diutius eſſet lugere nefas: alias, quod nemo dixerit, & deliquiſſet Auguſti ſoror [d] Octavia, quae Marcellum, & quae alios aliae aut viros, aut liberos proluxerunt. Primam autem ſententiae partem, praeter edictum praetoris, auctoreſque ſupra citatos, ſatis illi refellunt Ciceronis clamores in Cluentiana: *quae mulier obteſtatione viri decem aliis menſibus ne domum quidem ullam, niſi ſocrus ſuae, noſſe debuit, haec quinto menſe poſt viri mortem ipſi Oppianico nupſit*. Secus omnino illa vere antiquis moribus Valeria Auguſta, quae tepidis adhuc cineribus mariti ſui a Maximino imperatore ad nuptias invitata, excuſatione legum ac temporis uſa eſt, quod non [e] adhuc virum, quem unice dilexerat, eluxiſſet. Li-

K bere

a *Dio LIV.*
b *Epiſt. I. 6.*
c *Ibidem ut ſupra.*
d *Idem ad Marciam Conſol. 2.*
e *Lactant. de morte Perſecut. 39.*

Digitized by Google

bere etiam, quae ſola poterat, matrona vere auguſta reſpondit, ſe *ſine more*, *ſine exemplo* ad ſecundas nuptias evocari. Fuit enim propria haec Auguſtarum laus, quod exemplum ſecundarum nuptiarum inter eas invenire vix poſſis, ſi Lucillam excipias, quae tamen & invita Claudio Pompejano nupſit, & nomine Auguſta, non re ipſa fuit, propterea quod Lucius Verus, maritus ejus, Caeſar potius extitit, quam imperator. Interea lugendi, elugendique, ac prolugendi vi probe cognita, placeat & vim inquirere ſublugendi. Ac ne te pudeat ad grammaticos revocari, auſpicio utar ampliſſimi Cardinalis Noriſii [a], ut plane intelligas, magnos interdum viros, ſummis ornamentis doctrinae, ingenii, eruditionis praeditos tempus, quo nihil habebant pretioſius, in una vocula occupaſſe. In cenotaphio Caji Caeſaris [b] legitur MATRONAS. QVAE. IN. COLONIA. NOSTRA. SVNT. SVBLVGERE, quae vox nec eadem eſt, ac lugeo, ut Calepinus notat, nec quicquam amittit ſignificationis ſuae, ut *ſubiraſcor*, *ſubdubito*, *ſubalbico &c.*, ſed particula *ſub* ordinem omnino denotat, idemque valet, quod *ſtatim poſt*, uti apud Ciceronem [c] *ſub eas litteras ſtatim recitatae ſunt tuae*, vel ut Virgilius [d]:

quo deinde ſub ipſo
Ecce volat, calcemque terit jam calce Diores,

ita ut *ſublugere* in cenotaphio Piſano nihil aliud ſignificet, quam quod matronae *ſub* [e] *recitatis publici maeroris inſignibus lugere* coeperint. Age vero quae muliebris erat in luctu veſtis? alia ante elationem, alia poſt eandem adhibebatur. Septem diebus pompam funebrem praecedenti-bus

a *Diſſert. III. 2.*
b *Ad pag. 1. lin. 25.*
c *Epiſt. Fam. X. 16.*
d *Aenead V.*
e *Noriſ. loc. cit.*

bus ſumebant feminae, ut ſupra dixi, ricinia domi, iis depoſitis octavo die pullis pallis amictae comitabantur funus [a] & poſtea per decem menſes atratae carebant theatro, carebant publico [b], & vix ad cognatos commeabant abſtinebantque a convictibus [c], gratulationibus & [d] ſolemnibus quibuſque officiis.

XX. An ſtolis eo tempore uterentur, dubitandi occaſionem praebet Vitruvius [e], ubi a Romanis refert quodam oppido capto, viros interfectos, eorum matronas in ſervitutem abductas, nec iis permiſſum *ſtolas neque ornatus matronales deponere*. Lipſius [f] ſuſpicatur, mulieres Romanas in luctu non atras induiſſe pallas, ſed duntaxat mundum muliebrem poſuiſſe. Valerius enim apud Livium [g], ait, *mulieres quid aliud in luctu, quam purpuram & aurum, deponunt? quid, quum eluxerunt, ſumunt?* Hanc Lipſii ſuſpicionem faceſſere omnino jubet Cadinalis Noriſius [h] ea ratione fultus, quod Valerius feminarum cauſam contra Catonem agens, eas dicit non magiſtratus, non ſacerdotii, non triumphi inſignia, ſed ornatus tantum muliebres poſtulare; itaque commemorat ea duntaxat, quae conſueverunt matronae in luctu deponere, non quae ſumere. At eas revera in luctu atras induiſſe veſtes teſtantur Varro, Dionyſius [i], ac praeclariſſime Valerius Maximus [k], cujus haec ſunt verba: *matres, ac filiae, conjugeſque nuper interfectorum, abſterſis lacrimis, depoſitiſque doloris inſignibus, candidam induere veſtem, & aris dare*

a *Varro de Vit. P. R.*
b *Cic in Orat. Cluent.*
c *Seneca in Prooem. Controv. IV.*
d *Idem Conſol. ad Marciam 2. & ad Helviam 15.*
e *Lib. I. 1.*
f *Ad Tacit. II. Ann. not. 158.*
g *Ibidem ut ſupra*
h *Cenot. Piſan. Diſſert. III. 1.*
i *Lib. VIII.*
k *Lib. I. 1.*

thura coactae ſunt. Ovidius etiam in luctu veſtes [a] commemorat haud ſemel atras, nigras ſcilicet, aut caeruleas, quoniam veteres, ut ait apud Servium [b] Cato, colorem caeruleum a nigro non diſtinguebant. Apud exteros in luctu adhibitus etiam eſt color phaeus, qui album inter & nigrum fuiſſe dicitur, quem Antiochus, audito fratris obitu, colorem induit, depoſita regali purpura. Quanquam vero, dum Romae vetus parſimonia placuit, nigras veſtes in luctu feminae adhibuerint: vix tamen luxus vulgavit ſericam veſtem, coam, galbanam, amethyſtinam, & quam plurima colorum genera exquiſitiſſima, tum vileſcere color albus, & in uſum lugubrem venire coepit, ſicuti ex [c] Herodiano, Plutarcho [d], Statio [e] erudite colligunt Lipſius, Kirchmannus [f], Ferrarius [g]. Quapropter albas veſtes aegrotanti offerre idem erat, ac certum interitum [h] denunciare. Porro ut quae jam dilapſa penitus deſueverant, ſaepe ad primaeva redeunt, ſic [i] ex Lactantii, ſive incerti auctoris, opuſculo vere aureo *de mortibus perſecutorum* [k] argumentari licet, iterum atras in luctu veſtes fuiſſe adhibitas; quippe jam laudata Valeria Auguſta tum a Maximino dicitur ad nuptias ſolicitata, quum eſſet *adhuc in atris veſtibus*, *nondum luctus tempore impleto*. Nigri veſtitus in funere meminit etiam Chryſoſtomus [l] his verbis: *defleamus, ſed non praeter decorum . . . non nigris nos veſtibus obvelantes*: itemque Tertulliani diſcipulus Cyprianus [m]; *non accipiendae*, inquit, *veſtes atrae*,

quan-

a *Metam V & VIII.*
b *In III Aenead.*
c *In funer. Severi.*
d *In Problemat.*
e *De Etruſcae lacrim.*
f *De Fun. Rom. II. 17.*
g *De Re Veſt. Part. I lib. I. 23.*
h *Artemidor. II 3.*
i Vid. *Cardin. Noriſius loc cit.*
k *Cap. 39.*
l *Homil. III. in Epiſt. ad Philipp.*
m *Sermone de Mortalit.*

quando illi (mortui) *ibi indumenta alba jam ſumſerint* . Cauſae intermittendi luctus erant variae : ſi familia liberis, aut novis honoribus augeretur ; ſi pater, aut filius, aut vir, aut frater ab hoſte captus domum rediret ; ſi ſacra familiae propria interciderent, quae lugentibus facere non erat fas ; ſi ſupplicatio publica ad Deorum pulvinaria indiceretur ; ſi publica urbi gratulatio obveniret, quod factum ſub Caeſaribus quam ſaepiſſime. Addit Alexander Neapolitanus [a], ſi filiae nuptiae celebrarentur : ſed quomodo filiae fas eſſe potuit, quod matri nefas ? Ex ante dictis fieri quidem ſponſalia poterant, nuptiae nullo modo, quare Ovidius menſe Februario aſſerit, quum ſacra piacularia fiebant parentum manibus, nulli nuptias celebrare neque virgini, neque viduae licuiſſe [b]

Dum tamen haec fient, viduae ceſſate puellae ;
Expectet puros pinea taeda dies.
Nec tibi, quae cupidae matura videbere matri,
Comat virgineas haſta recurva comas.
Conde tuas, Hymenaee, faces, & ab ignibus atris
Aufer : habent alias maeſta ſepulcra faces.

Nec matres igitur, neque filias, quae nondum luctum impleverant, nuptias celebraviſſe conſtat. Cauſa autem luctus intermittendi elapſa, ad atras veſtes iterum rediiſſe omnino judico, niſi privilegium interceſſiſſet, ut de Octavia commemoravi, aut luctui finis decreto publico imponeretur, ut poſt Cannenſem offenſionem, *ne ſacra* [c] *publica aut privata deſererentur, ſenatus conſulto diebus xxx. luctus eſt finitus*. Conjugalis haec apud veteres ſive auſpican-

a *Liv. lib. XXII. 30.*
b *Faſtorum II.*
c *Gen. Dier. III. 6.*

candi, ſive continuandi, ſive intermittendi fuit luctus ratio. Quod ſi muliebres inter lacrimas ſordeſque lugubres diutius verſari pigeat, jam a femineo ejulatu ad filiorum in parentes extrema officia venire placeat, quae ſola vere ac proprie pietatis nomine digna ſunt habita. Ad cadaver ipſum ea ſane officia fuere plurima, poſt funus autem ludis erant, & epulo definita. Hunc igitur locum nunc paucis expediam.

XXI. Pereximius in ſuos amor nunquam titulo pietatis caruit, imo Pii cognomen & Metello dedit, qui aſſiduis lacrimis ab exilio revocavit patrem, & L. Antonio ob praeclaram in M. fratrem, qui triumvir fuit, pietatem, cujus ſunt teſtes nummi argentei duo, cum ciconiae typo, & epigraphe PIETAS. Longe vero, quam ceteri, graviore de cauſa hunc titulum emeruiſſe videntur ii, qui in parentes gratiſſimi inventi ſunt, quum nullus jam erat aut parvae ſpei, aut novae locus; qua ſpe ſublata, qui juſti rectique tenax nec muliebriter dolori cedit, nec ab officio vacat, is demum Pius & haberi, & eſſe debet. Ideo Antoninus Romanorum ille clariſſimus imperator, poſtquam Hadriano magnos honores [a] poſt mortem detulit, PIVS eſt appellatus: ideo Auſonius in gratiarum actione pro conſulatu Gratianum, quod Valentiniani patris memoriam conſecraviſſet, PIISSIMI praerogativa dignum exiſtimavit. Ab hoc laudis genere nec Cimon ille Miltiadis excludendus eſt, nec Criſpina T. Vinii filia, quorum alter [b] translatis in ſe vinculis ad ſepulturam redemit patrem, altera [c] redemtum a militibus paternum caput rite cu-

a *Spartian Hadrian.* 24.
b *Juſtinus II. in fine.*
c *Tacit. Hiſt. I.* 42.

curavit cum trunco corporis componendum ſepeliendumque. At liberorum officia mihi ſunt propoſita communia omnium, non aliquorum. Parentum oculos [a] claudere, corpora in veſtibulo [b] collocare, ſubire [c] feretro, laudare [d] in foro, iterum in rogo & ungere [e] & oſculari, pyram accendere [f] averſa facie, ventos demum precari, ut flammas [g] celerrime excitarent, munus filiorum erat, quorum ſe pietas ac liberalitas praeſertim in ludis funebribus, in viſceratione, & epulo oſtentabat. De ludis primum, qui referebantur ad Circenſes, & Scenicos. Ludorum in funeribus vetuſtatem ab Acaſto in Jolco, & poſtea in Iſthmo a Theſeo traducit Plinius [h]; quin etiam ludi olympici, qui in Jovis honorem tam erant celebres in tota Graecia, ab Atreo ob mortem Pelopis inſtitutos ferunt [i], & Nemeos Neptuno ſacros in Archemori [k], itemque in Iſthmia in Melicertae [l] honorem funebrem, nec alia de cauſa, quam eorum publice [m] indicandae divinitatis. Ideo in ſepulcralibus anaglyphis frequenter videntur heroum pugnae, multo ſanguine expreſſae. Ne latius pervager, quam par eſt, in duodecima [n] nocte Corythana urnae id genus Etruſcae laudantur tres nuper inventae, nunc apud nobiles Venutos, quorum muſeum ſatis inter alia Cortonae lucet, poſſeſſorum doctrinae haud impar. Sed jam de Circo. Circenſium antiquitatem Virgilius ab Aenea deſumit, a quo refert in honorem [o] patris, poſt

na-

a *Num. VIII.*
b *Dio LVIII.*
c *Plin. VI. 44. Serv. VI. Aenead.*
d *Diſſert. III pag. 215.*
e *Val. Max. IV. 6.*
f *Servius VI. Aenead.*
g *Propert. IV. Eleg. 7.*
h *Plin. H. N. VII. 56.*
i *Paterculus II.*
k *Statius lib. VI.*
l *Ibid. & Scholiaſt. Pindari.*
m *S. Auguſtin. de Civit Dei VIII 26. Tertull. de ſpectac XII.*
n *Gorius in Florig. Noct. Corytb. cap. V. in fine.*
o *Aeneadum V.*

navale certamen, circenſe ſpectaculum curſu, pugillatu, ceteriſque ludicris celebratum. Romani, quibus praeter panem & circenſes nihil [a] aeque jucundum fuit, in Elyſiis quoque ea ſibi oblectamenta fingebant, & ita quidem, ut iis & heroum praeeſſe genios exiſtimarent [b], & addi curribus feras manſuetiores, ac mites alites. Rodulphini Venuti perelegans eſt cameus [c], in quo circenſes repraeſentat Cupido per mare in curva vectus a cycnis. Cur? vel quia cycni laetiſſimi erant [d] auſpicii, vel quia ſymbolum erat mortis [e] eorum cantus, quem ſi miraris, cur tam ſuavis a veteribus [f] haberetur, quum prope nullus omnino ſit, vide Cl. Morini diſſertationem inter ſocietatis Pariſienſis Academica [g] monumenta. In parentum honorem quam ſaepe filii hos ludos dederint, teſtis eſt locuples Romana hiſtoria. Scipioni ex Hiſpania, victis Carthaginenſibus, reduci hoc conceſſum Nonnius Marcellus tradit, ut patris & patrui imagines in circenſibus deferrentur, eorum in memoriam celebratis, unde conſtat, non commune hoc inſtitutum fuiſſe, ſed privilegium uni Scipioni datum, in cujus gratiam ſcimus & aliquos reges, ut [h] in olympicis, dimicaſſe, & cives Romanos majorum imaginibus exornaviſſe ludorum pompam. Iis enim ludis non majorum aderant, ſed Deorum tantum Divorumque imagines, ac potiſſimum Jovis, Junonis, Minervae, quibus ea pompa, tanquam primis [i] urbis tutoribus, erat ſacra. Hoc in ludorum genere ad inſaniam poſtea deventum eſt. Theatrum

ut,

a *Juvenalis Sat X 80. Cic. pro Sextio.*
b *Fabrett. ad Col Traian. 6.*
c *Collect Ant. Rom. XLI.*
d *Iſid. XII 7 Virgil. Aenead. I. 397. Priſc in V. Cycn. Fabrett. loc. cit.*
e *Cael. Rhodigin. Var. Lect. X. 6, Lucian. de Electr.*
f *Cic. Tuſc. I 30. Martial. XIII. 77.*
g *Vol. VII pag. 219 Amſtelod. 1731.*
h *Diodorus Siculus Bibl. I.*
i *Cic. in Verrem.*

ut Curionis in munere patris funebri duplex & [a] verſatile omittam, Julius Caeſar in aedilitate, & funebri patris ludo, omni apparatu argenteo uſus eſt, feraſque [b] argentum pedibus terere, tum primum viſum. Ludorum praeſes accenſo [c], praetexta [d], lictoribus [e], & virga [f] internoſcebatur, fidem facientibus praeter auctores monumentis Etruriae perantiquis, unde in urbem, & in Italiam haec [g] ſunt certamina propagata. Confer ſis emblemata, Gorio interprete, [h] in marmore Cluſino, cujus interior cella varias figuras habet, in quibus haec ſpectacula proponuntur: primus cernitur homuncio puſillo corpore, immani capite, barbatus & laena amictus, fortaſſe pantomimus: huic adſtat ſaltator cum tibicine: pugiles in alio latere ſequuntur duo, toto corpore nudi, ibidem menſa cum proemiis [i] poſita: praeeſt certamini agonotheta praealto ornatus tutulo, & virgam tenens: in curuli ſella nudo capite ſpectat vir, qui aut vitem, inſigne centurionis, aut virgam tenet, quam in altero emblemate a viro togato accipere videtur. Adſunt & luctatores duo, & auriga in curru, &, qui claudit agmen, curſor palmam, victoriae indicem, ſiniſtra gerens. Aditum feminis ad pugilum certamina non patuiſſe tum Sempronius [k] docet, uxori, quod illic interfuiſſet, libello repudii dato, tum Auguſtus [l] decreto ſuo, cujus vi mulieres ante horam quintam theatrum fuit adire nefas. Populea demum fronde pullatique aderant [m] ſpectatores, quare

L Lam-

a *Plin. H. N. XXXVI. 15.*
b *Idem XXXIII. 3. Cic. de Offic II. 18.*
c *Cic. in Piſon. Svet. Claud. Feſt. in Praetexta.*
d *Cic. II. de leg.*
e *Ulpian. l. 4. de his, qui notant. infam.*
f *Plaut. in proleg. Paenuli*
g *Liv. lib. VII Bulenger. de Theatr. I. 38.*
h *Muſ Etr Vol. III. p. 86. 87.*
i *Bulengerus de Theatr. II. 1.*
k *Plutarchus in cauſis.*
l *Svet Aug 44.*
m *Serv. V. Aenead.*

Lampridius, & Xiphilinus in Commodo inter praeſagia caedis illud numerant, quod ſpectatores juſſiſſet pullatos adeſſe ludis, quae conſuetudo ad munus duntaxat funebre pertinebat. Dio [a] ubi hoſce ludos memorat juſſu Auguſti datos Agrippae triennium ante defuncto, hoc addit, *ſpectantibus omnibus, ipſisque adeo filiis Auguſti* (*is eam non ſumſerat*) *in pulla veſte*. Illius exemplo imperatores reor non ſemper atratos huic ſpectaculo interfuiſſe. De Circo ad Scenam venio.

XXII. Ludis circenſibus a Panvinio eruditiſſime explicatis adde Scenicos, de quibus egregie in primis ſcripſerunt Lilius Gyraldus [b], Julius Caeſar Bulengerus [c], & Gaſpar Bartholinus [d]. In clarorum memoriam placuere haec ludicra non tam in urbe, quam in coloniis, & municipiis, ubi ſcena interdum cum viſceratione, & epulo [e] conjuncta eſt. Bulengerus de re propoſita an recte ſentiat, ipſe viderit. *Agebantur*, inquit [f], *Romae fabulae ludis megalenſibus, qui magnis Diis conſecrati ſunt: funebribus item ad retinendum populum inſtitutis, dum pompa funeri decreta in honorem patricii viri plane inſtruitur, plebeis, & apollinaribus*. At enim vero ſolis patriciis pompam funeris decreto publico fuiſſe datam tam falſum eſt, quam plebeis ad rempublicam omnem fuiſſe aditum interclusum; ludi autem, caſtrenſi decurſione excepta, nunquam niſi poſt humationem celebrabantur, nec plebei tantum, & apollinares, verum etiam megalenſes [g]: praeterea multo poſt humationem in eos ludos pecuniae profu-

ſae

a *Dio Lib. LV.*
b *Dialogo de Scena.*
c *De Theatr. Ludiſq. Scen.*
d *Diſſ. de Tibiis Scenic.*
e *Livius lib. XLI.*
f *De Theatr I. 4.*
g *Gutherius loc. cit. II. 9.*

Digitized by Google

ſae ſunt. Ut enim quiſque magiſtratum ambibat, auram popularem aucupaturus, parentum nomine [a] ludos dabat; ſuperbiam ſcilicet atque ambitum ſpecie religionis inaniſſima obtegebat. Ludos enim vetuſtas Deorum aeque manium ac ſuperorum placamina [b] eſſe voluit. Jure S. Auguſtinus eam placationem vocat [c] *petulantiſſimam, impuriſſimam, impudentiſſimam, nequiſſimam, immundiſſimam, cujus auctores laudanda Romanae virtutis indoles honore privavit, tribu movit, agnovit turpes, fecit infames.* Praeter ludos ſeu circenſes, ſeu ſcenicos eſt inſtitutum & gladiatorium munus, quod a ludis, & venationum apparatu diſtinguit Cicero [d], itemque Livius [e]; copioſe autem, ſi quis alius, explicat Juſtus Lipſius. Aut ex heredis liberalitate, aut ex demortui teſtamento haec erat laniena duplex, ad rogum alia, alia in foro, aut loco publico, utraque vero in arbitrio illorum poſita, quibus ex Tiberii juſſu [f] non minor eſſet, quam quadringentorum millium res. Quum vero id muneris ambitionem, ut dixi, haberet comitem, proviſum eſt lege Tullia, ne biennio, quo quis [g] magiſtratum peteret, aut petiturus eſſet, gladiatores daret, niſi ex teſtamento, & praeſtituta die. In Graecia nullus diu fuit huic lanienae locus; ſed Perſeus ultimus Macedoniae rex ab urbe gladiatores eo tranſtulit, *cum terrore hominum inſuetorum ad tale* [h] *ſpectaculum*. Romanus furor eo pervenit, ut certis menſibus aliquando ad viginti hominum millia in iis ludis trucidata ſint. Quid Nero? quid Domitianus? ille quadringen-

a *Aſconius in Toga Cand.*
b *Livius VII. Arnob. VII contr. Gent.*
c *De C. D. II. 27. Tertull. de ſpectac.*
d *De Offic. II.*
e *Lib XXVIII.*
f *Tacit Hiſt. IV.*
g *Cic. in Vatin. & pro Sylla.*
h *Livius lib. XLI.*

Digitized by Google

tos [a], vel potius quadraginta ſenatores, & ſexcentos, vel ſexaginta (ſic putat Lipſius in ſuis ad Tacitum excurſionibus) equites decertare juſſit: hic etiam feminas [b] in arenam compulit. Laudanda quidem, ſed non diuturna fuit Auguſti lex, qua vetitum, ne ſaepius annis ſingulis, quam bis, & non plura, quam ſexaginta paria committerentur. Eo vero edicto ne putes velim & ludos funebres comprehenſos. Semper enim, donec in uſu fuit humana caedes, cuique licuit teſtamento jubere, qui ludi, quae venationes, & praeſertim quot gladiatorum paria edere deberet heres: imo emortuo ditiore aliquo, tanquam [c] ex lege debitum, populus hoc ſpectaculum flagitabat. Facit ad rem, quod Cl. Rodulphinus Venutus in Collectaneis Romanae antiquitatis animadvertit, pauperes nempe, quibus inopia gladiatores edere non ſinebat, eorum lanienam in lucernis ſepulcralibus expreſſiſſe. Tam vulgata pro mortuis humani ſanguinis effuſio erat. At Piſanos excipias neceſſe eſt. Illi enim quum diem obitus Caji pro Allienſi deputandum ſtatuiſſent, ejus [d] inferias omni ſcenica voluptate, ludorumque ornatu carere voluerunt, teſtante lapide NIVE QVI LVDI SCAENICI CIRCIENSESVE EO DIE FIANT SPECTENTVRVE. Tandem hos ludos, poſtquam Junius Brutus in defuncti patris memoriam edidit [e] primus, diu ad inſaniam in deliciis habitos, Theodoricus Italiae rex omnino abolevit, ſuſtulit, exterminavit. Circum igitur, ac ſcenam deſerens jam paucis perſequar epulum, viſcerationes, diviſiones, ſportulas, alimenta, & incrementa.

XXIII. Poſt-

a *Svet. in Neron.* vid. *Lipſ. ad Tacit VI.*

b *Svet. Domit. 4. Tacit. Ann. XV.*

c *Svet. Tib. 37.*

d *Noriſ. loc. cit. Differt. III. 3.*

e *Livius Epit. XVI.*

XXIII. Poſtquam pullati ſpectaſſent ludos, coenabant albati, ideoque Vatinium vehementer inſectatus eſt Cicero, quod in C. Arrii ferali epulo, quum multa hominum millia atrata accumberent, ipſe ſolus coenaverit in templo Caſtoris cum toga pulla. Qualis eſſet apparatus ex eo conjice, quod Tubero, homo nobilis, quia in Africani funere [a] pelliculis haedinis ſtraviſſet lectulos Punicanos, expoſuiſſetque vaſa Samia, ideo praetura dejectus eſt, perverſam ſtoicorum ſapientiam populo non ferente. Ad epulum aliquando populus univerſus, aliquando ſoli tribules [b] vocati ſunt. Hinc menſarum numerus ac tricliniorum varius. Julius Caeſar [c] vigintiduo millia parari juſſit: Tiberius [d] mille menſas; alii aliter. Funebre hoc convivium apud Judaeos uſitatum fuiſſe populus docet, quum ad Davidem, Abnere ſolemni ritu compoſito, univerſus convenit, ut panem cum eo comederet [e] una ſimul. Joſephus [f] tradit, Archelaum ſeptem diebus in lugendo patre conſumtis, & feralibus epulis populo prolixe exhibitis, ad templum proceſſiſſe candida veſte indutum. Fuit ergo inter Archelaum, & Davidem id diſcriminis, quod hunc lugentem populus cibare voluit, ille populum convivio excepit. Confer e ſacris litteris Baruchum [g], Tobiam [h], Jeremiam [i]; e Patribus S. Hieronymum, qui in commentariis, *lugentibus*, ait, *cibos ferunt conviviaque praeparant*; indicat nempe, fuiſſe Judaici moris, ut mortuorum propinquis vicini & amici edulia mitterent, tum quod iis prae luctu parare epulas non vacaret, tum quod ita ad

a *Cicero in Vatin.*
b *Idem pro Muraena.*
c *Svet. Jul.* 26.
d *Svet. Tib.* 20.
e *Samuel. II.* 3. *vid. Sanctius num.* 38.
f *De Bello II.* 1.
g *Cap. VI.* 21.
h *Cap IV.* 18.
i *In cap. XVI.* 5. *vid Nicol. de luctu Chriſt XIII.* § 2. *Gejer. de luctu Hebraeor.*

ad leniendam triſtitiam invitarentur. Ad Romanorum epulum Gutherius [a] advocat Corbitores, a quibus inter indictiva, & ſimpludiarea, vel ſimpludiaria funera diſcrimen deſumit [b] Feſtus. In his enim ludios duntaxat, corbitoreſque tradit fuiſſe adhibitos; in illis non modo ludios, ſed etiam deſultores. De ludiis, ac deſultoribus inter auctores convenit; de corbitoribus diſſenſio eſt. Scaliger [c], & Bulengerus [d] a mutatione V in B corbitores definiunt corvitores, ſeu cernuatores, corvorum, aut cornicum inſtar corvitantes, hoc eſt cernuo capite corvorum [e] inſtar modo ſurſum ſalientes, modo deorſum: ex quo ludiorum genere illud de fortuna eſt ſcite dictum: [f]

Non vertit fortuna, ſed cernulat, & allidit.

Cernuatorum ſaltatio mimica non erat illi fortaſſe abſimilis, quae olim *Scops*, ſeu quod idem eſt, *Scopias* dicta fuit [g], cui nomen indidit ſaltatrix avis, quam ſolitam Athenaeus perhibet hac ſaltatione capi. Ad viam Aureliam muſiva tabula in villa Corſinia eruta eſt, in qua licet ſaltatores contemplari duos [h], eoſque colli-flexos, quibus bis geminae adſtant hinc inde aves Scopes pictae juſta corporis magnitudine, colli & caudae flexu geſticulantes. Ad hoſce ludos Edmundus Chiſſull S. T. B. [i] confert nummum, quem Bellorius, & Haymus ediderant, in prima facie inſcriptum CΚΩΠΙ. At cernuatores in funere *modo ſurſum, modo deorſum, tanquam collus cernui* ſaliebant,

a *De Jure Man. I. 20.*
b *In V* ſimpludiarea.
c *Ad Feſtum in V.* Coinquire.
d *In Theatr I. 32.*
e *Hygin. II. Aſtronom. in Arctophylace. & Euſtath. XV. Odyſſ.*
f *Seneca Epiſt VIII.*
g *Jul Pollux lib. IX. & IV. 14.*
h *Bartoli Sepulcr. Vet a Bellorio explic. fig. 12.*
i *Vid. ejus Antiq. Aſiatic. & Murator. Novus Theſ. Vol. IV. p. 2123.*

bant, ut cum Lucilio loquar: poſt funus [a] autem riſum epulantibus concitabant ea fortaſſe ratione, quam deſcribit Virgilius: [b]

atque inter pocula laeti
Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres,

aut diſtento ventre caput deorſum uſque ad pedes, rejectis inverſiſque ad modum circuli poſt tergum manibus inflectebant. His de ludiis in Bulengero, ſi plura cupias, in promtu ſunt, & apud Rodulphinum Venutum in I. Volumine Academiae Cortonenſis. Gutherius tametſi ſcurrilem ſaltationem admittat, contendit tamen *corbitores* in Feſto, non *corvitores* legendum, quorum etymologiam deſumit a corbibus, quibus reliquiae epuli funebris exportabantur, quaſque illi, utpote comeſtores helluoneſque avidius devorabant corbitabantque muliercularum inſtar, de quibus Plautus [c]: *Novi illas ambas eſtrices, corbitant, ubi comiſſe poſſunt.* Itaque ex Gutherii ſententia corbitores non erant alii a manduconibus, magnae gulae liguritoribus, qui ingentem dentibus ſtrepitum facientes comitabantur pompam non luctus cauſa, ſed epularum, ut ſe ſe corvorum inſtar ingurgitarent, & ventrem quaſi corbitam onerarent. Manducos porro malis late dehiſcentibus, & clare dentibus crepitantes ad convivia, & ludos admitti locarique ſolitos Plautus indicat: [d]

Ch. *Quid ſi aliquo ad ludos me pro manduco locem?*
La. *Quapropter?* Ch. *quia pol clare crepito dentibus.*

Sed jam lurconibus valere juſſis, epulo dat finem Cicero admonetque, fuiſſe id moris, demortui laudes inter pocu-

la

a *Bulenger. loc. cit.*
b *Georg. II.*
c *In Caſina IV. 1.*
d *In Rudent. II. 6.*

la celebrari, ſed ita omnino, *ut mentiri* [a] *nefas haberetur*. Vere nefas? Equidem apud Romanos dubito [b], apud Graecos aperte nego: ſiquidem Athenis tritum ac vulgare in nequam hominem proverbium erat: *ne in funebri quidem coena laudaberis*.

XXIV. Alia erat ab epulo viſceratio, ſolemnis in latinis feriis, & funeribus accommodata, caro ſcilicet multorum animalium, quam diſtributam a M. Flavio [c] in funere matris, a T. Flaminio in morte patris [d], & in funeribus P. Licinii, ac Scipionis, aliorumque diſerte ſcriptores tradunt. Multorum liberalitas ea fuit, quae de perpetuis largitionibus cogitaverit. Hujuſmodi erant diviſiones, ſportulae, alimenta, & incrementa, a multis in ſui aut ſuorum memoriam, certo loco ac tempore, certis aſſignatis reditibus, teſtamento decreta. In diviſionibus aut certa quaedam pecuniae vis, aut alimenta, puta frumentum, vinum, oleum, & alia, quae conſtant numero, pondere, & menſura, diſtribuebantur [e] plebi, ordinibus, collegiis, curiis, aut tribulibus, aut decurionibus. De pecuniae diviſione elegans eſt inſcriptio apud Gruterum [f], & Plauti locus in Aulularia. Diviſionibus proximae erant ſportulae in lapidibus [g] celebres, quarum nomine alibi jam oſtendimus intelligi praecipue [h] mulſum & cruſtulum oportere minime in epulo comprehenſa. Multo laudabilior eorum liberalitas fuit, qui de aetate infirma ſoliciti alimenta pueris, puellis, & ſenioribus relique-

a *Cic. II de leg. 63.*
b *Diſſert. III. pag. 216.*
c *Livius lib. VIII.*
d *Idem lib. XLI.*
e *Corn. Nep. in Vit. Pompon. Dio lib. LXXI. Briſſon. de form. VII Kirchman. de Fun. I. 4. Guther. II. 10.*
f *CLXXIX. 3.*
g *CCCCXIV 2. CCCCLXI.*
h *Diſſert. I. pag. 48.*

liquerunt, quo beneficentiae genere excelluit inter privatos Plinius Secundus [a], datis in alimenta ingenuorum ingenuarumque quinquaginta millibus nummum. Caeſaream in pueros ac puellas beneficentiam hiſtoria nummique docent, quorum aliquot numeravimus [b] in Volumine primo, & hac de re videas pervelim commentarios, quos in celebratiſſimam aeneam tabulam Parmae inventam Muratorius, & Maffejus elucubrarunt, par virorum ejuſmodi, qui ſiquando de litteris contenderunt, potuit alter de altero uſurpare, quod de Hortenſio Tullius [c], cum quo certare dicebat eſſe glorioſius, quam omnino adverſarium non habere. Alimentis addita quandoque legimus incrementa. Spartianus in Hadriano haec habet: *pueris & puellis, quibus etiam Trajanus alimenta detulerat, incrementum liberalitatis adjecit*. Servius [d] *incrementi* nomine vulgarem quemque cibum interpretatur, idemque intelligunt juriſconſulti laconico illo dicto HOC AMPLIVS. In Quintilii lapide [e], ubi *nucum ſparſio* cum *incrementis* conjuncta eſt, viri docti [f] exiſtimant unum & idem ſignificari. Quae hactenus de O. N. F. D. F. D. I. P. ut in muſeo Veronenſi [g] nempe de *oleo*, *nummis*, *frumento decurionum fide dividendis in publicum*, quae de epulis, de ſportulis, de nucum ſparſionibus, aliiſque id genus incrementis diximus, ea in aliquo Deorum templo [h] & feſto die, aut alio quolibet ſtato loco ac tempore, perſaepe natali die, fieri conſueviſſe, litteratos quicunque lapides non omnino reſpuat, inde cognorit. Haec ſatis; reliqua ordiamur.

M XXV. Ex-

a *Lib. VII. Epiſt.*
b *Diſſert. II pag.* 176.
c *In Bruto init.*
d *Ad Virg. Eclog. IV.*
e *Grut. CCCCLXI.*
f *Guth. II* 10.
g *Pag. DCCCIII.* 8.
h *CCCCLX.* 3.

Digitized by Google

XXV. Explicata ratione, qua divites & ſuorum & ſui memoriae apud poſteros conſulebant, ſe ſe iterum ſpectandam offert uxorum cura, quae, ſi fides earum habenda lacrimis, fuerunt aliquando ita dolore perditae, ut virorum umbras noctu videre optarent [a], eorum ſepulcra adirent, inibi etiam vigiles noctu diuque [b] adſtarent, iiſque domi, quod prae ceteris Ovidius [c] praedicat, & Virgilius [d], ſacratas aedes, tanquam certa delubra numinum, honorarent. Viris praeterea uxoribuſque, ſicut amicis etiam & conſanguineis, gratiſſimum fuit una ſimul eodem in tumulo ſepeliri, quin etiam cineres commiſceri. Confer Gruterum [e], Fabrettum [f], & alios. Namque id Ethnici poſt mortem ſentire ſe poſſe arbitrabantur: iccirco Achilles, quaſi id ad Patroclum pertineret, illius oſſa in phialam ſive urnam auream recondi juſſit, & tandiu in tentorio adſervari, donec ſua ipſius oſſa cum illis commiſta eodem in loculo conquieſcerent. Patrocli quoque imago ſic Achillem alloquens ab Homero inducitur: [g]

Juſſero praeterea, mihi ſi concedis, Achille,
Oſſa tuis uno mea ponere juncta ſepulcro.

Erat etiam alia opinio, quae per animos ethnicorum pervaſerat, quotquot nimirum amoris ac neceſſitudinis vinculo in hac vita juncti fuiſſent, eos in campis Elyſiis mutuo ſe recognoſcere & amplexari, quod paſſim in anaglyphis, & picturis ſepulcralibus videre licet, tum apertiſſime in tabula VII. familiae Naſoniae, cujus ſepulcrum ad ſaxa rubra apud Ciceronem [h], & Tacitum [i] celebrata, in-

a *Gruter. pag. 786. 5.*
b *Petron. in Sat.*
c *Ovid. Heroid.*
d *Aenead. IV.*
e *Pag. 705. 730. 607. 1035.*
f *Ant. Inſcr. III. p. 200.*
g *Iliad. XXIII. v. 83.*
h *Philipp. II.*
i *Lib. I.*

inventum eſt, & a Bellorio [a] accuratiſſime illuſtratum. Hac de cauſa in Antonini ſtylobata Genius, qui orbis typo inſignis eſt, Antoninum ipſum ſimul cum Fauſtina ad Deos evehit, quamvis illa tertio imperii anno vivere deſiiſſet. Sic apud Homerum Ulyſſes [b] a matre Anticlea, & apud Virgilium Aeneas ab Anchiſe cognoſcitur excipiturque; ac etiamſi uterque parens, & filius amplexus & oſcula nequicquam quaerat [c], ſicuti apud Silium Scipio [d] materna colla; tamen Dantes in ſuo Inferno, fortaſſe magis poetice, Virgilium ſibi manus fingit abſque vana rei imagine tetigiſſe. Ad rem philoſophus [e] refert, multos voluiſſe ad inferos proficiſci, ſperantes fore, ut, quos intime amaverant, illic reviſerent, cum [f] iiſdemque in perpetuum feliciter verſarentur, quorum in numero, niſi deſperationi id potius, quam philoſophiae tribuendum putes, inventi ſunt, ut brevitati inſerviam, & libertus [g] Mneſter, & P. Catienus [h], quos ſui viderunt in mortem ruere voluntariam, hunc, licet heredem ex aſſe, in patroni funere, illum in Agrippinae. Ad hanc ne ſpem inaniſſimam, an ad inſulſam garrulitatem, unde titulis elegantia detracta eſt, loquaciſſimas conjugalis benevolentiae teſtificationes referre debeam, neſcio, hoc unum ſcio, pleniſſimas mutui amoris formulas in lapidibus quam ſaepiſſime occurrere, exempli cauſa, DE QVA NIHIL ALIVD DOLITVS EST NISI MORTEM [i], itemque [k] NIL VNQVAM PECCAVIT NISI QVOD MORTVA EST, quamobrem [l] Fabrettus

M 2 illa

a *Graevii Theſaur. Vol. XII.*
b *Odyſſ. XI. v. 205.*
c *Aeneadum VI. v. 700.*
d *Lib XIII. v. 647.*
e *Plato in Phaedone.*
f *Conſolat. M. Tullio tributa.*
g *Tacit. XIV. Annal 9.*
h *Plin. H. N. VII. 36.*
i *Grut. DCCXCIV.*
k *Pag. DCCXCV.*
l *Ant. Inſcr. IV. p. 275.*

illa ſigla DE . QVA . N. D. A. N. M. interpretatur *nullum dolorem accepi niſi mortis*. Nec alio ſpectat barbara conjugum illa formula CVMQVEM vel CVMQVEN, aut CVMIVM nunc VIXIT nunc BIXIT addendo in conjugio annos, quid dico annos? imo aliquando & menſes, & dies, & horas S. O. V. ideſt [a] *ſine offenſa ulla*. Singularis porro apud Vignolium [b], celeberrimum venerandae antiquitatis myſtam, eſt concluſio tituli, quem Victoria Flavio poſuit repetita illa formula CVM QVO VIXIT ANNIS XVII. M. VIIII. CVM QVO VIXIT ANNIS L. Undenam haec annorum diſcordia? Diuturnae viri fortaſſe abſentiae, vel potius diſſenſioni tribuendam reor, tempus ut vitae felix a miſero diſtinguatur; concordia enim, tanquam matrimonii condimentum maxime optabile, ſaepe in lapidibus commendatur, ubi ad conjugalis amoris oſtentationem pertinet tritus ille *virginiae* titulus, & *virginii*. Maritos *virginios*, ſeu *birginios* [c] Patinus perperam interpretatur juvenes, Sponius cuſtodes thalami inviolatos, Reineſius [d] eos, qui puellam duxiſſent eamque virginem. At non video, cur ratio virorum alia, alia feminarum habenda ſit, quare virginios auctoritate ſimul [e] & ratione fultus habendos reor unius uxoris viros, ſicut virginiae erant uxores unius viri, quas Tertullianus [f] primus omnium *univiras* appellavit, quarum privilegia recenſet Livius [g]. Sed jam perſequi opus eſt, quod ultimum eſt propoſitum, nempe multifariam olim ſepulcra fuiſſe abſcondita, & ipſis quoque in ſepulcris urnas.

XXVI. In-

a *Ibid. p. 186. num. 420.*
b *Commentar. de Column. Antonin. pag 284.*
c *Idem pag. 324. n. 25. & alibi.*
d *Claſſ XIV. inſcr. 3.*
e *Fabrettus loco citato.*
f *De Exort. caſt. & lib. de Monegam. in fine.*
g *Lib. X. 23.*

XXVI. Infames titulos ac monumenta in locis fuiſſe abditis plerumque ſita Propertius indicat : [a]

Dj faciant, mea ne terra locet oſſa frequenti,
Qua facit aſſiduo tramite vulgus iter.
Poſt mortem tumuli ſic infamantur amantum:
Me tegat arborea devia terra coma.

At hic Propertii locus, niſi certa pateat infamiae nota, non eorum omnium, qui fuerunt olim procul a frequentia conditi, famae obeſſe debet. Quo minus id quiſpiam ſentiat, impedimento eſt illa, quae multos quondam tum reges tenuit, ut jam oſtendimus loco ſuo, tum privatis placuit conſuetudo loculos & mauſolea ſtudioſiſſime abſcondendi, quae ſui vix ſuſpicionem movere poſſent, nedum oculos fallerent, ſi in loco celebri, viatorum, ſi in abdito, dominorum. Enim vero quum parabant veteres aeternam domum, mirum, quantum iis interdum fuerit aut providentiae, aut metus. Alterutri enim, vel utrique diligentiam tribuo, qua quorumdam monumenta ita non dico extructa, ſed occluſa ſunt, ut fruſtra graſſante, cui nihil eſt uſquam ſanctum aut munitum ſatis, avaritiae impetu, etiamnum integra permanerent, niſi, quae vincit omnia, fortuna & caſus eo aditum aperuiſſet. Aliquando praegrandi aut marmore, aut lapide Tiburtino, cujus eadem eſſet ac ceterorum, qui aedificium componebant, & magnitudo & forma, cum iiſdemque aptiſſime cohaereret, oſtium occludebant, quo nunquam niſi ſaxo, cui datus eſt januae locus, fortuitum reddente ſonum, poſſe patere aditus videretur; ſicut revera contigit in Caeciliae Metellae ſub Paulo III., & in C. Ceſtii monumen-

to

a *Lib. III. Eleg. 14.*

to ſub Alexandro VII. Aliis abſcondendi tumuli, ut Ficoronius autumat [a], haec ratio placuit. Poſtquam ſepulcro ſuorum cineres commendaverant, non modò de more ad latera, ſed ſuper etiam aggeſta terra, omnem obtegebant partem & culmen ipſum, ibique conſitis praeterea arboribus, quaſi collem efficiebant, vel potius ſilvulam, quales & alii alibi extiterunt, & is praeſertim tumulus, qui ad ſecundum ab urbe lapidem in via Tuſculana nunc vulgo dicitur *Monte del Grano*, ubi a paſtinatoribus hypogaeo detecto praegrandis urna, quae ad laevam in primo aditu muſei capitolini cernitur, inventa eſt, & vaſculum Alexandri apotheoſim egregie repraeſentans, quod muſei Principis Barberini lautitias auget. Ficoronius ipſis ſepulcri auctoribus hoc diligentiae tribuit. Sed virum inceſſit quandoque nimia, ut fit, credulitas. Non enim video, cur ſuſpicari haud liceat, progreſſu id temporis contigiſſe ob frequentem mutationem dominorum, quam Cicero [b], ſupra modum de filiae ſepulcro anxius, tantopere verebatur. Quae vero ſequitur, & antiquorum, dum ſepulcra ſtruerent, diligentia fuit, & ſane eximia. Saxeum quandoque perforabant montem, ejuſque intimis in viſceribus monumento condito, oſtium inde exciſo claudebant ſaxo, prout erat, impolito ac ruſtico, quare illae camerae ad haec uſque ſecula permanſere intactae, permanſiſſentque in poſterum, niſi id minus cogitantes lapicidae, aut coementarii, dum ſaxa caederent, ſonum ex rupe redditum ex improviſo audiſſent, &, qua fortuna ſineret, aperto aditu hypogaeum picturis & marmorato ornatum pleni bonae ſpei, atque admiratione attoniti offen-

a *Cic. ad Attic. XII. Ep. 20.* b *De Bulla Aurea Part. 2.*

ſendiſſent. Id moris in Etruria, & in Latio tenuiſſe conſtat, ubi admirandum in primis reor, quod ea monumenta in topho, aut ſaxo exciſa, utpote luci diurnae penitus inacceſſa, debuerunt ad lumen lucernae, vel candelae opere tectorio picturiſque ornari, quae inibi perelegantes, & bene multae inventae ſunt, teſtante id prae ceteris Naſoniorum ſepulcro, trans pontem milvium ad rupem nunc *Grotta Roſſa*, olim *ad Rubras* excavato, quod anno piaculari, vel ſanctiore 1675., dum via Flaminia reſtaurabatur, illic coementariis ſaxa caedentibus, repertum eſt, & Romam ſuis pene convulſam ſedibus ad ſe ſe rapuit admirabundam ſpectandique cupidam architecturae praeſtantiam ac picturarum, quas [a] Petrus Bartholus in lucem edidit illuſtravitque. Voluerunt hac diligentia veteres ſuo ipſorum, ac ſuorum cineri conſultum eſſe, non quod id operis aetati ſuae ſperarent ignotum fore (nam totius familiae quum eſſet proprium, rem ſperare certe non licuit) ſed quod in poſterum noxiam timerent dominorum mutationem, ac futurae invidiam poſteritatis, cujus cauſa illud Propertii verebantur: [b]

Nec mauſolei dives fortuna ſepulcri
Mortis ab extrema conditione vacat,

itemque ſententiam Juvenalis [c] veriſſimam pertimeſcebant:

Quandoquidem data ſunt ipſis ſua fata ſepulcris.

At quanta quanta haec, de qua hactenus, diligentia fuerit, jam aliam accipe in primis magnam maximeque lepidam. Non abſcondebant ſepulcra modo, ſed urnas etiam in ſepulcris ipſis. Biſariam interdum ſecabant lapidem, cun-

a Vid. *Graev. Vol. XII.*
b *Lib. III. Eleg.* 1.
c *Sat. X. v.* 146.

eundemque ruſticum, tum utramque illius partem excavabant ita, elegantem ut urnam caperet, cui cineres committebant, nunquam, ut ſperabant, aut diſpergendos invidis, aut avaris omnia rimantibus inveniendos. Ficoronius [a] antiquis in cimeliis, quoad vixit, & lapidibus inquirendis occupatiſſimus, ſaxa hujuſce generis complura ſe vidiſſe affirmat, in uno etiam, in villa Columnenſi ad viam Tiburtinam, cum pueri oſſiculis, aureoque annulo, cujus in gemma erat chimerae caput, perelegantem urnam porphyreticam inveniſſe, quae nunc ſervatur in celebri muſeo ditiſſimaque gaza Eminentiſſimi Cardinalis Alexandri Albani. Quantacunque vero aut diligentia fuerit in cuſtodiendis, aut elegantia in parandis hujuſmodi aedificiis, ea tamen, poſtquam imperii ſedes a Conſtantino Byzantium translata eſt, cedere debuerunt omnia incuriae, tempori, avaritiae, curioſitati. Quandiu imperium, & cum imperio ſuperſtitio ſtabilem habuit in urbe ſedem, tandiu nefas fuit ſepulcris inferre vim, non tam religionis cauſa, quam vetuſtatis, cujus veſtigia, quantum licuit, populus Romanus ſarta tecta eſſe voluit, colere propterea ſolitus adhuc vivente Seneca perexiguam in capitolio caſam, quam fama erat ſarmentis tectam primis urbis initiis inhabitaſſe Romulum conditorem. Ex quo autem vis ac ruina ſepulcris ultima illata eſt, non plura, quam duo ſecula elapſa ſunt. Etenim Leander Albertus [b], quum Italiae deſcriptionem Bononiae proderet, complura affirmat id temporis in Appia via fuiſſe reliqua mauſolea; addit etiam veterum ſubſtructionum veſtigia, muros, columnas & alia id genus innumera ſuperfuiſſe.

CLAS-

a *Loc. cit. pag.* 63. b *Anno* 1750. *pag.* 126.

CLASSIS VI.

Virorum & Vxorum Monumenta.

I.

Romae in Domo Matthaejorum.
Ex Celſi Cittadini Vol. V. pag. 585.

QVI . DVM . VITA . DADAST . SEMPER . VIVEBAT . AVARVS
HEREDI . PARCENS . INVIDVS . IPSE . SIBI
HIC . ACCVMBENTEM . SCVLPI . GENIALITER . ARTE
SE . IVSSIT . DOCTA . POST . SVA . FATA . MANV
VT . SALTEM . RECVBANS . IN . MORTE . QVIESCERE . POSSET
SECVRAQVE . IACENS . ILLE . QVIETE . FRVI
FILIVS . A . DEXTRA . RESIDET . QVI . CASTRA . SECVTVS
OCCIDIT . ANTE . PATRIS . FVNERA . MAESTA . SVI
SED . QVID . DEFVNCTIS . PRODEST . GENIALIS . IMAGO
HOC . POTIVS . RITV . VIVERE . DEBVERANT
C. RVBRIVS . VRBANVS . SIBI . ET . ANTONIAE
DOMESTICAE . CONIVGI . SVAE . ET . CN. DOMITIO
VRBICO . RVERIANO . FILIO . SVO . ET . LIBERTIS
LIBERTABVSQVE . POSTERISQVE . EORVM . ET . M
ANTONIO . DAPHNO . FECIT

In hoc marmore pater in lecto recubat ollam nummorum plenam amplexus manu & brachio ſiniſtris, aureos plures dextra ante ſe fundit: aſſidet ad pedes filius habitu militari, & gladio accinctus, nummoſque aliquot quaſi decidentes excipit manu dextera. Stat juxta tripus, & ſupra aliae tres ollae: tum ſequuntur verſus, quos Sanctius antiquos eſſe non credit, ſed Cittadinus ad ſeculum Auguſti ſpectare exiſtimat propter apices, quos veteres longis ſyllabis apponebant, de quibus praeter Iſidorum *cap.* 4. & 26., ita Quinctilianus *lib. I.* 13. *Sed totam, ut mea fert opinio, ſubtilitatem in dubiis habent, ut longis ſyllabis omnibus apponere apicem ineptiſſimum eſt, quia pluri-*

 ma

Digitized by Google

ma natura ipſa verbi , quod ſcribitur patent ; ſed interim neceſſarium , quum eadem littera alium intellectum , prout correpta , vel producta eſt , facit . Hanc vero legem Auguſti aevo minime fuiſſe latam conſtat in primis ex inſcriptione capitolina LARIBVS AVGVSTI , in qua ſunt apices , ſicut in hoc lapide , nulla id jubente neceſſitate . Non ideo autem hunc ego lapidem cum Cittadino aureae Auguſti aetati tribuendum reor : apices enim & poſteriori aevo placuiſſe compertum eſt . In baſi Obeliſci Auguſti nuper in campo Martio effoſſi litterae cum apicibus obſervantur . Vid. *Angel. Bandini de Obeliſco. Rom. apud Pallearin.* 1750. *in fol.* Ceterum ut ad titulum redeam , avari genium ſic Auſonius exprimit .

Qui laqueum collo nectebat , repperit aurum ,
Theſaurique loco depoſuit laqueum .
At qui condiderat poſtquam non repperit aurum ,
Aptavit collo , quem reperit , laqueum .

I I.

Romae in inſula Lycaonia , nunc S. Bartholomaei .
Ibidem pag. 588.

1. HOSPES . QVOD . DEICO . PAVLLVM . EST . ASTA . AC . PELLEGE
2. HEIC . EST . SEPVLCRVM . HEV . PVLCRVM . PVLCRAI . FEMINAE
NOMEN . PARENTES . NOMINARONT . CLAVDIAM
SOVOM . MAREITVM . CORDE . DEILEXIT . SOVO
GNATOS . DVOS . CREAVIT . HORVNC . ALTERVM
IN . TERRA . LINQVIT . ALIVM . SVB . TERRA . LOCAT
3. DOMVM . SERVAVIT . LANAM . FECIT . DIXI . ABEI

1. Ex Diphtongis *ai* pro *ae* ; *ei* pro *i* , & *ou* pro *u* Cittadinus hoc marmor ad Lucretii traducit & Ciceronis aevum : certe phraſis antiquitatem redolet . Antonius Auguſtinus , & Fleetwodus in penultimo loco hunc verſum habent , qui in Cittadino deſideratur :

SERMONE . LEPIDO . TVM . AVTEM . INCESSV . COMMODO .

A Paullo Pollam , ſicuti ab Aulla Ollam , derivari contendunt multi cum Ant. Auguſtino Dialogo X. & ideo L. duplicandam ſuſtinent , quod paſſim in lapidibus , & nummis , exempli cauſa

ſa in nummo Aemiliorum legitur: TER . PAVLLVS . Idem Auguſtinus legit *Suom* pro *Sovom*, & *Feminae* pro *Feminai*. Publius Nigidius XIII. 25. laudat *terrai* in genitivo, non dativo.

2. Bene *ſepulcrum*, & *pulcrum* ſine *h*, quia Cicero adſpirationem ante conſonantem non admittit. At ſecus in lapidibus quandoque habetur. *Claſſ. I. inſcr.* 27.

3. Ingredientibus mariti domum uxoribus dabantur claves, iiſdem ſi nuntius remitteretur, adimebantur. *Cic. Philipp. II.* Id non impedit, quo minus daretur ſervis cuſtodia domus: ſecus facientibus avaritia, vel inopia objiciebatur; ſic Martialis:

Equiti, ſuperbo, nobili, locupleti
Cecidit repente magna de ſinu clavis.
Nunquam, Fabulle, nequior fuit clavis.

Lanificium fuiſſe olim proprium & illuſtrium matronarum Phoedrus eſt auctor *IV.* 4.

At alteram lanificam, frugi, & ruſticam.

Auſonius *Parental. II.* morigerae uxoris *lanificas* vocat manus. Novae nuptae, ad virum pergenti, comta colus praelata, & & fuſus cum ſtamine; ingreſſae mariti aedes laneis villis ornata janua, & parata, ubi conſideret, lanata pellis. In Sancti Laurentii extra portam Tiburtinam extat in ingreſſu urna vetus, ubi ſeminudus prope arietem adoleſcentulus inſtrumentum praefert forfici ſimile, & detonſam dat lanam ſponſae, quae turturem connubialis amoris ſymbolum ſiniſtra geſtat. Virgines ad ſacerdotii munera educatae lanificio erudiebantur. Cum Romulo, & Statio convenit, ut Sabinae ab omni onere, praeter quam lanificio immunes eſſent; ſcribit Varro, lanam cum colo, & fuſo Tanaquilis, & ſandalia in templo Anci Martii ad ſua tempora duraviſſe. In ruderibus templi Palladis ad Buſta Gallica in Zophoro cernitur penſum lanificum in lance appoſitum, mulieribuſque tributum. Pagana lege ſancitum fertur, ne mulieres in via torquerent fuſos, aut detectos gererent. Lanificii locus Romae in atrio, apud Graecos in oeco, aut prooeco. Uxores viris, matres filiis tunicas, togaſque acu, lino, ac telis intexere conſueviſſe Svetonius in Auguſto, & Plu-

Digitized by Google

tarchus narrant. Vid. *Feſt.* 16. *Dempſter. I. Alexander Neapol. IV.* 8. *Laurentii Polymath. V. Litt. L.*

I I I.

Romae. *Grut. pag.* 799. 8.

LESBIAE . OSSA . HIC . SITA . SVNT
1. HOSPES . STA . ET . LACRVMA . SI . QVICQVAM . HVMANITVS . INTEST
OSSVA . DVM . CERNIS . CONSITA . MAESTA . MIHI
QVOIVS . LAVDATI . MORES . ET . FORMA . PROBATAST
ANCHIALO . QVEM . CVRA . ANXIA . DEBILITAT
LESBIA . SVM . QVAE . DVLCIS . MORES . SOLA . RELIQVI
ſis ET . QVOD . VITAM . VIVENS . PARVI . IN . OFFICIIS
2. SEI . NOMEN . QVAERIS . SVM . LESBIA . SI . DVO . AMANTES
ANCHIALVS . DVLCIS . CVM . SVAVE . HOMINE . SPVRIO
SED . QVID . EGO . HOC . CERNO . MEA . SVNT . HIC . OSSVA . IN . OLLA
CONSITA . VIVE . HOSPES . DVM . LICET . ATQVE . VALE

1. Totum hunc titulum ſpirare antiquitatem vides: hujus vero auctorem non Plauto, vel Terentio coaevum puto. Etenim in cenotaphiis Piſanis videre licet Auguſti aevo *finis extremas* : *devicteis* : *volneribus* : *apſtinere* : *perpetuom* : *defixſo* : non ideo monumenta quaeque hoc modo ſcripta eidem ſeculo recte tribuas. Itaque haec, vel illa ſcribendi ratio minime certa eſt aetatis nota.

2. Ariolari ſi licet, trium erat ollarum ſeries, ſeu tres ollae ſimul conſitae, quarum in una erant Lesbiae cineres, relique duae fortaſſe Anchialum expectabant, & neſcio quem alium aut re, aut nomine Spurium, aut parentibus ab hoſte captis in ſervitute natum: nam qui ex juſtis quidem nuptiis, ſed in ſervitute ſuſceptus fuerat, & ſolus cum matre e poſtliminio redierat, Spurii olim nomine dicebatur. *Martian. l.* 25. *ff. de capt. e poſtlim. rev.*

I V.

Romae in S. Priſcae.

Grut. p. 748. 7.

SIC . PIA . SIC . FELIX . SIC . QVOD . TIBI . VITA . BEATA
CONTIGIT . ET . CVNCTIS . AVXILIANS . BONITAS

NOS

NOS . TAMEN . HIC . CRVCIAT . DOLOR . INTIMVS [a] . ET . PIA . CVRA
QVOD . TE . FESTINANS . APSTVLIT *ſic* . ATRA . DIES
NVMINA . NVNC . INFERNA . PRECOR . PATRI . DATE . LVCOS
QVIS [b] . EST . PVRPVREVS . PERPETVVSQVE . DIES
HIC . CERTE . VT . MERVIT . CVNCTAST . DATA . CVRA . SEPVLCRO
TEXERVNTQVE . FAVI . DE . SICVLIS . APIBVS .

a *Verd.* ANXIVS . b. *Pigh: ms.* IN . QVIS .

Muratorius *p.* 1769. 7. e ſchedis P. Stanislai Bardetti Soc. Jeſu nulla Gruteri mentione habita legit in 3. *v.* ANXIVS , in 6. QVEIS , in 7. QVOD CERTE HIC MERVIT , in ultimo EXTRAXERE , habetque omnes aequales litteras .

V.

Lugduni . *Grut. ibidem num.* 8.

FVNCTVS . HONORATO . SENIO . PLENVSQVE . DIERVM
EVOCOR . AD . SVPEROS . PIGNORA . QVID . GEMITIS

V I.

Ex Muſeo Veronenſi p. 173. 1.

LAELIAE CLEMENTINAE
VXORI INCOMPARABILI
1. Q. FVRIVS SECVNDVS MARI-
TVS ET SIBI VIVVS FECIT
FVNCTA IACES HIC SET VIVIS VIVESQVE SECVN
DO LELIA TVO DEBENT NEC BENEFACTA
MORI
TE TELLVS SANCTOSQVE PRECOR PRO
CONIVGE MANES VOS ITE PLACIDI
TV LEVIS OSSA TEGAS . VIXIT ANN. XXVII.

Muratorius *Vol. III. p.*1364. 9. habet aliam linearum, ac verſuum diviſionem , notatque in ſecundo verſu ſchedas Farneſias habere NEC TVA FACTA .

1. Secundus, Primus , Tertius , ſicut major , ac minor , quod in Scipionibus , Catonibuſque legimus obſervatum , non praenominis , aut cognominis habebant vim , ſed notae erant extemporales , ſive ad tempus poſitae . *Cic. Epiſt. VIII.* 9. *Balbus minor ad me venit* : nempe hunc ab eo diſtinguit , quem

Digitized by Google

quem ipſe defenderat : forte enim uterque L. Corn. Balbus. Quod de viris, idem de feminis intellige, ac de his praecipue confer Diſſertationem ultimam *Vol.I. Academ. Cortonenſis*.

V I I.

Romae. *Grut. p. 690.*

D M

IVLIAE SECVNDAE FILIAE	CORNELIAE TYCHES VXORIS
Effigies Juliae	*Effigies Corneliae*
ET FORMA SINGVLARI ET	ET INCOMPARABILI ERGA
MORIBVS PIISSIMIS DOCTRI	MARITVM ADFECTVS
NAQVE SVPER LEGITIMAM	SANCTITATISQVE EXIMIAE
SEXVS SVI AETATEM PRAES	ERGA LIBEROS PIETATIS QVAE
TANTISSIMAE QVAE VIXIT	VIXIT ANN. XXXVIIII. MENS.
ANNIS XI. MENS. VIIII. D. XX	IIII. DI. VII. EX IS MECVM AN

IAM DATVS EST FINIS VITAE IAM PAVSSA MALORVM
VOBIS QVAS HABET HOC GNATAM MATREMQVE SEPVLCRVM
1. LITORE PHOCAICO PELAGI VI EXANIMATA S
ILLIC VNDE TAGVS ET NOBILE FLVMEN HIBERV S
VORSVM ORTVS VORSVM OCCASVS FLVIT ALTER ET ALTER
STAGNA SVB OCEANI TAGVS ET TYRRHENICA IBERV S
SIC ETENIM DVXERE OLIM PRIMORDIA PARCA E

Hic ſtantis aſelli, aut alius quadrupedis ſtatua.

ET NEVERE SVPER VOBIS VITALIA FILA
CVM PRIMVM LVCINA DARET LVCEMQ. ANIMOSQVE
VT VITAE DIVERSA DIES FORET VNAQVE LETH I
2. NOBIS PORRO ALIA EST TRINO DE NVMINE FAT I
DICTA DIES LETHI QVAM PROPAGARE SVOPT E
VISVM OLLIS TACITO ARBITRIO CVM LEGE PERENN I
SISTI QVAE CVNCTOS IVBET AD VADIMONIA MORTI S

1. Matrem, & filiam vi tempeſtatis exanimatas prope Maſſiliam reor, & ſepultas ad Serguntiam vulgo *città di Siguenca*. Ibi enim magis quam alibi, mutuo accedunt Tagus, & Iberus, qui inde in diverſa abeuntes, primus orientem verſus in oceanum, alter ad occaſum in tyrrhenum fertur. Litoris Phocaici nomine non una eſt regio dicta. *Plinius H. N. V.* 30.

Lu-

Digitized by Google

Lucanus III. ſed hoc loco indicatam, utpote Saguntiae proximam, Maſſiliam puto, quam etſi conditam a Phoenicibus, Phocenſes tamen Cyri potentiam fugientes vel condidiſſe dicuntur, vel dirutam inſtauraſſe: *Lucanus III. v.* 301.

Phocais in dubiis auſa eſt ſervare juventus,

ibidem Maſſilienſium naves vocat *Phocaicas* carinas. *Plinius III.* 4. Maſſiliam dicit *Graecorum Phocenſium foederatam*. Vid. *Diſſert. D. Cary de numm. Smyrnaeor. & de Orig. Maſſilienſ. & reſponſio Baronis de Toms, & de Boze Hagaecomiti* 1744.

2. De tribus Fatis in *Vol. I. p.* 276. Parcas Graeci dixere *Nonam*, *Decimam*, *Mortam*, ut in Odyſſea:

Quando dies adveniet, quam profata morta eſt.

VIII.

Romae. *Fleetwod. Syllog. p.* 268.

D. M. SACRVM

1. TARQVITIAE . MODESTAE . QVAE . V. A. XV

2. M. VI. D. VI. MODESTVS . ET . LICINIA

PARENTES . LACENIVS . MARITVS . C. QVAM . DVLC

NAM FVIT EXIMIA SPECIE MIROQVE DECORE

MEMBRAQVE ERANT VERE PECTORE DIGNA SVO

VALE . VALE . DVLCISS

1. Gudius *p.* 295. 5. pro *Tarquitiae* legit *Tertiniae*, pro *Licinia* habet *Jaotua*, pro *Lacenius Maritus quam dulc.* ſcribit *Lucentius* MARITVS C. Q. V. *cum qua vixit* M. V. D. VII. AN. in fine pro duplicato *Vale* ponit *Bade*, ſeu vade, *Vale Dulcis*. Demum dividit inſcriptionem in decem lineas, eamque collocat Beneventi, non Romae. Muratorius *p.* 1219. 5. habet 9. lineas, & legit TARQVINIAE MODESTAE &c. MODESTVS ET LASCIVA PAREN. ET LVCENTIVS C. Q. V. M. VI. D. VII. in pentametro

MENS INERAT VERE CORPORE DIGNA SVO.

2. Si non modo menſium, & dierum, ſed annorum quoque aequalem numerum videre cupias, adiſis Fabrettum *Inſcript. Antiq. IV.*, ubi Baronius Teleſphorus vixiſſe legitur *integer integros annos* 80., eundem nempe natalem fatalemque ſortitus diem, ſicuti Attalo, & Pompejo M. contigiſſe Plu-

Plutarchus narrat in *Camillo*. Raphaëli Sanctio pictorum principi Cardinalis Bembus quum epitaphium ſcriberet, hanc eſſe clauſulam voluit in S. Mariae ad Martyres v. A. XXXVII. INTEGER. INTEGROS.

IX.

Aſtae. *Ex Gudio p.* 290. 3.

INVIDA. FLORENTEM. RAPVERVNT. FATA. IVVENTAM
NEC. LICVIT. MISERO. ME. SVPERESSE. VIRO
FLEVIT. PRAESENTEM. PATER. FLERVNTQVE. SORORES
ET. MATER. TEPIDO. CONDIDIT. OSSA. ROGO
QVAE. PRIVS. HOC. TVMVLO. DEBVIT. IPSA. LEGI

Muratorius *Vol. II. p.* 1234. e ſchedis Marchionis Capponii in 3. *v.* legit ET FLEVERE, *in* 4. HOC TITVLO.

X.

Romae in pavimento Eccceſiae S. Chryſogoni.
Ex Donian. Inſcr. Cl. XII. p. 400.

1. NON POTVIT TOTOS TER DENOS ANNOS EXTVNGVE *sic*
2. RE HEV QVANTVS DOLOR EST AMISSA CONIVGE KARA
3. PIVS AMOR IMMENT EST ANIMO LACRIMISQVE
INCENDITVR ARDOR NVLLA DATVR REQVIES
ERITQVE IN PECTORE VOLNVS QVAM BREBIS INNOCVIS
VITA EST SIC FATA DEDERVNT ET LIB. LIB. POS. EOR
H. M. H. E. N. S

Gudius *p.* 290. 5. notat initio quatuor lineas deſiderari: in 2. verſu legit *Rei. Eu. Quintus*: in 3. INM pro *imment*, & PLVS pro *pius*: in 5. *eret* pro *erit*: in penultima linea EOR. H. M. D. *hoc monumentum dat*. H. M. E. H. N. S. hoc *monumentum exterus heres non ſequitur*: ibidem pro *Extungue* legitur SEXTVNQVE.

1. DENOS elide ultimam ſyllabam more veterum, ut monuimus in Claſſe *II. p.* 194 in fine, & verſum habes ſpondaicum, ſed duriuſculum, quia deeſt dactylus in quarta ſede, contra exemplum Virgilii *Ecl. IV.* 49.

2. Ubi eſt SEXTVNQVE RE, τὸ RE ſuſpicor initium eſſe, aut finem vocis *replere* pro voce integra, quam confici dolor vetuit.

3. *Pius* vel *plus amor imment* : intemperans nimirum luctus pro verſu aenigma dedit, quod ne auctor quidem ipſe, opinor, ſolverit. Suſpicabar aliquando, ſi Gudiana lectio genuina ſit, ſigla INM pro *imment* nihil ad metrum ſpectare, & verſum utcunque haberi, ſi legas *plus* pro *pius*.

X I.

Ex Muſ. Veron. p. 375.

ΦΡΑΖΕ ΤΙΝΟΣ ΓΟΝΕΟΣ ΣΕΟ ΤΟΥΝΟΜΑ ΚΑΙ ΠΟΣΙΝ ΑΥΤΟΝ
ΚΑΙ ΧΡΟΝΟΝ ΕΙΠΕ ΓΥΝΑΙ ΚΑΙ ΠΟΛΕΩΣ ΟΘΕΝ ΕΙ
ΝΕΙΚΑΝΔΡΟΣ ΓΕΝΕΤΩΡ ΠΑΤΡΙΣ ΠΑΡΟΣ ΟΥΝΟΜΑ Δ' ΗΝ ΜΟΙ
ΣΩΚΡΑΤΕΑ ΦΘΙΜΕΝΗΝ ΠΑΡΜΕΝΙΩΝ Δ' ΕΘΕΤΟ
ΣΥΝΛΕΚΤΡΟΣ ΤΥΜΒΩΙ ΜΕ ΧΑΡΙΝ ΔΕ ΜΟΙ ΩΠΑΣΕ ΤΗΝΔΕ
ΕΥΔΟΞΟΥ ΖΩΑΣ ΜΝΗΜΑ ΚΑΙ ΕΣΣΟΜΕΝΟΙΣ
ΚΑΙ ΜΕ ΠΙΚΡΑΝ ΝΕΑΡΟΙΟ ΒΡΕΦΟΥΣ ΑΦΥΛΑΚΤΟΣ ΕΡΕΙΝΝΥΣ
ΑΙΜΟΡΥΤΟΙΟ ΝΟΣΟΥ ΤΕΡΠΝΟΝ ΕΛΥΣΕ ΒΙΟΝ
ΟΥΘ' ΥΠ' ΕΜΑΙΣ ΩΔΕΙΣΙ ΤΟ ΝΗΠΙΟΝ ΕΣ ΦΑΟΣ ΗΓΟΝ
ΑΛΛ' ΥΠΟ ΓΑΣΤΡΙ ΦΙΛΑΙ ΚΕΥΘΕΤΑΙ ΕΝ ΦΘΙΜΕΝΟΙΣ
ΤΡΙΣΣΑΣ ΕΚ ΔΕΚΑΔΑΣ ΔΕ ΠΡΟΣ ΕΞ ΕΤΕΩΝ ΧΡΟΝΟΝ ΗΛΘΟΝ
ΑΝΔΡΙ ΛΙΠΟΥΣΑ ΤΕΚΝΟΝ ΑΡΣΕΝΟΠΑΙΔΑ ΓΟΝΑΝ
ΔΙΣΣΑ ΔΕ ΠΑΤΡΙ ΛΙΠΟΥΣΑ Κ' ΙΜΕΡΤΩΙ ΣΥΝΟΜΕΥΝΩΙ
ΑΥΤΑ ΥΠΟ ΤΡΙΤΑΤΩΙ ΤΟΥΔΕ ΛΕΛΟΓΧΑ ΤΟΠΟΝ
ΑΛΛΑ ΣΥ ΠΑΜΒΑΣΙΛΕΙΑ ΘΕΑ ΠΟΛΥΩΝΥΜΕ ΚΟΥΡΑ
ΤΗΝΔΕ ΑΓ' ΕΠ' ΕΥΣΕΒΕΩΝ ΧΩΡΟΝ ΕΧΟΥΣΑ ΧΕΡΟΣ
ΤΟΙΣ ΔΕ ΠΑΡΕΡΧΟΜΕΝΟΙΣΙ ΘΕΟΣ Τ' ΕΥΧΗΝ ΤΙΝΑ ΔΟΙΗ
ΕΝ ΠΑΣΙ ΚΑΙΡΕΙΝ ΣΩΚΡΑΤΕΑΝ ΚΑΤΑ ΓΗΣ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΜΑΓΝΗΣ ΠΟΙΗΤΗΣ ΕΓΡΑΨΕΝ

Φράζε τίνος γονέος, σέο τοὔνομα καὶ πόσιν αὐτὸν,
Καὶ χρόνον εἰπὲ γύναι, καὶ πόλεως ὅθεν εἶ.
1. Νείκανδρος γενέτωρ, πατρὶς Πάρος, οὔνομα δ' ἦν μοι,
Σωκρατέα, φθιμένην Παρμενίων δ' ἔθετο.
Σύλλεκτρος τύμβῳ με χάριν δέ μοι ὤπασε τήνδε,
Εὐδόξου ζωᾶς μνῆμα καὶ ἐσσομένοις.
Καί με πικρὰν νεαροῖο βρέφους ἀφύλακτος Ἐρίννυς
Αἱμορρύτοιο νόσου τερπνὸν ἔλυσε βίον.

Οὔθ᾽ ὑπ᾽ ἐμαῖς ὠδεῖσι τὸ νήπιον ἐς φάος ἦγον,
 Ἀλλ᾽ ὑπὸ γαστρὶ· φίλα κεύθεται ἐν φθιμένοις.
Τριτατὰς ἐκ δεκάδας δὲ πρὸς ἓξ ἐτέων χρόνον ἦλθον,
 Ἀνδρὶ λιποῦσα τέκνον ἀρσενόπαιδα γονὰν,
Δισσὰ δὲ παιδὶ λιποῦσα ϗ ἱμερτῷ συνομεύνῳ
 Αὐτὰ ὑπὸ ξεινίτῳ τῷδε λέλογχα τόπον.
Ἀλλὰ σὺ παμβασίλεια θεὰ πολυώνυμε Κούρα
 Τήνδε ἄγ᾽ ἐπ᾽ εὐσεβέων χῶρον ἔχουσα χερός.
Τοῖς δὲ παρερχομένοισι Θεός τ᾽ εὐχήν τινα δοίη
 Ἐν πᾶσι χαίρειν Σωκρατέαν κατὰ γῆς;

Idem Maſſejus ſic latine vertit.

Dic mulier, quiſnam genitor? quod nomen? & ipſum
 Conjugem, & aetatem, quave es in urbe ſata?
Nicander genitor, patria eſt Paros, & mihi nomen
 Socratea: extinctam Parmenio tumulat
Me conſors: hujus monumenti munus ab illo eſt,
 Quod decus aeternum poſteritatis erit.
Mi tenerum infantem pariturae ſanguinolenti
 Vis morbi dulcem hunc abſtulit atra diem.
Me vero languente in lucem haud prodiit infans:
 Urna infelici venter at ipſe fuit.
Sex ac ter denos vixi annos: maſcula proles
 A me jucundo eſt pulcra relicta viro.
Duplex illa quidem, dilecto cara marito,
 Tertia, quem cernis, mi dedit ipſa locum.
Aſt tu, Perſephone, vario quae nomine culta es,
 Excipe, eamque piis inſere, Diva, choris.
Tum Deus inſpiret votum iſtud praetereunti,
 Socratea omnino gaudeat & valeat.

Haud illepidum hoc marmor, quod jam ediderat Cl. Maſſejus in *Gallic. Antiq. Epiſt. XV.* debetur diligentiae ac ſtudio incomparabili, nec ſatis unquam laudando ipſius Marchionis Maſſeji. Dimidiam partem invenerat in nobili muſeo Grimanorum, poſt tres circiter annos alteram invenit partem in veſtibulo bibliothecae S. Marci. In Leichii Antho-

lo-

logiae ms. codice in poſtremo diſticho varia eſt lectio , qua admiſſa , ita vertitur :

Juppiter exhilaret , qui dicunt praetereuntes .

1. Nicander rex Lacedaemonius apud Pauſaniam celebris in *Lacon.* & *Eliac.* Parmenio vir inter Macedonas auctoritate ſumma , qui res magnificas cum Philippo , & Alexandro geſſit . Socratea nec hujus Nicandri filia , nec Parmenionis uxor , quia alter Lacedaemon , Macedo alter fuit , treſque habuit filios in caſtris extinctos . Ex Maffejo dat hunc titulum Cl. Murator. *pag.* 1068. 1. ſed ultimam lineam non habet legitque in 7. v. ΕΡΕΙΝΤΣ , in 12. ΑΡΣΕΝΟΠΟΙΔΑΣ ΟΝΑΡ, in 14. ΤΟΝΔΕ , in 15, ΠΑΜΒΑΣΙΛΗΑ .

X I I.

Galeatae in Flaminia . *Fletwod. p.* 285.

D M

RVBRIAE . TERTVLLIAE . V. A. XX. M. III. D. III

CONIVGI . OPTIMAE . C. REFANIVS . MACRINVS

1. LIVIA ME TELLVS ALVIT GEMINAMQVE SOROREM

EGREGIO DE PATRE SATAM SANCTA GENITRICE

ſic KARA FVI CASTO BENE IVNCTA PVDICA MARITO

2. INVIDA SET FATI LEX REDDIDIT IRRITA VOTA 3.

ET TANTVM MISERAE SOLATIA LIQVIT AMANTI

4. CONIVGIS IN MANIBVS LICVIT QVOD REDDERE VITAM

1. LIVIA TELLVS forum Livii , Aemiliae oppidum , in regione octava Italiae . .

2. *Set* pro *ſed* ſaepe in antiquis lapidibus .

3. Quae vota ? nempe quae in nuptiis ſolvebantur Deabus *Cinxiis* , Dianae , Junoni , Veneri , Minervae , & aliis , quibus ſponſae comas , aut cincinnos dedicabant . Diana apud Heſychium , Suidam , Theocritum , & alios dicitur ΛΥΣΙΖΩΝΕ id eſt *ſolvizonia* , cujus cultui fanum fuit Athenis ſacrum teſte Apollonii Rhodii Scholiaſte *ad Argonaut. I. v.* 288. Juno praeſes nuptiarum altera a virgineae zonae , ſeu cinguli ſolutione dicta eſt Cinxia , non vero Athenis , ut viſum eſt Jo. Bapt. Caſalio *lib. de Ritu Nuptiar. cap. I.* , ſed Romae cultum ha-

buit, auctore Virgilio *Aen. IV. v.* 59. Arnobio *adv. Gent. III* Martiano Capella *de Nupt. Philolog. II.* Cinxiam quoque fuiſſe Venerem Tatianus *Orat. ad Graecos* refert, & apud Ezech. Spanhemium dicitur Genitrix, & Genetyllis, cui ſuſpendi conſueviſſe zonas colligit ex antiquo lapide Thomaſinus *de Donar. XVI.* Veneri Minervam addit Pauſanias *in Corinthiacis*: Arnobius *lib. II.* & S. Auguſtinus *de C. D. VI.* 9. addunt Fortunam virginem, ſeu virginenſem, aut mammoſam inſtar Dianae Epheſinae, interprete Montfauconio *in Diar. Ital. cap. XI.* & Sponio *in Miſcellan. Erud. antiq. ſect. III.* Si Junonem, Venerem, Fortunam pro una fuiſſe exiſtimes cum Minerva, auctores habes Voſſium *de Idol. II.* 26. Seldenum *de Diis Syris ſyntagm. II.* 2. Dacerium *ad Horat. III. Od.* 30. Alias praeterea minorum gentium Deas nuptiarum praeſides Capella enumerat *loc. cit.* nempe *Iterducam*, *Domiducam*, *Unxiam*, *Cinxiam*. Huic agmini Plutarchus *in quaeſt. Rom.* addit Jovem, & Suadam: Pollux I. I. Parcas: Pauſanias *in Corinthiac.* Hippolytum, *in Atticis* Iphigeniam. A Delienſibus demum adjunctae ſunt Opis, Loxo, Hecaerge, ut Callimachus *in Del. V.* 297. Sacrificium conſtabat ex farre toſto, conſperſo ſale, ſive mola ſalſa, & juvencis: ita Euripides *Iphigen. in Aulid.* Aquam his ſacris Athenienſes petebant ex fonte Calliroë: ſic Meurſius *in Ceramico gemino cap. XIV.* Hoſtia non erat unica. Nam Antigonus nuptias ſimulans filii Demetrii, & Nicaeae ſacrificium magnificum feciſſe legitur, & panegyrim Graecorum: Alexander M. teſte Aeliano *Hiſt. Var. VIII.* 7. quinque dies continuos celebravit nuptialia, vel ſacrificavit propter nuptias, ut vertit Cuperus *Obſervat. III.* 13. De his ritibus conſulendus prae ceteris M. Julius Schlaegerus Diſſ. eruditiſſima de Diana ſolvizonia edit. Hamburgi 1735.

XIII.

Romae. *Fabrett. III. p.* 188. *n.* 431. *ex ms. Peniae Rotae Audit.*

1. IVLIA . QVAE . LONGA . FVERAS . DIGNISSIMA . VITA
2. OCCIDIS . E . NOSTRO . RAPTA . PVELLA . SINV

SED

SED · COMES · ARDENTI [a] · NVNC DEGIS · IVNCTA · CORONAE
NVNC · HELICEN · PROPIVS · CERNIS · ET · ANDROMEDEN
ME · CRVCIAT · CONIVX · MISERVMQVE [b] · ABSVMIT · AMANTEM
[c] SEVVS · AMOR · NVLLIS · IGNIBVS · INFERIOR
NAMQVE [c] · SEV · REBVS · FVERIM [d] · DISTRICTVS · AGENDIS
SEV · DEDERIM · VACVO · LANGVIDA · MEMBRA · THORO
TV · MIHI · SEMPER · ADES · TVA · PRAESENS · SEMPER · [e] IMAGO
QVAE · MISERO · MOVEAT · FLEBILE · CORDOLIVM
IMPIA · CVR · TENEROS · O · MORS · DISIVNGIS [f] · AMANTES
QVOS · BENE · CONVENIENS · CONCILIAVIT · AMOR

a *Fleet. Aetheriae* b *Miſerum me* c *Namque ego* , d *fueram* e *Imago eſt* f *Diſtinguis*

1. In mulieribus nominum ratio inconſtans fuit ; nam aliquae uno tantum nomine appellatae , ut noſtra fortaſſe Julia , (ſi vere antiquus hic eſt foetus) itemque Sempronia , Terentia &c. aliquae duobus, ut Caecilia Metella, Paula Valeria &c. aliquae tribus , ut Publia Poſthumia Paula , Cocceja Nice Domitia &c. quod & apud viros in uſu fuit . Vid. Georgius Graevius in *praefat. ad II. vol. Antiq. Rom.* ubi evincit , non ſecus ac viros , feminas Romanas praenomen ſimul & cognomen uſurpaviſſe .

2. Puella apud veteres multifarie dicta eſt , *Sperata* , *Pacta* , *Sponſa* , *Conjugata* . Ultimo hoc ſenſu Julia puella dicitur ; quia fortaſſe paulo poſt nuptias extincta eſt , vel quia admodum adoleſcens . Romae enim puellae aetatis adhuc tenerae dabantur nuptui : ideo Plutarchus in Numa , poſtquam dixit puellas Spartanas ex Lycurgi lege adultiores nubere ſolitas , addit , *Romae contra duodecim annos , aut minus natas conjugio copulant* . De duodennibus vid. *Gruter. p.* 751. 752. 813. 815. De decennibus *Fabrett. IV. p.*325. *VIII. p.*596. Athenis quoque peradoleſcentulae in matrimonium elocabantur : ideo nec quinquennio minores , nec majores decennio puellae ad ſacra Brauronia admittebantur , ſicuti animadvertunt Harpocration , & Heſychius , uterque in voce Δεκατεύειν . Ad ea ſacra virgines, ut Dianae votum nuncuparent, ex tota Attica conve-

veniebant, & quidem amictae veſte crocea, teſte Ariſtophane *in Lyſiſtrat. v. 645.* & menſe Munychio, qui quaſi incidit in noſtrum Martium, auctore Libanio *Orat. XXXII. de Diana.*

X I V.

Romae in S. Mariae Aegyptiacae.

Murator. Theſ. Ant. Vol. III. p. 1264. 11.

MEIA . FVI . FELIX . SEPTEM . CIRCVMDATA . NATIS
DVM . VIXI . ADSTABAT . TVRBA . TENELLA . MIHI
VT . MIHI . GRATA . VICEM . NATORVM . TVRBA . REFERRET
HOC . MIHI . DE . PARIO . MARMORE . STRVXIT . OPVS
MANIBVS . ATQVE . MEIS . NATI . PIA . VOTA . DEDERE
PERSOLVERE . MEIS . MANIBVS . INFERIAS
POSTQVAM . NVLLA . MEI . SVPERI . VOS . CVRA . FATIGAT
NATORVM . MEMORES . ESTE . PRECOR . SVPERI

X V.

Hiſpelli in S. Mariae.

Murator. e ſchedis Abbatis Paſſerini p. 1736.

D . M
RESTITVTAE
HOC CASTAE IN TVMVLO IACET PARS MAGNA PVELLAE
ORBATI DOLOR INFELIX VTRIVSQVE PARENTIS
CONIVGIS AETERNVM LACRIMOSO CRIMEN AMORE
ET CITO DESECTAE SOBOLIS MISERABILE FATVM
1. DA QVICVNQVE LEGIS FLETVS ET PARCE SEPVLCRO

1. De florum ſparſionibus, & ſepulcrorum violatione ac poena dictum alibi: hic tantum noto, violationis multam aliquando in ſepulcris deſcriptam, ut in fine inſcr. apud Gruter. *Si . quis . infringere . vel . aperire . auſus . fuerit .* (ſepulcrum) *is . tum . inferet poenae nomine Reipub. ſolles mille .*

X V I.

In hortis Burgheſiis ad Pincium. *Fabrett. I. p. 64. n.* 1.

ΠΟΠΙΛΙΗϹ ΤΑΦΟϹ ΟΥΤΟϹ ΑΝΗΡ Δ' ΕΜΟϹ ΑΤΙΟΝ ΕΤΕΥΞΕΝ
ΩΚΕΑΝΟϹ ΠΑϹΗϹ ΕΜΠΕΡΑΜΟϹ ϹΟΦΙΗϹ
ΟΥΘΗΤΟΙ ΓΑΡ ΕΜΟΙ ΡΕΛΕΤΑΙ ΚΟΝΙϹ ΕΝΔ' ΑΧΕΡΟΝΤΙ
ΥΜΝΗϹΩ ΤΗΝ ϹΗΝΩ ΑΝΕΡ ΕΥϹΕΒΙΕΝ

ME-

ΜΕΜΝΕΟ Κ' ΕΝ ΖΩΟΙϹ ΕΜΕΘΕΝ ΚΑΙ ΠΟΛΛΑΚΙ ΤΥΜΒΩΙ
ϹΠΕΙϹΟΝ ΑΠΟ ΒΛΕΦΑΡΩΝ ΔΑΚΡΥ ΑΠΟΙΧΟΜΕΝΗΙ
ΚΑΙ ΛΕΓΕ ΠΟΠΙΛΙΗΝ ΕΥΔΕΙΝ ΑΝΕΡ ΟΥ ΘΕΜΙΤΟΝ ΓΑΡ
ΘΝΗϹΚΕΙΝ ΤΟΙϹ ΑΓΑΘΟΥϹ ΑΛΛ' ΥΠΝΟΝ ΗΔΥΝ ΕΧΕΙΝ
Ποπιλίης τάφος οὗτος ἀνὴρ δ' ἐμὸς αὐτὸν ἔτευξεν
Ὠκεανὸς, πάσης ἐμπέραμος σοφίης.
Οὔφητοι γὰρ ἐμοὶ πέλεται κόνις· ἐν δ' Ἀχέροντι
Ὑμνήσω τὴν σὴν ὦ ἄνερ εὐσεβίην·
Μέμνεο κ' ἐν ζώοις ἐμέθεν, καὶ πολλάκι τύμβῳ
Σπεῖσον ἀπὸ βλεφάρων δάκρυ ἀποιχομένῃ·
Καὶ λέγε Ποπιλίην εὕδειν ἄνερ, οὐ θεμιτὸν γὰρ
Θνήσκειν τοὺς ἀγαθοὺς, ἀλλ' ὕπνον ἡδὺν ἔχειν.

Sic ego vertebam.

Popiliae hic tumulus: mihi vir meus ille ſophia
Inclytus omnigena condidit Oceanus.
Sum levis ipſa cinis; tamen hic Acherontis ad undas
Laudabo inſignem te pietate virum.
Dum vivis, memor eſto mei, nec ſaepe jacenti
Non, rogo, libamen funde pias lacrimas.
Popiliam dormire puta; ſtata namque probis eſt
Dulcis & alta quies, at periiſſe nefas.

1. Neſcio, unde apud Fabrettum in mentem venerit, tertii verſus initium interpretari *Hujus enim cardo cinis meus*. An quod Apulejus *init. de mundo* terram appellat *cardinem*, circa quem caelum vertitur, ideo Popiliae cinis interpreti viſus eſt cardo Oceani, quia ille totus in luctu, tanquam fores in cardinibus, verteretur? nihil hujuſmodi in textu graeco.

XVII.

Fabrett. IX. pag. 612.

D. M.
Q. FABIO AVGVRINO
QVI VIX. ANN. V. M. VII. D. XI
ET CAREIAE SABINAE
CONIVGI RARISSIMAE
QVAE VIX. ANN. XXIIX. M. V. D. VII

Q. FA-

Q. FABIVS . AVGVRINVS . DE . SE
BENEMERITIS . FECIT
PER . HAEC . SEPVLCRA . PERQVE
QVOS . COLIS . MANES
HIS . PARCE . TVMVLIS . INGREDI
PEDEM . SAEPE
SIC . NVNQVAM . DOLEAS
ATQVE . TRISTE . SVSPIRES
QVANTVM . DOLORIS . TITVLVS
ISTE . TESTATVR

Gudius *p*.272. 1. habet in quinta lin. M. II. Et refert hunc titulum ad tempora Caracallae, qua de cauſa, ipſe noverit. Ceterum elegantiſſimi jambi praetereuntem orant, ne ſepulcrum laedat, eundemque avere jubent, ſicut loquacula & poſt mortem femina apud Fabrettum *III. p.* 121. *Havete*, inquit, *amici & amicae : boni Eutyche, & Oeconome, & Princeps, ago memoriae veſtrae gratias* B B, hoc eſt *boni boni*, ſive, ut Scaligero ad Grut. *p.* 284. placet, *bonis*, *bonis*, nimirum optimis, formula apud Grut. nota *p.* 935. *Amici Optimi Avete*.

XVIII.

Aſtigi in vico Petri Barbae. *Inſcr. Don. Cl. XII. p.* 399.

L. PETRONIVS . L. F. PRIMVS
HIC . SITVS . EST
VXOR . CARA . VIRO . MONV
MENTVM . FECIT . AMANTI
OPTARAM . IN . MANIBVS . CONIV
GIS . OCCIDERE
QVEM . QVIA . FATA . NIMIS . RAPVERVNT
TEMPORE . INIQVO
OSSIBVS . OPTO . TVIS
1. SIT . PIA . TERRA . LEVIS

1. Haec precandi formula ſaepe eſt in lapidibus per compendium exarata : ita in cujuſdam Lupercillae monumento in Perſii Trevii *Miſcell. p.* 118. P. I. S. H. S. E. S. T. T. L. *poni juſſit ſibi : hic ſitus eſt : ſit tibi terra levis*.

XIX.

XIX.

Roſin. Antiq. Rom. III. 3.

LAEVITIAE CONIVNX PETRONIA FORMA PVDORIS
HIS MEA DISCEDENS SEDIBVS OSSA LOCO
PARCITE VOS LACRIMIS DVLCES CVM CONIVGE NATAE
VIVENTEMQVE DEO CREDITE FLERE NEFAS

XX.

In quodam caſtro Peruſino. *Gud. p. 291.*

QVISQVIS . AMORE . VOLENS . SOLIDO . TRANQVILLVS . ET . ALTA
PACE . FRVI . MAIORA . FVGE . ET . NIMIS . ALTA . CAVETO
QVIN . ETIAM . VITARE . PAREM . LICET . OBSTREPAT . ERROR
PVBLICVS . ADMONEO . FIDVM . TIBI . IVNGE . MINORIS
PECTVS . VBI . OBSEQVIVM . PERNOX . HVMILESQ. VICISSIM
BLANDITIAE . DVLCISQ. TIMOR . RES . COGNITA . PAVCIS
ALTA . PETVNT . OMNES . VTINAM . MIHI . TALE . DEDISSEM
CONSILIVM . SED . COGIT . AMOR . PERQ. ARDVA . VINCTVM
LVCTANTEMQVE . RAPIT . VICTOR . FVIT . ILLE . DEORVM
MOLLIAQ. HERCVLEIS . APTAVIT . PENSA . LACERTIS
TV . CVI . LIBERTAS . SALVA . EST . TIBI . CONSVLE . EORVM

XXI.

In Varhel Tranſilvan. olim colon. Zarmiz.

Ex Gudio pag. 291.

D . M

HIC . PIETATIS . HONOS
HAEC . SVNT . PIA . DONA
MARITI . CVI . MVLTVM
DILECTA . FVI . EGO . MAR
CELLINA . PRO . MERITIS
ſic CERNIS . QVE . MICHI
SOLVS . CONIVNX
AELIVS . *ſic* COQVE . POST
OBITVM . MEMOR
AMORIS . DICAT

P XXII.

XXII.

In horto Paganorum ſub Caſerta.

Ald. Manut. Orthogr. pag. 311.

APOLLONIA . QVAE . VOCITABAR
LAPIDE . HOC . INCLVSA . QVIESCO
IPSO . MIHI . FLORE . IVVENTAE
RVPERVNT . FILA . SORORES
ANNOS . POST . DECEM . ET . OCTO
VETVERVNT . VISERE . LVMEN
VNVM . SORTITA . MARITVM
SERVAVI . CASTA . PVDOREM
MATER . MISERA . HOC . MONVM.
EXTRVXIT . OLYMPIAS . AMENS.
HAEC . SVNT . BENE . VIVE . VIATOR.

XXIII.

Romae apud Antonium Borionium.

1. BASSA VATIS QVAE LABERI CONIVGA HOC ALTO SINV
FRVGI MATRIS QVIESCIT MORIBVS PRISCIS NVRVS
2. ANIMVS SANCTVS CVM MARITO SI ANIMA CAELO REDDITA EST.

Fornice interjecto ſequitur.

PARATO HOSPITIO CARA IVNGVNT CORPORA
HAEC RVRSVM NOSTRAE SED PERPETVAE NVPTIAE
3. IN SPICA ET CASIA ET BENE DORA STACTA ET AMOMO
INDE ORO GRAMENVE NOVVM VEL FLOS ORIATVR
VNDE CORONEM AMENS ARAM CARMENQ. MEVM ET ME
4. PVRPVREO VARVM VITIS DEPICTA RACEMO
QVATTVOR AMPLEXA EST VLMOS DE PALMITE DVLCI
SCENALES FRONDES DETEXVNT HINC GEMINAM VMBRAM
ARBOREAM PROCERAM ET MOLLIS VINCLA MARITAE
5. HIC CORPVS VATIS LABERI NAM SPIRITVS IVIT
ILLVC VNDE ORTVS QVAERITE FONTEM ANIMAE
6. QVOD FVERAM NON SVM SED RVRSVS ERO QVOD NON SVM
ORTVS ET OCCASVS VITAQVE MORSQVE ITID. EST

1. Laberius celebris fuit poëta mimographus, Julio Caeſari carus, quem & annulo equeſtri donavit, & ludis ſuis produ-

duxit: ſed quum juſſiſſet ire ſeſſum, omnes equites ita ſe coarctarunt, ut venientem non reciperent. *Macrob. Saturn. II. Gell. II. 9. Senec. III. declamat.* 18.

2. De ethnicorum ſuperſtitione circa animarum, quae ſe mutuo in vivis amaverant, conjunctione in Elyſiis vid. *Diſſert. num. XVIII.*

3. DORA ideſt *odora*. Confer Perſium *Sat. I.* 38.

Nunc non e Manibus illis,
Nunc non e tumulo fortunataque favilla
Naſcentur violae?

4. VARVM pro *varium* ſeu varie *depicta vitis*.

5. Tametſi ex his verbis, & quae ſequuntur, hic titulus ad Chriſtianos pertinere videatur: tamen ara floribus coronanda *v.* 8., Caſtores in lateribus ſculpti, ſerpens in operculo ſigna ſunt Ethnicorum. De animarum e caelo lapſu, & ad caelum reditu vid. *Diſſ. II. num.* 18.

6. Vel reſurrectio, de qua Plato in Phaedone, & in Politico, vel Pythagorae metempſychoſis hic indicatur, quam Pythagoras in Aegypto aut didicit, aut altius animo infixit. Aegyptios enim id dogmatis admiſiſſe, animas poſt aliquot annorum millia ſuis corporibus reſtitutum iri, cum hiſtoriae pater teſtatur *in Euterpe*, tum copioſe docet Athanaſius Kircherius *in Oedipi Aegypt. Syntagm.* 13. *cap.* 2. *Vol. III.* Litterarum teſtimonia ſi deeſſent, rem ſatis indicarent ſepulcra ipſa, & planities illa a maximo mumiarum numero, qui adhuc ſupereſt, dicta *mumiarum campus*, de cujus ſitu, natura, & uſu teſtis oculatus prolixe ſcribit Bened. de Maillet *Deſcription del' Egypte pag.* 275. *ſeqq.* Metempſychoſis ergo, ut dicebam, in hoc verſu latet, niſi mavis Stoicorum opinionem, qui ſtatuebant corporum ad vitam reditum, unde Plinius Epicuri de grege porcus Democritum irridebat *H. N. VII.* 55. *Similis & de aſſervandis corporibus* (melle) *hominum eſt reviviſcendi promiſſa a Democrito vanitas, qui non revixit ipſe.* Vid. Clemens Alex. & Origen. apud Huetium *in Concordia Ration. & Fid. II.* 22.

X X I I I.

Epidauri in Illyria. *Gud. pag.* 247.

CONNVBII . DECVS . EGREGIVM . LVX . ALMA . PARENTVM
EXIMIVMQ. BONVM . CORPORIS . ATQ. ANIMI
INVIDIA . FATI . RAPITVR . VINCENTIA . FLORENS
ET . NVNC . ANTE . PATREM . CONDITVR . HELYONEM
QVIN . POTIVS . CORPVS . NAM . MENS . AETERNA . PROFECTO
PRO . MERITIS . POTITVR . SEDIBVS . ELYSIIS

X X I V.

Arelate de muro domus exſculpſit
Cl. Maffejus in Antiq. Gall. Epiſt. XV. p. 70.

DEBITA CONIVGIO APELLES PIA CARMINA SCRIBIT
QVAM RAPVIT MORS INIMICA VIRO
HAEC DEBENT MEMORES POSTREMA IN MORTE REFERRE
OB REQVIEM GRATAM QVAM PIA CVRA DICAT
CONIVGIS OFFICIVM TESTATVR CARMINE PARVO
EXTREMVMQVE TIBI REFERO MVNVS
DVLCIS CASTA VIRO REVEREN PIA CARA FIDELIS
TOT DAMNA AMISSA CONIVGE IVRE FLEO
TE LAPIS OBTESTOR LEVITER SVPER OSSA QVIESCAS
ET MEDIAE AETATI NE GRAVIS ESSE VELIS
SEX POMPEIVS APELLES CONIVGI INCOMP

Garrulus hic Apelles totus in conjugis laudibus occupatus, ejuſdem nomen reticuit, ſecundum verſum pede fraudavit, ſextum mancum edidit corruptumque. In ſecundo *v.* Cl. Jacobus Tollius, qui prior edidit inſcriptionem, addit MOESTO.

X X V.

Romae. *Ferrett. p.* 152.

LAOMEDON . GENVIT . RAPVIT . TIRYNTINVS HE . HEROS
MI . SOBOLES . AIAX . EX . TELAMONE . SATVS
TITIVS . FECIT

Exſculptum diſtichon ex ſtatua armati viri puellam rapientis, nempe Heſionem, quae alligata ſcopulo, quum ceti ingluviem timebat, ab Hercule liberata fingitur, & in uxorem Thelamoni data genuiſſe Ajacem. *Ovid. Metam. II.*

XXVI.

Digitized by Google

XXVI.

Romae. *Ex Inſcr. Donianis Gorii Cl. XII. p. 395. n. 15.*

D M

1. ANTONIAE L. F. MAVRAE

MARITAE . PIISSIMAE . DVLCISSIMAE

RARISSIMAE . TI. CLAVDIVS . SPERATVS . MARITVS

INFELICISSIMVS . V. A. XXXIII. D. XXXIX.

ITALA ME RAPVIT CRVDELI FVNERE T. LLVS

DVM FOVEO ASSIDVA SEDVLITATE VIRVM

2. IN FRONTE . P. V. IN AG. P. VIII.

1. Fabrettus *IV. pag. 299.* inemendatam habet hanc inſcriptionem, cui locum haec Claſſis praebet, quia etſi maritus libertus fuerit, Antoniam tamen L. Antonii filiam licet ſuſpicari fuiſſe ingenuam. De his matrimoniis ſermo erit in Diſſ. IX.

2. Quanquam *in fronte* latitudo, *in agro* longitudo, ex unanimi eruditorum conſenſu, deſignetur, utraque tamen ab agri frontiſque menſura diſtinguitur apud Vignolium *de Columin. Antonin. pag. 217.* ubi haec eſt clauſula *in agro* PEDES XIII. IN FR. PED. XI. LATVM PEDES XXI. LONGVM PEDES XII. In novo Theſ. Murator. *pag. 840. n. 7.* M. Percennii M. F. Ouſentina tribu, militis Praetoriani ſtatuae eſt ita inſcriptum ad latus dexterum H. M. LAT. ANTE PORT. PED. XII. A RETR. P. XV. ad laevum latus SACEL. IN . FRONTE . PEDES . VIII. IN AGR. PEDES XIS. nempe pedes XI. cum ſemiſſe.

XXVII.

Romae in hortis Mediceis. *Ferrett. p. 219.*

D . M

CLAVDIAE . LEPIDILLAE . EX . PROVINCIA . BELGICA

AMBIANAE . FECERVNT . LIBERI . EIVS . LEPIDVS . ET . TREBELLIVS

MATRI . OPTIMAE

1. HIC . MATRIS . CINERES . SOLA . SACRAVIMVS . ARA

2. QVAE . GENVIT . TELLVS . OSSA . TEGAT . TVMVLO

1. Sola ara cenotaphium exprimit, quo filiorum amor matrem honoravit, ejuſque cineres in patriam transferri juſſit.

2. Phraſim huic ſimilem Gruterus habet *p. 636. Mater*

Ge-

Genuit, *Mater Recepit*. Terra cum Diis Manibus conjuncta erat, ideo *Sveton. in Tib.* 77. pars, ait, Tiberium in Tyberim clamitabant, pars terram matrem, Deoſque Manes orabant, mortuo ſedem ullam, niſi inter impios, darent.

XXVIII.

Romae apud Martium Mileſium in tabula ornata coronide, & circumquaque myrtea corolla. *Inſcr. Donian. p.* 558. 24.

ΤΗΝ ΔΙΟϹ ΑΜΦΙΠΟΛΟΝ ΜΕ ΧΕΛΕΙΔΟΝΑ ΤΗΝ ΕΠΙ ΒΩΜΟΙϹ
1. ϹΠΕΝΔΕΙΝ ΑΘΑΝΑΤΟΝ ΓΡΙΙ ΤΝ ΕΠΙϹΤΑΜΕΝΑΝ
2. ΕΥΤΕΚΝΟΝ ΑϹΤΟΝΑΧΗΤΟΝ ΕΧΕΙ ΤΑΦΟϹ ΟΥΓΑΡΑ ΜΑΤΡΩϹ
ΔΗΙΜΟΝΕϹ ΗΜΕΤΕΡΗΝ ΕΒΑΕΠΟΝ ΕΥϹΕΒΙΗΝ
3. DJS MANIBVS CHELIDONIS SA
FLORIA CHELIDON I
VIXIT ANNIS LXXV
IN AGRO P. XIV. FR. P. XII.
H M H N S

Tetraſtichon ita reſtituit Cl. Hagenbuchius *Diatr. de Gr. Theſ. Murator. marm. p.* 24. *Tiguri edit.* 1747.

Τὴν Διὸς ἀμφίπολόν με Χελειδόνα, τὴν ἐπὶ βώμοις
Σπένδειν ἀθανάτων γρηῦν ἐπισταμένην,
Εὔτεκνον, ἀστονάχητον, ἔχει τάφος. Οὐ γὰρ ἀαμωερῶς
Δαίμονες ἡμετέρην ἔβλεπον εὐσεβίην.

Sic ego utcunque.

Sacra Tonantis erat quae myſta Chelidon, in aris
Libabatque Deûm & gnara litabat anus,
Poſt fauſtam hic ſobolem jacet haud gemebunda. Beatos
Non pietas potuit noſtra movere Deos.

1. Hagenbuchii critice emendantur Muratorius, & Leichius: hic enim *p.* 487. in *ſpecim. notar. & emendation ad Gr. Inſcr. a cel. Muratorio edit.* in 2. verſu ex ΤΡΙΙ ΤΝ facit γῆρυν, alludique exiſtimat ad Χελιδόνος vocem, ſive hirundinem, quando ſatis erat luxata jungere, ac reponere ΓΡΗΥΝ, ſive *anum* nempe mulierem annor. LXXV.

2. Muratorius *p.* 1450. *n.* 1. & Leichius pro ΑϹΤΟΝΑΧΗΤΟΝ dant, ille ΑϹΤΟΝΑΧΤΟΝ, hic ἀστονάχθον, vertuntque alter *aetate*

ple-

plenam, alter *lugentibus omnibus*. Rectius, ut ſolet, Hagenbuchius *loc. cit. pag.* 23. conſervat ἀστονάχητος, ου, ὁ, ἡ, id eſt *non gemens, non gemebundus*, cui nimirum *tranquilla & placata omnia fluunt*, idem ac ἀστένακτος, ut στενάζω & στοναχέω. In eadem linea Muratorius pro ΜΑΤΡΩϹ, ut in Gorii Doniano carmine, habet ΜΑΧΡΟϹ, ac jungens τάφος μακρὸς interpretatur *in hoc profundo tumulo*, itaque impoſuit Leichio Μάκρεις procudenti pro Μάκαρες.

3. Muratorius ut in penultima lin. tituli Latini de ſuo intrudit alteram IN ante FR. Donianum; ita in primo verſu poſt SA dat lacunae indicia, nec ſub A ponit I. Porro SA & I explicari omnino debent SACERDOTIS IOVIS, id manifeſte docentibus, quae praeeunt, Graecis verbis, ubi Chelidonem fuiſſe apparet ΤΗΝ ΔΙΟϹ ΑΜΦΙΠΟΛΟΝ. Vid. *Hagenbuch. loco citato p.* 26.

XXIX.

Tarracinae. *Fabrett. X. p.* 799. *n.* 209.

IMMITIS FERRO SECVIT MEA COLLA MARITVS
DVM PROPERO STRICTI SOLVERE VINCLA PEDIS
DIRVS ET ANTE THORVM NVPER QVO NVPTA COIVI
QVO CECIDIT NOSTRAE VIRGINITATIS HONOS
NON CVLPA MERVISSE PRAESENTIA NVMINA TESTOR
SED IACEO FATI SORTE PEREMPTA MEI
DISCITE AB EXEMPLO CRISPINAE DISCITE PATRES
NE NVBAT FATVO FILIA VESTRA VIRO

XXX.

Romae. *Ferrett. p.* 72.

1. INGRATAE . VENERI . SPONDEBAM . MVNERA . SVPPLEX
ERBPTA . CONIVX . VIRGINITATE . TIBI
PERSEPHONE . VOTIS . INVIDIT . PALLIDA . NOSTRIS
ET . PRAEMATVRO . FVNERE . TE . RAPVIT
2. SVPREMVM . VERSVS . MVNVS . DONAMVS . ET . ARAM
3. ET . GRATAM . SCVLPSIT . DOCTA . PEDANA . CHELYM
ME . NVNC . TORQVET . AMOR . TIBI . TRISTIS . CVRA . RECESSIT
4. LETHAEOQVE . IACES . CONDITA . SARCOPHAGO

1. In-

1. Intellige Venerem Cinxiam, de qua ſupra: fortaſſe hic potius ſermo ſpectat ad Venerem *Barbatam*, Romae cultam cum pectine & barba, ad quam matres confugiebant maſculae prolis deſiderio. Boxhornius *Quaeſt. Rom.* 27. Gellius *IV.* 3. & *XVII.* 21. nuptias quoque ab Ethnicis contractas docet *liberorum procreandorum cauſa*; & Meliſſus *ibid. XVIII. 6.* matronam eſſe dictam ait *a matris nomine non adepto jam, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendo*, unde & matrimonii vox. Senator Bonarrotius *Muſ. Carpin. tab. XXXII. p.*418. huc traducit Criſpinae Commodi uxoris numiſma, in quo Concordia maritalis innixa cernitur ſpei (futurae prolis), quam Plutarchus *Sympoſ. IV. quaeſt.* 4. omnium rerum humanarum ſuaviſſimum quoddam veluti condimentum nuncupat.

2. Arae in ſepulcris non raro, ut Gutherius putat *de Jur. Man. II.* 19., ſed frequenter occurrunt *Offerendaria* ab offerendo dictae, in quibus liba offerebantur, mittebanturque inferiae Manibus, ſicut indicant tria foramina in operculo urnae marmoreae capitolinae in primo conclavi.

3. *Pedana* Ferretius interpretatur Paeana, hymnum in Apollinis, aliorumque laudem. Rectius exiſtimaverim, poetriam fuiſſe aliquam, quae marito verſus dederit lapidi inſcribendos. Revera chelym hoc loco non pro muſico inſtrumento, ſed pro verſibus ſumendam apparet ex marmore, ubi nulla chelys inſculpta, ſed in lectulo conjuges accumbentes, tum aſtantes ad tripodem, coronae, candelabra accenſa, aviculae, & cycni. Ceterum *Pedana* originem trahit a *Pedâ*, quae veſtigium humanum ſignificat, unde vel docta manus, vel doctum veſtigium, ideſt ſculptura nobilis indicatur. Vid. *Lauremberg. Statig. pag.* 327.

4. Sarcophagus lapis Aſſius, quo corpora abſumi refert Plinius *II. 96.* & *XXXVI.* 17. *intra quadrageſimum diem exceptis dentibus*. Frequens illius apud Graecos uſus, eumque Latini pro ſepulcro uſurpant: Juvenal. *Sat. X.* 171.

Quum tamen a figulis munitam intraverit urbem,
Sarcophago contentus erit.

XXXI.

XXXI.

In Montebello.

T. TRVPPICVS . T. F. PAPIRIA T. F. TERTIA
CERNIS . VT . ORBA . MEIS . HOSPES . MONVMENTA . LOCAVI
ET . TRISTIS . SENIOR . NATOS . MISERANDA . REQVIRO
EXEMPLIS . REPERENDA . MEA . EST . DESERTA . SENECTVS
VT . STERILES . VERE . POSSINT . GAVDERE . MARITAE
T. TRVPICVS T. F. FECIT

Extat apud inſignem Marchionem Maffejum *Oſſervaz. letterar. Vol. VI. pag. ultima*. In lapide tria capita inſculpta ſunt, matris, ac duorum filiorum.

XXXII.

In Vaticano.

INNOCVVS APER ECCE IACES NON VIRGINIS IRA
NEC MELEAGER ATROX PERFODIT VISCERA FERRO
1. MORS TACITA OBREPSIT SVBITO FECITQ RVINAM
2. QVAE TIBI CRESCENTI RAPVIT IVVENILE FIGVRAM
3. T. STATILIO VOL APRO MENSORI
AEDIFICIOR. VIXIT ANN. XXX. M. VIII. D. XV
T. STATILIVS VOL. PROCVLVS
4. ACCENSVS VELATVS ET ARGENTARIA
EVTYCHIA PARENTES FILIO OPTVMO ET
ORCIVIAE ANTHIDI VXORI EIVS SIBIQVE ET SVIS
LIBERTIS LIBERTABVS POSTERISQ. EORVM

Exſcriptus titulus ex Opuſculo Praeſulis Michaëlis Mercati (*Conſideraz. ſopra il V. Avvertim. del Sig. Latino Latini*) qui hos verſus extitiſſe ait in pereleganti marmore in hortulo Simplicium, inſito paratoque ad commune bonum juſſu S. Pii V. P. M. Anaglypha continebant menſorem cum alato Cupidine, & torvo ſue ad cognomen ſignificandum, utrinque ad latera varia artis inſtrumenta, & inter cetera menſuram pedis antiqui in XVI. digitos diviſi, qualis eſt in Jul. Frontino *de Aquaeduct*. De menſoribus aedificiorum, qui fabros murarios a turpi quaeſtu abſterrebant, vid. *Plin. Epiſt. ad Trajan. X.* 20. Nuper de menſoribus docte ſcripſit P. Paciaudius.

1. Mortis genus tam hodie horrificum, ut nunquam alias. Nec enim, credo, ullo unquam tempore repentina mors, uti aetate hac noſtra, graſſata eſt.

2. IVVENILE pro *juvenilem* more veterum: Ennii fragmenta: *Virgine nam ſibi quiſque domos Romanu rapit ſua*

3. Michaël Mercat. legit *Volápro*, ſed dividendum eſt *Vol. Apro*, ut intelligatur *Voltinia* tribus. In lapidibus enim ſemper Tribus locum tenet medium inter nomen gentilitium, & cognomen: in quo errarunt Sertorius, & Begerus; ille *Monum. Patavin. p.* 77. AVR*elio* IVSTINO APIONI VET*erano* legit VE*turia* tribu: hic in *Spicileg. Antiq. Part. III. num.* 2. L. CORNE*lius* L. F. GAL*eria* CINNA interpretatur Lucium Cornelium Gallum Cinnam.

4. De accenſis vid. Salmaſius *Op. poſtumo de milit. Rom. XIV.* & *XV.* Erant pars militiae vltima, ac ne milites quidem, ſed extra numerum adſcripti, mortuis ſubrogandi. Alii, & quidem libertinae conditionis, erant conſulum, & magiſtratuum miniſterio addicti. *Cic. ad Q. Fr. I.* 1. Lipſius *Elect. I.* 23. Roſinus *Ant. Rom. VII.* 48. Accenſi Velati collegium & ſodalitium componebant ad ſacra pertinens, qui honor nonnunquam & libertis patuit, *Velatii* dicti, ſicut *Centonarii* a collegio centonariorum. *Fabrett. VI. p.* 433. *ſeq.*

XXXIII.

Muſ. Veron. p. 63. Tab. IV. fig. 9.

ΠΟΛΛΑ ΠΕΡΙΓΕΝΟΥΧΑΙΡΕ
ΛΙΚΙΝΝΙΑΧΑΙΡΕΛΙΚΙΝΝΙΑΕΛΕΝΗΧΑΙΡΕ
ΛΑΙΝΕΟΣΣΤΗΛΗΜΕΠΕΡΙΞΕΧΕΙΕΚΔΕΜΕ
ΠΑΣΤΩΝΝΥΜΦΗΝΚΑΙΧΘΑΛΑΜΩΝΗΡΠΑΣΑ
ΦΝΩΣΑΙΔΑΣΠΟΛΛΑΝΛΥΓΡΑΓΟΝΕΥΣΙΛΙ
ΠΩΝΜΝΗΜΗΙΑΤΕΚΝΟΥ

Πόλλα Περιγένου χαῖρε,
Λικιννία χαῖρε, Λικιννία Ἑλένη χαῖρε.
Λαΐνεος στήλή με πέριξ ἔχει ἐκ δὲ με παστῶν
Νύμφην κἀκθαλάμων ἥρπασ' ἄφνως Ἀΐδας
Πόλλαν, λυγρὰ γονεῦσι λιπὼν μνημήϊα τέκνυ.

Ita

Ita Cl. Maffejus diſtinguit Graecum, & latine vertit.

Polla Perigenis fil. *Vale*,
Licinia vale, *Licinia Helena vale*.
Marmoreus cippus me circumit, *eque cubili*
Sponſam, *atque ex thalamo rapuit me Pluto repente*
Pollam: *maeſta patri*, *& matri monumenta reliqui*.

Cl. Muratorius *Vol. III. p.* 1727. *n.* 9. diverſo linearum ordine, ſecus, ac in autographo, dat hunc lapidem, legitque in 2. verſu ΑΦΝΩ Γ, in 3. ΠΩΛΛΑΝ, additque in notis, juvenculae hujus nomen fuiſſe creditur Licinia Polla, adde, ſi vis, & Helena, ſed ab auctore fortaſſe hoc additum ad venuſtatem ſignificandam.

XXXIV.

Romae in atrio Baſilicae S. Mariae ad fontem Olei.

1. SI QVIS . FORTE VELIT TVMVLI COGNOSCERE FATVM .
ET QVORVM MAESTVS . CONTEGAT OSSA . LAPIS
ACCIPIAT PAVCIS . NE SIT MORA . LONGIOR AEQVO .
SI TVMVLVS . TENEAT QVEM VOCAT IPSA VIA .
HIC SITVS EST ANNIS PLENVS . VITAQVE BEATVS .
2. ET LAETVS OMNI MORE RHODANTHION
NEC SIT MIRVM QVOD COMIS QVOD DVLCIS AMOENVS .
IN VITA . FVERIT . NOMINE . FLORIS ERAT .
HVNC CONIVNX TALEM NIMIO . DILEXIT . AMORE
3. INQVE . DIEM VITAE VNA . FIDE . COLVIT .
ET *ſic* POSQVAM FATIS . MORIENTIA . LVMINA . SOLVIT
SVPREMVMQVE . SVIS . REDDIDIT OBSEQVIVM
4. INVITA HOC MVNVS . CONIVNX VICTORIA FECIT .
QVODQVE VIRVM VICIT AEGRA DOLORE FVIT
SED QVONIAM FATIS . NVLLI EST . OBSTARE POTESTAS .
QVIN TENEANT . CVRSVM QVEM STATVERE . SEMEL .
QVOD SOLVM LICVIT CONIVNX . FIDISSIMA FECIT .
POST ILLVM NVLLI . FAS . VIOLARE . TOROS
SERVATAMQVE DIV VITAM . HABITAMQVE . PVDICE .
POST MORTIS CASVM PERTVLIT AD TVMVLVM .
NAMQVE SIMVL POSITA EST . FATOQVE . TENETVR . EODEM .
QVODQVE MODO POTVIT MORTE SECVTA VIRVM .

Digitized by Google

HAEC . EST SANCTA FIDES . HAEC SVNT FELICIA VOTA .
AMPLEXVS VITAE I REDDERE POST OBITVM
FORTVNATI AMBO . SI QVA EST EA GLORIA MORTIS .
QVOS IVNGIT TVMVLVS . IVNXERAT VT THALAMVS .

1. Jo. Marangonius, qui hunc lapidem nactus eſt in via Salaria prope vineam, vulgo *della Bandiera*, edidit in *Append. poſt notas ad Acta S. Victorini an.* 1740. exiſtimavit ad reipub. tempora pertinere. Commendator Victorius eodem, quo repertus fuit, anno 1739. lapidem prodidit *Diſſ. Glyptogr. p.* 115., ejuſque antiquitatem tuetur ex ipſa ſcribendi ratione. Re vera litterae optime ſculptae ſunt: interpunctiones, ſeu puncta ipſa formam referunt triangularem: L parum diſtat ab I: tum A caret plerunque linea tranſverſali inſtar lamdae Graecorum, de qua ſcribendi ratione vid. Maurus Terentianus *de Syllabis*: item O habet formam C more vetuſto, antequam Spur. Carbilius litteram G reliquis adjeciſſet. Vid. *Plutarc. in Q. R.*, *Iſidor. Origin. l.* 26. *Auſon. de monoſyll. Graec. & Lat. v.* 1134. *Raderus Fornerius l. Rer. Quotidian.* 15. *Herman. Hug. de prima ſcrib. orig.* 1. 4. 7. *& alii*. Contra Muratorius *Vol. III. Theſ. Ant. p.* 1737. in verſu 12. legit SVPREMISQVE, in 22. QVOQVE ſic certe intelligendum, ſed lapis habet *quodque*: in ultimo IVNXIT pro *jungit*, atque hoc monumentum traducit ad tria prima ſecula aetae Chriſtianae, quibus temporibus Victoriae nomen fuiſſe in uſu multa teſtantur apud Gruterum marmora. Confer *Append. ad Vaillant. Vol. III. numiſm. Imp. Rom. Praeſt. p.* 14. edit. Romae 1743. Sed conjectura nominis, ut monumenti aetas conjiciatur, mihi tanti non eſt, quanti cinabarum, quo complures obductae litterae cernebantur. Cinabari enim, & minii in lapidibus frequens fuit apud Chriſtianos uſus. An ergo Chriſtianorum lapidibus hunc adſcribendum putem? Quo minus id faciam, impedimento eſt, inſcriptionis ſententia tota, & vox Fati ſaepiſſime repetita, quam etſi Chriſtiani veteres identidem uſurparint, nunquam tamen hoc modo. Vid. *Fabrett. Ant. Inſcr. p.* 112. *num.* 276. Commendator Victorius *Diſſ. Philologic. pag.* 7. *ſeqq.*

2. Mar-

Digitized by Google

2. Marchio Maffejus *Muſ. Veron. p.* 174. a nomine Ῥόδανθος non Rhodanthion, ſed Rhodanthidion incidi debuiſſe notat. Mazochius *de Aſcia pag.* 130. Rhodanthirion italice idem ait eſſe, ac *Fior di roſa*. Martialis a nominis etymologia *IX.* 12. ſic laudat Earion Domitiani puerum:

Nomen cum violis, roſiſque natum,
Quo pars optima nuncupatur anni:
Nomen nobile, molle, delicatum.
Dicant Earinon tamen poetae,
Sed Graeci, quibus eſt nihil negatum.

3. De proſodia, & interpunctione nil mirum occurret, ſi legas, quod Cicero *in Oratore* animadvertit de poetis vetuſtiſſimis, ac etiam aetatis ſuae.

4. Illuſtris prae ceteris Victoria fuit Victorini mater, tanta apud exercitum auctoritate, ut a militibus & mater caſtrorum appellata, & ea ſuadente Victorinus conſecratus fuerit. Poſt filii ac nepotis mortem, quos ipſa voluit, imperatores ab exercitu renunciari juſſit. Vide *Pollion. & Vaillant. loc. cit.*

5. Idem Mazochius *loc. cit.* & *Comment. de titul. Amphit. p.* 153. *col.* 1. citra dubium exiſtimat I poſitam pro *ei*. Nam *im* Plautus uſurpat in *fragm*: *Boni im miſerantur, illum irrident mali*: *Macrob. Saturn. I.* 4. *ſi nox furtum factum ſit, ſi im aliquis occiſit, jure caeſus eſto.* Plautus quoque in *Mil. I.* 1. habet *ibus* pro *iis*: *ibus dinumerem ſtipendium*. Olim ergo erat pronomen is, gen. is, dat. i, accuſ. im, abl. i. Vid. plura *loc. cit.*

XXXV.

Romae inventus lapis extra portam Salariam.

ΔΟΙωCΙΠΠΟΜΕΔΟΝΤΑCΟΜΑΧΘωΝΑΔΕΚΑΛΥΠΤΗΙ
ΠΑΙΔΑΤΕΚΑΙΓΕΝΕΤΑΝΑΜΦωΑΠΟΦΘΙΜΕΝωC
ΠΑΙΔΑΜΕΝΕCΛΙΑΝΕCΙΟΝΤωΝΧΗΡΑΤΕΘΕΝΤΑ
ΔΕΞΙΑΔ'ΑΝΔΕΤΑΦΗΓΗΡΑΟCΙΠΠΟΜΕΔωΝ
ΑΜΦΟΤΕΡΟΙCΔΕΠΕΘΗΚΕΧΤΤΑΝΚΟΝΙΝΙΠΠΟΔΑΜΕΙΑ
ΜΑΤΗΡΠΟΙΚΙΛΙωΕΚΓΟΝωΑΜΦΟΤΕΡωΝ

OCΦΙ-

ΟϹΦΙϹΙΤωϹΔΕΤΑΦωϹΕΝΕωϹΑΤΟΤΕΙΧΙϹΕΔ'ΑΙΔΑΝ
ΠΑΠΠωΙΚΑΙΘΕΙωΙΛΟΙϹΘΟΤΑΤΑϹΧΑΡΙΤΑϹ

Δοιὼς Ἱππομέδοντας ὁμόχθων ἄδη καλύπτη
Παῖδά τε, καὶ γηρέταν ἄμφω ἀποφθιμένως·
Παῖδα μὲν ἐς λαιὰν ἐσιόντων χῆρα τεθέντα,
Δεξιάδαν δ' ἐτάφη γηραιὸς Ἱππομέδων.
Ἀμφοτέροις δ' ἐπέθηκε χυτὰν κόνιν Ἱπποδάμεια
Μάτηρ, ποικιλίῳ ἐκγόνω ἀμφοτέρων.
Ὁ σφίσι τωσδὲ τάφως ἐσσάσατο, τείχισε δ' Ἀΐδαν
Πάππῳ, καὶ Θείῳ λοισθοτάτας χάριτας.

Interpretis nomen contractum litteris I. S. Fabrettus *Antiq. Inſcr. IV. n.* 216. legit, *Jacobus Sirmondus*.

Haec una geminos tellus tegit Hippomedontas,
Natum, & patrem, ambos morte obita exanimes.
Filius ingreſſis manus eſt qua laeva locatus,
Ad dextram ſenior conditus Hippomedon.
At terram ambobus ſuperintulit Hippodamia.
Agnati amborum Poecilii genitrix,
Haec illis qui buſta novat conditque ſepulcra;
Matri, fratri, & avo dona ſuprema dicans.

Magis emendatam, quam Fabrettus *loc. cit.* & Muratorius *p.* 1464. habet hanc inſcriptionem in ſuis adverſariis, quorum mihi copiam benigne fecit, P. Paul. M. Paciaudius Cler. Reg. inter ſacros Theatini Ordinis Oratores, & Philologos noſtri temporis commendatiſſimos doctorum judicio omnium annumeratus, cujus gratiam mihi nuper conciliavit Marchio Pompejus Frangepanius, eximiae doctrinae vir, & ſingularis humanitatis. Notat vero Paciaudius, hujus tituli & Dialectum eſſe Doricam, & haec eſſe obſervanda: in primo verſu δοιὼς pro δοιοὺς, ὁμὰ pro ὁμοῦ, ἄδη pro ἤδη, καλύπτη pro καλύπτει: in 2. γηρέταν pro γηρέταιν, ἀποφθιμένως pro ἀποφθιμένους: In 3. χῆρα pro χεῖρα: in 4. δεξιάδαν pro δεξιάδην: in 5. χυτὰν pro χυτὴν: in 6. μάτηρ pro μήτηρ, ποικιλίῳ ἐκγόνω pro ποικιλίου ἐκγόνου: in 7. τωσδὲ τάφως pro τούσδε τάφους.

XXXVI.

XXXVI.

Catanae in Palatio Senatorum. *Murator. pag.* 1736. *n.* 7.

ΤΥΜΒΟΝ ΟΡ.Σ Π.ΡΟΔΕΙΤΑ . . ΡΙΚΛΕΙΤΗΣ
ΡΟΔΟΓΟΥΝΗΣ ΗΝ ΚΤΑΝΕΝ ΟΥΧ ΟΣΙΩ
1. ΛΑΕΣΙ ΛΕΙΝΟΣ ΑΝΗΡ ΚΛΑΥΣΕ ΔΕ ΚΑΙ ΤΑΡ
2. ΧΥΣΕΑ ΒΙΑΝΙ.Σ ΗΝ ΠΑΡΑΚΟΙΤΙΝ ΚΑΙ
ΒΑΙΗΝ ΣΤΗΛΗ ΤΗΝΔ ΑΠΕΔΩΚΕ ΧΑΡΙΝ
ΟΝΟΜΑ ΤΟ ΠΡΙΝ ΜΕ ΠΑΣ ΕΚΛΗΣΕΝ
3. φ ΕΠΑΓΑΘΩ φ
4. ΝΥΝ ΔΕ ΡΟΔΟΓΟΥΝΗΙ Η ΒΑΣΙΛΙΔΟΣ
ΤΟ ΕΠωΝΥΜΟΝ

Leichius Lipſienſis *loc. cit. p.* 498. ita diſtinguit emendatque tetraſtichon.

Τύμβον ὁρᾷς, παροδῖτα, ἀεικλειτῆς Ῥοδογύνης,
Ἣν κτάνεν οὐχ' ὁσίως λάεσι δεινὸς ἀνήρ.
Κλαῦσε δέ καὶ τάρχυσ' Ἀβιάνιος ἣν παράκοιτιν,
Καὶ βαιὴν στήλην τήνδ' ἀπέδωκε χάριν.

Senarios, ſive jambicos trimetros diſtinguit Hagenbuchius.

Ὄνομα τὸ πρὶν, με πᾶς ἔκλησεν Ἐπαγαθῷ·
Νῦν δὲ Ῥοδογύνη Βασιλίδος τὸ ἐπώνυμον.

Sic ego vertebam.

Nobilis ad tumulum Rhodogunae, ſiſte viator,
Improbe quam ſaxis abſtulit atra manus.
Juſta ſed uxoris dat flens Avienius, iſto
Munus & in cippo dedicat exiguum.
Nominis hoc ante dabant cuncti Epagatho:
Moxque Rhodogunen Baſilidis vocaverant.

1. ΛΑΕΣΙ vox eſt praeterita, quaſi monſtrum, a Muratorio, & Leichio. Hagenbuchius nuſquam non acute cernens *p.* 35. *cit. Diatr.* recognoſcit in hac voce dativum a λᾶας, ſive λᾶς *lapis*, vel *ſaxum*, citatque Homerum *Iliad.* Ω. *v.* 798. Poſt vocem λάεσι Leichius emendat δεινὸς, Muratorius conſervat ΛΕΙΝΟΣ, vertitque latine *Linus* nomen mariti, quem facit uxoris interfectorem. Praeterea in fine hujus lin. poſt ΤΑΡ dat fractum marmor; ſed nihil deſideratur.

2. Ha-

2. Hagenbuchius *loc. cit. pag.* 36. legendum putat ΤΑΡΧΥ-CEA ΛΙΒΑΝΙΟC, ita ut Libanius ſit mariti nomen, non Avianius, ac verſus reddi latine debeat,

Solvit at uxori flens juſta Libanius, iſto.

3. ΕΠΑΓΑΘΩ Leichius vertit *Exagatho*. Non illius hanc culpam arbitror, ſed operarum.

4. ΡΟΔΟΓΟΥΝΗΝ ΒΑCΙΛΙΔΟC ΤΟ ΕΠΩΝΥΜΟΝ Leichio eſt credita *Rhodaguna Baſilidis filia*; ſed quia quum duntaxat Epagatho dicebatur, filia tamen erat Baſilidis, ideo res ita interpretanda eſt, ut, quae prius Epagatho vocabatur, deinde dicta fuerit *Rhodoguna*, adjecto inſuper cognomento, ſive ſigno (utrumque ſcilicet in lapidibus idem eſt) *Baſilidis*. Vid. Hagenbuchius *pag.* 41. *ſeqq.* Sicula haec vero mulier cognomento ΒΑCΙΛΙC vel ΒΑCΙΛΙΔΟC an rectam Leichio *in curis ſecundis p.* 49. 50. & 90. ſuſpicandi anſam dederit, forte eandem fuiſſe, ac Rhodogunen Arſacis Parthorum regis filiam, eruditi viderint. Certe Rhodogunen reginam graviſſime conflictatam novimus, quem autem vitae exitum poſt mariti caedem ſortita ſit, ignoramus. Quod per vim haec mulier e vivis ſublata fuerit, in eam ſuſpicionem incidit Hagenbuchius *Epiſt. Epigr. pag.* 420. *ſeqq.* ideo fortaſſe reginam dici, quia ab Orco rapta ſit, ut Περσεφόνη βασιλίδι adſimilaretur. De Orci rapinis *Inſcr.* 33. & incidet ſermo inferius.

XXXVII

Romae in aedibus Barberinis.

Fabrett. Ant. Inſcr. X. pag. 733. *n.* 453.

ΜΑΡΚΕΛΛΗΣ ΤΑΦΟΣ Ε.ΜΙ ΤΙΣ ΑΥΤΗ ΓΡΑΜΜΑΤΑ ΛΕΞΕΙ
ΑΡΤΙΓΑΜΟΣ ΚΟΥΡΗ ΕΙΚΟΣΙΝ ΟΥΣΑΕΤΕΩΝ
ΑΥΤΗΓΕΝΝΗΣΑΣΑ ΚΑΙ ΚΗΔΕΥΣΑΣΑ ΕΠΕΓΡΑΨΑ
ΑΧΘΟΣ ΕΧΟΥΣΑ ΚΡΑΔΙΗΣ ΠΕΝΘΕΟΣ ΟΥΚΟΛΙΓΟΥ

Μαρκέλλης τάφος εἰμὶ τίς αὐτὴ γράμματα λέξει
Ἀρτίγαμος κούρη εἴκοσιν οὖσ᾽ ἐτέων.
Αὐτὴ γεννήσασα καὶ κηδεύσασα ἐπέγραψα
Ἄχθος ἔχουσα κραδίης πένθεος οὐκ ὀλίγου.

Sic

Sic ego metrice.

Marcellae hic tumulus. Quaenam? lapis ipſe docebit:
Anno bis decimo nupta puella recens.
Quae genui atque alui, titulum gemebunda paravi,
Angorem haud modici corde doloris habens.

Muratorius p. 1707. 3. hunc titulum ita interpretatur, *Marcellae ſum tumulus: quicunque has litteras inſpecturus es. Nuper nupta puella viginti annos* (nata) *ipſa in partu ſibi ſepulcrum paravit*: tum addit, *reliqua uti vitiata non attingo*.

XXXVIII.

Burdigalae. *Gruter. pag.* 811. *n.* 1.

ΛΕΨΑΝΑ ΛΟΥΚΙΛΛΗϹ ΔΙΔΥΜΑΤΟΚΟΥ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΕ
1. ΗϹ ΜΕΜΕΡΙϹΙΟ ΒΡΕΦΗ ΖΩΟΝ ΠΑΤΡΙ ΘΑΤΕΡΟΝΑΥΤΗ

Λέψανα Λυκίλλης διδυματόκου ἐνθάδε κεῖται
Ἧς μεμέριστο βρέφη, ζῶον πατρὶ, θάτερον αὐτῇ

Sic vertit Vinctus.

Oſſa gemelliferae Lucillae hic ſunt ſita, cujus
Secta fuit proles vivens patri, ac altera matri.

XXXIX.

In Aragonia: *Murator. p.* 1428. 1. *In anteriore facie.*

SERVAVI THALAMVM GENIO DVLCISSIME CONIVX
SERVANDVS NVNC EST PRO THALAMO TVMVLVS

In altera facie.

ORNASTI ET MANES LACRIMIS MISERABILIS VXOR
HAVD OPTARE ALIAS FAS ERAT INFERIAS

XL.

Non longe a Zugar. *Ex Muſ. Veronenſi pag.* 467.

DETRAHE SERTA COMIS ET AMORVM OPLITA TVORVM
TRISTIS INOPS PVLLA VESTE THALIA VENI
NON MANVS IDALIA LASCIVIAT IMPROBA VIRGA
NEC FLVAT ANTE TVOS LVCIDA PALLA PEDES
IVLIVS HAEC FECI MELLITVS QVI VOCOR OLIM
CVPITO PATRI MATRI ET IVSTA MEAE
DEPOSVI CONIVGEMQVE MEAM MIHI IVNCTA ROGATAM
VT SIT IN AETERNVM CONDITA FAMA LOCI

In alio latere arcae marmoreae.

VIXIMVS AD RATVM PIETATEM IMPLEVIMVS AMBO
PRAESTITIMVS SOBOLEM FEMINEAM DVPLICEM
VOS QVOQVE QVI LEGITIS VERSVS ET FACTA PROBATIS
DISCITE SIC VESTROS MERITO SANCIRE PARENTES
HOS VT EGO PIVS EXCOLEREM TITVLOQVE RELINQVAM
VIVOS VT EGO FACEREM FATA DEDERE MIHI
IVLIVS HOC PETO NVNC A TE DOMINATOR AVERNI
CVM MORIAR IACEANT OSSA QVIETA MIHI

Primi 4. verſus neſcio quid el gantius pollicebantur. In 6. v. diviſam habes I ab V in voce IVSTA: in 7. *juncta* pro *junctam* detracta *m*; in 14. eliſam s in *vivos*, quod ſaepe alias annotavimus, ſicut *vivos* pro *vivus*, aut *vivu*.

XLI.

In Agro Florentino.

Gorius Inſcr. Antiq. Etruriae Part. I. pag. 444.

D. M. V. F
Q. VIBIVS . L. F. SCA
MAXIMVS . SMINTIVS
AERARIVS . SEX VIR
SIBI . ET . MEMINIAE . Q. F
MAXIMAE . VXORI . DVLCISSIM
ET . Q. VIBIO . Q. F. VERO . F. ET . L. FRATRI . SVO
HIC . LAPIS . ET . TVTAMEN . ERIT . POST . MORTE . SEPVLCR
ET . DABIT . INDICIVM . OBITOS . HIC . ESSE . SEPVLTOS
SI . TAMEN . AD . MANES . CREDIMVS . ESSE . ALIQVID
VIVERE . QVOD . PRODEST . NISI . SI . POST . MORTE . CAVEMVS
NOMEN . FAMA . VOLAT . TANTVM . CORPVSQVE . CREMATVR
AETERNAMQVE . DOMVM . PETIMVS . ET . FINE . LABORVM
1. DVM . LEGIS . HOC . DISCE . PONERE . ET . IPSE . TIBI.

In Abbatia Monachorum Valliſumbr. extat hic lapis ornatus fabrilibus inſtrumentis, incudine, malleis, forcipibus, feris, & clave. Dat ex Gorio hunc titulum Muratorius *Vol. II. pag.* 756. ſed habet omnes litteras aequales.

1. Haec concluſio favet interpretationi, quam dedimus in *I. Vol.*

Digitized by Google

I. Vol. pag. 228. ad Canuleji cippum, cujus ad angulos inſcriptum erat. ET. TIBI. ET. TV.

XLII.

Tarraconae. *Murator. pag.* 1428. *n.* 3.

fractum marmor MENS IIII
MANES SI SAPERENT MISERAM ME
ADDVCERENT CONIVGEM
VIVERE TE IAM QVO ME
LVCEM IAM NOLO VIDERE
DVLCEM CARVI LVCEM CVM TE
AMISI *ſic* AEGO CONIVNX HAS TIBI
FVNDO DOLENS LACRIMAS DVLCI
SSIME CONIVX *ſic* LACRIME SI PRO
1. SVNT VISIS TE OSTENDE VIDERI
HAEC TIBI SOLA DOMVS SEMPER
IN PERPETVO VALE MI CARISSIME
CONIVX

1. Hinc liquet, tam vera olim, quam inſana fuiſſe uxorum vota, de quibus in praeeunte *Diſſ. num. XXV.* Obſervatione hoc dignum, quod CONIVNX femina, vir CONIVX dicitur.

XLIII.

Inventa primo lapide ab urbe Sour.

Muſ. Veron. pag. 269.

VIBIA. PHRYNE. VIXIT. TER. SENOS. ANNOS
CARA. MEIS. VIXSI. SVBITA. FATALE. RAPINA
FLORENTEM. VITA. SVSTVLIT. ATRA. DIES
HOC. TVMVLO. NVNC. SVM. CINERES. SIMVL. NAMQ. SACRATI
PER. MATREM. CARAM. SVNT. POSITIQVE. MEI
QVOS. PIVS. SAEPE. COLIT. FRATERQ. CONIVNXQ. PVELLAE
ATQVE. OBITVM. NOSTRVM. FLETIBVS. VSQVE. FLVVNT
DI. MANES. ME. VNAM. RETINETE. VT. VIVERE. POSSINT
QVOS. SEMPER. COLVI. VIVA. LIBENTE. ANIMO
VT. SINT. QVI. CINERES. NOSTRIS. BENE. FLORIBV. SERTIS
SAEPE. ORNENT. DICAT. SIT. MIHI. TERRA. LEVIS

X L I V.

Romae in vinea Patrum Soc. Jeſu ad S. Sabinam

Ex Montfaucon. Diar. Ital. pag. 164.

1. ΤΟΝ ΣΟΦΙΗΣ ΠΡΟΥΧΟΝΤΑ ΚΑΙ ΕΥΤΕΚΝΙΗΣ ΑΡΟΤΗΡΑ
2. ΤΟΝ ΠΑΤΕΡ' ΗΜΕΤΕΡΟΝ ΠΟΜΟΙΣΙ ΧΡΟΝΟΙΣ ΓΕΓΑΩΤΑ
3. ΤΟΝ ΤΡΙΣ ΑΡΙΣΤΕΥΣΑΝΤΑ ΣΥΝ ΕΝΤΕΙΜΟΙΣΙ ΦΙΛΟΙΣΙ
ΕΥΤΟΝΙΟΙ ΠΑΙΔΕΣ ΠΑΤΕΡ' ΕΥΤΟΝΙΟΝ ΤΕΘΝΕΩΤΑ
4. τὸ ΠΟΛΛΑΚΙΣ ΥΜΝΗΣΩΜΕΝ ΕΝ ΑΙΣΤΗΛΑΙΣΙ ΓΡΑΦΕΝΤΑ

Τὸν σοφίης προὔχοντα, καὶ εὐτεκνίης ἀροτῆρα
Τὸν πάτερ' ἡμέτερον πολλοῖσι χρόνοις γεγαῶτα,
Τὸν τρὶς ἀριστεύσαντα σὺν ἐντείμοισι φίλοισι
Εὐτονίοι παῖδες πάτερ' Εὐτονίον τεθνεῶτα
Πολλάκις ὑμνήσωμεν ταῖς στήλαισι γραφέντα.
vel Πολλάκις ὑμνήσωμεν ἐν στήλαισι γραφέντα.

Sic ego reddebam verſus e graecis malis latinos peſſimos.

Praeſtantem ſophiaque virum, ſoboliſque ſatorem
Egregiae, noſtrum longaeva aetate parentem,
Ter meritiſque gravem patriae cum laudis amicis
Eutonium Eutonii, male grata haud pignora, ademtum
Inſcriptum in cippo ſemper celebrabimus iſto.

1. Murator. *Cl. IX. pag.* 628. 2. pro ΕΥΤΕΚΝΙΗΣ dat ΕΥΓΕΚΝΙΗΣ.

2. Montfaucon. emendat in margine τείμοισι pro ΠΟΜΟΙΣΙ, Muratorius lectionem marginalem in textum recipit. Hagenbuchius *in Epiſt. Epigr. pag.* 563. emendat πλλοῖσι.

3. Muratorius perperam 3. *v.* interpretatur, *qui ter victoriam* & praemium *retulit cum honorabilibus amicis*.

4. Scite Montfauconius in margine adpinxit τὸ *ſic* ob ΑΙΣΤΗΛΑΙΣΙ. Hagenbuchius *pag.* 564. demit geminatum ΕΝ, & addit litteram initialem Τ, legitque ΤΑΙΣ ΣΤΗΛΑΙΣΙ. In lapide deeſt Σ in ταῖς, quia Σ initialis στήλαισι eſt littera quoque finalis ταῖς, quod in lapidibus uſitatum aeque graecis, ac latinis. Vid. Maffejus *Ant. Gall. pag.* 5. Quod ſi pervelis retineri praepoſitionem ΕΝ, expunge cum Hagenbuchio primum elementum ex ΑΙΣΤΗΛΑΙΣΙ.

X L V.

Digitized by Google

XLV.

Auguſtae Taurinorum in Regia Academia.

Murator. p. 1415. 10.

V F

L. VALERIVS

SEVERINVS

GAVIAE . M. F. INGEN

CONIVGI SANCTAE

AC PIISSIMAE . VIXIT

ANNIS XXIIII

DIES XXIIII

CASTA . PVDICA . DECENS

SAPIENS . GENEROSA . PROBATA

XLVI.

Apud Calarim in crypta Herculis . *Murator.* 1638. *n.* 4.

In fronte.

OROO MEMORIAE ATILIAE L. F. POMPTILLAE BENEDICTAE M. S. P

In medio.

D M

ATILIAE L. F. POMPTILLAE . . . MA . . M. . . . IMRIE

ASSIOTILLA . . . TAA . . . . PTINTIIS . . . . SANCTIS

L. ATILIVS FELIX . . . . ET . . . . . IEV

IVSTILVS . . . . III . . . . . IPSO . . . . .

In dextro latere extat Inſcr. Graeca, ſed corroſa.

ΕΙΣΙ ΑΤΟΧΝΟΜ . . . ΙΠΛΑΑ . . . ΑΙ . . ΚΡΙΝ . Β. Α. . . Τ. ΕΙΣΕΙΕΝΤ

VRBIS ALVMNA GRAVES CASVS HVCVSQVE SECVTA

CONIVGIS INFELIX ATILIA CVRA PHILIPPI

HIC SITA SVM MANIBVS GRATIS SACRATA MARITI

PRO CVIVS VITA VITAM PENSARE PRECANTI

INDVLSERE DII NE CESSET FAMA MEREMVR

QVOD CREDIS TEMPLVM QVOD FORTE VIATOR ADORAS

POMPTILLAE CINERES OSSAQVE PARVA TEGIT

SARDOA TELLVRE PREMOR COMITATA MARITVM

PROQVE VIRO FAMA EST ME VOLVISSE MORI

In

Digitized by Google

In latere ſiniſtro.

HIC POMPTILLA IACET CINERI CONIVNCTA PHILIPPI
CONIVGIS HILARIS INCLVDI . . . . AD VOTVM
QVAE FECIT AD . . . MEMINE . . . . ARGVMENTVM
IVNONIS SEDES INFERNAE CERNITE CVNCTI
NVMINE MVTATO FVLGET POMPTILLA PER AEVVM

VNVM ET VIGINTI BIS IVNCTI VIXIMVS ANNOS
VNA FIDES NOBIS GAVDIA MVLTA DEDIT
ET PRIOR AD LECTVM CVM SIM POMPTILLA RECEPTA
. TEMPORE TV DIXI VIVE PHILIPPE MEO
NVNC AETERNA QVIES DITISQVE SILENTIA MESTA Ec
HANC STATVERE MIHI PRO PIETATE DOMVM

LANGVENTEM TRISTIS DVM FLET POMPTILLA MARITVM
VOLVIT PRO VITA CONIVGIS IPSA MORI
PROTINVS IN PLACIDAM DELAEI VISA QVIETEM
OCCIDIT O CELERES IN MALA VOTA DEI
HAS AVDITE PRECES VITAM SERVARE MARITO
VT PEREAT VITA DVLCIOR ILLA MIHI
ΕΣΤΡΑΨΕΝ ΜΟΙΡΟΝ ΜΙΑΝ . . . .
ΑΙΣΙΔΙΑΕΣ ΤΥΧΑΙΣ . . . . . .
ΗΕΡΙΤΟ . . . .

X L V I I.

Ferrett. Muſ. Lapid. p. 305.

SEMICAPRI . QVICVNQVE . SVBIS . SACRARIA . FAVNI
HAEC . LEGE . ROMANA . VERBA . NOTATA . MANV
HERSILVS . HIC . IACEO . MECVM . MARCELLA . QVIESCIT
HAEC . SOROR . HAEC . GENITRIX . HAEC . MIHI SPON A . FVIT
VERA . NEGAS . FRONTEM . TRAHIS . AC . AENIGMATA . SPHINGIS
CREDIS . SVNT . PYTHIO . VERA . MAGIS . TRIPODE
ME . PATER . E. NATA . GENVIT . MIHI . IVNGITVR . ILLA
SIC . MIHI . SPONSA . PARENS . SIC . FVIT . ILLA . SOROR
BENE . PRECARE . QVI . LEGIS

Ferrettius aenigmaticum hunc lapidem extitiſſe ſcribit in aedi-

ædibus Nobb. de Valle ; in marmoris ſuperiore parte jacebat puer dextra roſaceum ſertum , ſiniſtra pixidem tenens . Addit antiquitus fuiſſe poſitum in via ad templum Fauni a Simplicio Pont. Max. dicatum S. Stephano , & pene collapſum a Nicolao V. P. M. reſtauratum . Initium 3. Diſtich. alibi eſt FICTA. PVTAS .

X L V I I I.

Extra portam S. Pancratii trans tiberim in coemeterio Calepodii . *Murator. p.* 1397.

ΡΟΥ.

ΡΟΥΦΕΙΝΟΥ ΤΑΦΟΣ ΟΥΤΟΣ ΟΝ ΑΣΤΕΡΙΟΝ ΠΟΤΕ ΚΛΗΖΟΝ
ΟΣ ΠΡΟΛΙΠΩΝ ΡΩΜΗΣ ΔΑΠΕΔΟΝ ΝΕΙΛΟΥ ΠΟΛΙΝ ΕΛΘΩΝ
ΚΑΙ ΠΡΟΚΟΠΑΙΣ ΛΑΜΨΑΣ ΠΟΛΛΟΙΣ ΔΕ ΠΟΛΛΑ ΠΑΡΑΣΧΩΝ
ΜΗΔΕΝΑ ΛΥΠΗΣΑΣ ΑΛΛ' ΕΙΣ ΤΟ ΔΙΚΑΙΟΝ ΑΘΡΗΣΑΣ
ΜΟΙΡΩΝ ΟΥΚ ΕΦΥΓΕΝ ΤΡΙΣΣΟΝ ΜΙΤΟΝ ΑΛΛΑ ΝΕΚΡΩΘΕΙΣ
ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΑΠΕΔΩΚΕΝ ΕΣ ΑΕΡΑ ΣΩΜΑ ΔΕ ΠΡΟΣ ΓΗΝ
ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΕΥΣΕΒΕΙΗΣ ΕΣΧΕΝ ΚΡΙΣΙΝ ΕΝ ΦΘΙΜΕΝΟΙΣΙΝ
ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ ΕΙΔΕ ΤΟ ΦΩΣ ΝΕΚΡΟΣ ΩΝ ΚΑΙ ΠΟΝΤΟΝ ΕΠΛΕΥΣΕΝ
ΚΑΙ ΧΩΡΗΣ ΙΔΙΗΣ ΕΠΕΒΗ ΣΥΝ ΠΑΙΣΙ ΔΕ ΚΕΙΤΑΙ
ΩΝ ΟΥΚ ΕΙΔΕ ΤΕΛΟΣ ΘΑΝΑΤΟΥ ΠΡΩΤΟΣ ΓΑΡ ΕΘΝΗΣΚΕ
Η ΔΕ ΤΕΚΝΩΝ ΔΙΣΣΩΝ ΜΗΤΗΡ ΣΕΜΝΗ ΔΕ ΦΙΛΑΝΔΡΟΣ
ΚΑΙ ΠΕΛΑΓΟΣ ΔΙΕΠΛΕΙΣΕ ΚΑΙ ΗΓΑΓΕ ΣΩΜΑ ΒΥΘΟΙΣΙΝ
ΚΑΙ ΚΑΜΑΤΟΥΣ ΥΠΕΜΕΙΝΕ ΚΑΙ ΕΝ ΘΡΗΝΟΙΣ ΔΙΕΜΕΙΝΕ
ΚΑΙ ΤΥΜΒΩ ΚΑΤΕΘΗΚΕ ΚΑΙ ΑΙΩΣΙΝ ΠΑΡΕΔΩΚΕ
ΔΑΜΟΣΤΡΑΤΕΙΑΣ ΤΑΥΤΑ ΤΗΣ ΦΙΛΑΝΔΡΙΑΣ

ΡΟΥφείνυ.

Ῥυφείνυ τάφος ὗτος ὃν Ἀσέριον ποτὲ κλῇζον,
Ὃς προλιπὼν Ῥώμης δάπεδον Νείλυ πόλιν ἐλθὼν,
Καὶ προκοπαῖς λάμψας πολλοῖς δὲ πολλὰ παράσχων·
Μηδένα λυπήσας ἀλλ' εἰς τὸ δίκαιον ἀθρήσας:
Μοιρῶν ὐκ ἔφυγεν τρισσὸν μῖτον ἀλλὰ νεκρωθεὶς
Τὴν ψυχὴν ἀπέδωκεν ἐς ἀέρα, σῶμα δὲ πρὸς γῆν
Ἀλλὰ καὶ εὐσέβειης ἔσχεν κρίσιν ἐν φθιμένοισιν,
Καὶ πάλιν εἶδε τὸ φῶς νεκρὸς ὢν, καὶ πόντον ἔπλευσεν
Καὶ χώρης ἰδίης ἐπέβη σὺν παισὶ δὲ κεῖται
Ὧν ὐκ εἶδε τέλος, θανάτυ, πρῶτος γὰρ ἔθνησκε:

Ἡ δ'

Ἡ δέ τέκνων δισσῶν μήτηρ σεμνὴ δὲ φίλανδρος,
Καὶ πέλαγος διέπλευσε καὶ ἤγαγε σῶμα βυθοῖσιν,
Καὶ καμάτους ὑπέμεινε καὶ ἐν θρήνοις διέμεινε,
Καὶ τύμβῳ κατέθηκε καὶ αἰῶσιν παρέδωκε:
Δαμοστρατείας ταῦτα τῆς φιλανδρίας.

Sic ego muſis plus quam iratis.

Ruffini.

Olim qui Aſterius, Ruffini eſt hocce ſepulcrum,
Qui Roma abſcedens Nili ſeceſſit in urbem;
Progreſſu & ſplendens, multis dans multa, moleſtus
Non fuit uſquam aliis, obſervantiſſimus aequi:
Parcarum ſed fila trium haud crudelia fugit,
Ac cinerem terris, animam caeloque locavit.
Aſt & apud manes nactus pietatis honores,
Mortuus in vitam rediit, pontumque remenſus
In patriam venit: natorum fata, quibuſcum
Nunc jacet, haud vidit, lucem prior ipſe peroſus.
Caſta parens natoſque duos adamanſque maritum
Aequora trajecit, duxit corpuſque per undas,
Suſtinuit curas, in luctu fida remanſit,
Compoſuit tumuloque, aeterno & tradidit aevo:
Damoſtrateae prodit haec amor viri.

Cl. Muratorius in *v.* 5. ΜΟΙΡΩΝ ΤΡΙΣΣΩΝ vertit *Parcarum duarum* pro *trium*. Verſum autem poſtremum ita reddit appoſita lacuna,

. . . . . . *Iſta ſui erga virum amoris.*

Atqui ſanum eſt nomen ΔΑΜΟΣΤΡΑΤΕΙΑΣ, & quatuordecim hexametros excipit tandem jambicus trimeter, cujus verſionem damus ex Hagenbuchio *Epiſt. Epigr. ad Nob. Blaurerum p.39.*

X L I X.

In Tranſylvania. *Fleetwod p.* 285.

HIC . PIETATIS . HONOS . HAEC . SVNT . PIA . DONA . MARITI
CVI . MVLTVM . DILECTA . FVI . EGO . MARCELLINA
PRO . MERITIS . CERNISQVE . MIHI . SOLVS . CONIVX . AELIVS
COQVE . POST . OBITVM . MEMOR . AMORIS . DICAT

L.

Digitized by Google

L.

Romae in S. Mariae in Aventino. *Gruter. p.* 752. 3.

M. AEMILIVS . M. F. IANVARIVS
CATILIAE . MARCIANAE . COIVGI
INCOMPARABILI . DVLCISSIMAE
PIIENTISSIMAE . CASTISSIMAE
QVAE . VIX. AN. XXXII. MENS. VI
DIEB. V. ET . CVM . QVA . VIXIT . ANNIS
XIII. CVM . MAGNA . DVLCITVDINE

SOMNO . AETERNALI . SACRVM
FECER. ET . FIL. M. AEMILIVS
AGATHEMER . ET . M. AEMILIVS
MARCIANVS . ET . AEMILIA . INGENVA
QVAE . ET . MARCIANAE . MATRI
PIIENTISSIMAE . DVLCISSIMAE
SANCTISSIMAE
ΟΥΧΙ . ΤΕΚΟΥΣΑ . ΟΥΔΕΙΣ . ΑΘΑΝΑΤΟΣ
SOMNO . AETERNALI . SACRVM
FECERVNT . LIBERTIS . LIBERTABVSQ
POSTERISQ. EORVM
INVIDE . QVID . GAVDES . ILLA . HIC . MIHI
MORTVA . VIVET
ILLA . MEIS . OCVLIS . AVREA . SEMPER . ERIT

ET . Q. L. MVCI . EVTACTI . ET . IVLIANI . LIB. LIBER
TABVSQ. POSTERISQ. EORVM

L I.

Philadelphiae. *Spon. Itiner. T. III. pag.* 149.

ΞΑΝΘΙΠΙΙΗΝ ΑΚΓΛΑ ΜΝΗΜΗΝ ΒΙΟΤΟΥ ΠΑΡΕΔΩΚΕΝ
ΒΟΜΩ ΤΕΙΜΗΣΑΣ ΣΕΜΝΟΤΑ ΤΗΝ ΑΛΟΧΟΝ
ΠΑΡΘΕΝΟΝ ΗΣ ΑΠΕΛΥΣΕ ΜΙΤΡΗΝ ΗΣ ΩΡΙΟΝ ΑΝΘΟΣ
ΕΣΧΕΝ ΕΝ ΗΜΙΤΕΛΕΙ ΠΑΥΣΑΜΕΝΟΝ ΘΑΛΑΜΩΙ
ΤΡΕΙΣ ΓΑΡ ΕΠ ΕΙΚΟΣΙΟΥΣ ΤΕΛΕΩΣΕ ΒΙΩΝ ΕΝΙΑΥΤΟΥΣ
ΚΑΙ ΜΕΤΑ ΤΟΥΣ ΔΕ ΘΑΝΗΝ ΤΟΥΤΟ ΛΙΠΟΥΣΑ ΦΑΟΣ

Digitized by Google

Ξαντίππην Ἄκυλα μνήμη βιότου παρέδωκεν
Βωμῷ τίμησας σεμνοτάτην ἄλοχον.
Παρθένον, ἧς ἀπέλυσε μίτρην, ἧς ὥριον ἄνθος
Ἔσχεν ἐν ἡμετέρῳ πάλαι παυσάμενον θάλαμον.
Τρεῖς γὰρ ἐπ' εἴκοσι, ὡς τελέωσε βίου ἐνιαυτοὺς,
Καὶ μετὰ τοὺς δὲ θάνεν τοῦτο λιποῦσα φαός.

Sic ego vertebam.

Mnemoſino vitae Xantippen tradidit, ara
Improlem decorans & venerandam Aquila
Virginiam, cujus mitram diſſolvit, & una
Maturum in placido florem habuit thalamo.
Tres & viginti vitae compleverat annos,
Deinde vale huic luci dixit, & interiit.

L I I.

Romae ad viam Appiam. *Gruter. p. 769. 4.*

Θ. K

ΜΝΗΜΑ ΡΕΤΗϹ ΜΟΙΡΗϹ ΤΟ ΤΕΛΟϹ ΦΙΛΟΥΝΟΜΑ ΧΡΗϹΤΗ
ϹωΦΡΟϹΥΝΗϹ ΙΕΡΑϹ ΗΤΙϹ ΜΕΓΑΝ ΕϹΧΕΝ ΕΠΑΙΝΟΝ
ΕΝΘΑΔΕ ΝΥΝ ΚΑΤΑ ΓΗϹ ϹωΜΑΓΕΠΑΥϹΕ ΠΟΝωΝ
ΤΗΝ ϹΥΝΕΤΟΝ ΨΥΧΗΝ ΜΑΚΑΡωΝΕΙϹ ΑΕΡΑ ΔΟΥϹΑ
ΠΡΟϹΘΕΝ ΜΕΝ ΘΝΗΤΗΝ ΝΥΝΔΕ ΘΕωΝ ΜΕΤΟΧΟϹ
Α. Ι. ΜΝΗϹΤΟϹ ΑΠΑϹΙ ΦΙΛΟΙϹΙ ΤΕ ΚΑΙ ΤΕΚΕΕϹϹΙ
ΤΟΝ ΔΕ ΤΑΦΟΝ ϹΟΦΙΗϹ ΕΝΕΚΕΝ ΚΥΔΥΗ ΠΑΡΑΚΟΙΤΙ
ΤΕΥΞΕ ΦΡΑϹΑϹ ϹΥΝΟΜΕΝΟϹ ΑΛΕΧΑΝΔΡΟΙΟ ΠΟΛΕΙΤΗϹ
ΑΓΕΝΤΙ ΕΥΨΥΧΙ ΚΑΜΕ ΜΕΝΕΙΤΟ ΘΑΝΕΙΝ

Μνῆμ' ἀρετῆς μοίρης τὸ τέλος φιλεύνομα Χρηστὴ
Σωφροσύνης ἱερᾶς ἥτις μέγαν ἔσχεν ἔπαινον,
Ἐνθάδε νῦν κατὰ γῆς σῶμ' ἀγεπαύσε πόνων.
Τὴν συνετὸν ψυχὴν μακάρων εἰς ἀέρα δοῦσα:
Πρόσθεν μὲν θνητὴ, νῦν δὲ Θεῶν μέτοχος,
Αἰ μνησθεῖσα πᾶσι φίλοισί τε, καὶ τεκέεσσι,
Τὸν δὲ τάφον σοφίης ἕνεκεν κυδνῇ παρακοίτῃ.
Τεῦξ' ἔφρασας συνόμενος Ἀλεξάνδροιο πολείτης
Ἀγέντι δ' ψυχὶ καρὶς μένει τὸ θανεῖν.

Be-

Benedictus Hegius latine reddidit.

Diis Manibus.

Hoc decus, haec fati virtus, & amabile nomen,
Dote pudicitiae celebrata laboribus actis
Vitae, Chreſta jacet condita nunc tumulo.
Ut ſapientem animam in nitidum tulit aethera divum,
Quae mortalis erat, templa beata colit.
Haec gnatis cunctiſque memor teſtatus amicis
Ob ſophiam clarae ut ſtatuit monumenta maritae
Civis Alexandri conjux maeſtiſſimus inquit,
Magnanima Agenti, & me cito fata ferent.

Murator. *Theſ. pag.* 1323. 1. ex Ligorio dat hunc titulum, in 3. *v.* legit CωMA ΝΕΠΑΥCΕΤΟ, habet nempe pro pentametro exametrum: in 8. *v.* dat ΦΡΑCCΥ ΝΟΜΕΥΝΟC ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΠΟΛΕΙΤΗC & in ultimo ΚΑΜΕ pro καρὶς, vertitque:

Fabricavit . . . Nomeunus Alexandrinus Civis
. . . . Generoſ . . Et Me Moriturum Expectat.

LIII.

Sorboni prope Saſſinam. *Fleetwod. p.* 285.

D. M.

MARCIANAE . C. F. VERAE . T. CAESIVS . LYSIMACHVS . CONIVGI
SANCTISSIMAE . ET . SIBI . VIVOS . POSVIT
VER . TIBI . CONTRIBVAT . SVA . MVNERA . FLOREA . GRATA
ET . TIBI . GRATA . COMIS . NVTET . AESTIVA . VOLVPTAS
REDDAT . ET . AVTVMNVS . BACCHI . TIBI . MVNERA . SEMPER
AC . LEVE . HYBERNI . TEMPVS . TELLVRE . DICETVR

LIV.

Romae in S. Angelo ad Montem Jordani. *Gruter. p.* 766. 7.

HIC . SITA . QVAE . VIXIT . DVO . DE . TRIGINTA . PER . ANNOS
VNANIMI . CALPVRNIANO . SOCIATA . MARITO
NOMINA . MATVRA . TVDER . EST . MIHI . NOTA . PROPAGO
AVFIDIVS . GENITOR . GENVIT . ME . PLANIA . MATER
QVADRAGINTA . DVOS . MECVM . FERO . FLEBILIS . ANNOS
RAPTA . MEIS . FATIS . SVPERI . SIC . NAMQVE . IVBEBANT
IMA . PENETRALI . LVCINAE . SACRA . PETENTI

L V.

Parmae . E ſchedis Cyriaci apud Philippum Stoſch .

Murator. pag. 1770. 1.

MACROBIVS SIBI ET THEODOSIAE
CONIVGI OPT. V. F.

HIC EGO QVI VARIOS CASVS VARIOSQVE LABORES
SVSTINVI VT MVLTAS CONCILIAREM OPES
AMISI MORIENS RERVM QVAECVNQVE PARAVI
ET SATIS AD MANES SVFFICIT VRNA MIHI.
AT IVSTA CONIVX MERITOS TESTATVR HONORES
AETERNVM RETINENS CONSOCIATA TORVM.
NOS AETATE PARES DVLCIS DVM VITA MANEBAT
VNVS AMOR IVNXIT NVNC PREMIT VNA QVIES
DISCITE QVI LEGITIS FACTIS ADQVIRERE FAMAM
VT PROBAT HIC TVMVLVS NON PERIT ESSE BONOS

Idem Murator. *pag.* 1370. 12. e ſchedis Ramberti habet hunc titulum , ubi deeſt quartum diſtichon , & in primo *v.* legit *caſus* MVLTOS .

L V I.

In Plebe de Sacco . *Murator. pag.* 1349. 4.

ΣΗΜΑ ΤΟΙΟ ΓΛΥΚΕΡΗ ΤΕΛΕΣΙΛΛΑΣ ΕΝΘΑΔΕ ΘΗΚΕ
ΤΕΥΞΕΝΙΔΑΣ ΑΛΟΧῳ ΛΑΧΕΝ Η ΟΙ ΠΑΝΤΟΤΕ ΠΛΗΡΗΣ
ΠΙΣΤΕΟΣ ΕΥΝΟΙΗΣ ΑΡΕΤΗΣ ΑΓΑΠΗΣ ΤΕ ΜΕΝΟΙΤΟ
ΟΦΡΑ ΚΑΙ ΕΣΣΟΜΕΝΟΙΣΙ ΤΕΟΝ ΚΛΕΟΣ ΑΦΘΙΤΟΝ ΑΙΕΝ

Σῆμα τοῖο Γλυκερὴ Τελεσίλλας ἐνθάδε θῆκε
Τεὐξενίδας , ἀλόχῳ λάχεν ἡ οἱ πάντοτε πλήρης
Πίστεος εὐνοίης ἀρετῆς ἀγάπησε , μένοιτο
Ὄφρα καὶ ἐσσομένοισι τέον κλέος ἄφθιτον αἰέν .

Sic ego latinitate donabam .

Hoc , Glycera o conjux tibi dat Teleſilla , ſepulcrum
Teuxenides , plenam ſemper ſibi nactus amoris ,
Virtutis , fideique , tua hinc ut gloria ſeros
Aeternum maneat penes incorrupta nepotes .

SY-

SYNOPSIS.

VAs Etruſcum oſtendit parentes pro filiis aegrotantibus ſortes duxiſſe & cepiſſe auguria. II. Scriptorum auctoritatibus, & Anaglyphis officia parentum elucent, liberis extremum ſpiritum exhalantibus, & vix emortuis praeſtita, ac totius familiae ſqualor. III. De liberorum veſte funebri. De coronis donaticis. Quales coronae cupreae? De cadaveris productione, & cuſtodia. Funeris hora varia. IV. Ad faces, & cereos non acerba tantum, ſed quaecunque funera elata ſunt. Senecae, & Servio data lux. Infantes non ſemper caruere tumulo. Gemini infantes in via Claudia conditi novo ritu. Tibia acerbi funeris ſemper comes. Quid tibiae ſignificent in C. Ceſtii monumento? V. Praetextae honores poſtumi. Parentum pietas in oſſilegio. VI. Emblemata, vocum blandimenta, crepundia puerilibus in ſepulcris. VII. Puerorum Bulla data rogo, & loculis. An in Bullis omnibus amuleta abſcondita? Bulla triumphalis repudiata. Bulla quando puerili nomine inſignita? quando depoſita, & Diis dicata? Rejicitur Bullae forma inſtar cordis. VIII. Pro liberis jam adultis habita oratio funebris: quandoque etiam vulgata carmina. Laudata in filiorum obitu paterna virtus. Parentum, & filiorum commiſti cineres; ſecus privignorum, ac novercarum. IX. Auguſtorum liberi quomodo poſt interitum honorati? Ciceronis gloria ſingularis. Juſtitium publicum ſtante republica nullius in morte latum; ſub Auguſto primum in Marcelli obitu inſtitutum. X. Habiti honores Auguſtae proli procul ab Urbe extinctae. Druſi, Caji,

Digitized by Google

Caji, Lucii tranſvectio cinerum perhonorifica. De imperatorio funere emendatus Gutherius. Juſtitii forma ex Piſanis tabulis. XI. *In luctu publico interdum balnea, ſemper templa Deorum clauſa, frequenter etiam lapidata.* XII. *Inferiarum diverſa genera. Epulae inferiales aliae mortuis, aliae vivis datae.* XIII. *Victimae in inferiis nigrae. Explicata in ſacris formula* macte eſto. *Adolere, ac cremare Gutherius diſtinguit perperam. Data Diis inferis ſacrificia erant holocauſta.* XIV. *Libaminum varia genera numerantur. Vaſculorum in libationibus mira varietas. Vergendi, ac fundendi diſcrimen tollitur. An Diis ſuperis dextera, inferis laeva manu ſemper libatum fuerit? Curioſa libaminum ſupellex conſideratur.* XV. *Platonica animarum expiatio triplex. Vis aquarum cathartica multifariam oſtenditur.* XVI. *Ventorum agitatio, & Oſcilla inter expiationes ab Ethnicis numerata. Luſtralis flammarum vis.* XVII. *Formulae olim in fundendis libationibus, adolendiſque victimis uſitatae conjiciuntur. Orationis vim catharticam oſtendit Plato.* XVIII. *Impetrandae immortalitatis ſubſidia tria. Ambroſiae ſuppleta vis.* XIX. *Contra Gyraldum, Kirchmannum, Gutherium evincitur, atro die parentare non fuiſſe nefas.* XX. *Data mortuis divinitas deridetur. Templa, & ſepulcra eodem in gradu, & cultu poſita. Graecorum, Latinorumque diſcrimen in mortuis honorandis.* XXI. *Sacrae erant ac religioſae additae ſepulcris arae. Nihil diſcriminis inter altare, & aram. Cur geminae in ſepulcris arae? Veſtes Deorum propriae datae mortuis.* XXII. *Quae ſuperſtitionum feralium origo? Quandiu communiter adſcriptae mortuorum animae Diis Manibus? Notata populi in Principes adulatio, & Auguſtorum levitas.*

DIS-

DISSERTATIO VII.

De Acerbo Funere.

Doctiſſimo atque Incomparabili

SCIPIONI MAFFEJO

IN tanta famae celebritate, quanta ubicunque litterae in pretio ſunt doctrinam illuſtrat tuam, ſi cui forte mirum videbitur, a me hanc tibi, magne in primis vir, Maffei Clariſſime, lucubrationem dari, is quidem potius, cur nomini tuo haud inſcripſerim totum id Operis, mirari debet. Nec ſane, ſi hoc feciſſem, nemo unus omnium merito id a me factum arbitraretur. Siquidem docta perinde ac elegans, quam Muſeo Veronenſi praeire jubes, Praefatio tua, ſatis per ſe ipſa probaret cauſam hujus ſive officii, ſive conſilii mei. Ibi enim tum alia egregia, quae ab antiquitatis amatoribus ſuſcipi cum laude poſſint, ex vetuſtis monumentis adornanda proponis Opera, tum hanc etiam, quae tuis Voluminibus multum debet, Anthologiam & proponis & laudas. Haec porro ipſa, ſicuti hoc excitata judicio tuo, quum oculos vitabunda omnium in adverſariis adhuc lateret meis, lucem timere deſiit, ita ab omni, opinor, vacaret audaciae nota, ſi te, Maffei doctiſſime, quem ſui quaſi auctorem habuit probatoremque, eundem ſibi patro-

Digitized by Google

tronum ſimul & auſpicem polliceretur. Jure id quidem, dum quovis ex alio fonte, quam, unde ortus eſt, tenuis hic rivulus profluxiſſet. Quum vero res nuſquam per ſe illaudabilis, niſi eadem ſatis fuerit laudabiliter pertractata, multum amittat pretii, ideo officio abſtinui, ne id aeque eſſet, ſi acciperes, tibi ipſi, ac mihi, ſi facerem, non honeſtum. Cur ergo interea haec Diſſertatio tibi potiſſimum inſcripta eſt? Statui nimirum, quoniam mihi per tenuitatem meam, quod oportebat, id minus licet, ſaltem, ſi ſatis nequeo, utcunque poſſum, videri gratus. Provideo equidem, quod vigiliis laboribuſque tuis litteraria reſpublica, qua late patet, univerſa ſe gratiſſimam profiteatur, nonnullos fore, qui & de te, uti par eſt, alte ſentientes, & nihil, ut probe decet, quod non excellens non amplum ſit, ſatis te dignum rati, perexiguum improbent hoc pignus meum. Sed tanta tua eſt in omnes humanitas, facilitaſque tanta, mei vero in te obſequii ea cum aequitas, tum etiam magnitudo, ut ego, qui tibi nec de facie notus ſum, non ſolum ne mihi te ſubiratum habeam, nequaquam verear, ſed etiam ſperem, quod offero, facile in bonam partem acceptum iri. Aut enim ſol, dum ſui ſpectaculum admirabile ubique facit, vecordis admirationem hominis indignabundus refugit, aut tu, qui quantus quantus totus ſapientia es, me unum reſpuis, qui ſoles neminem. Verum ita de me ſi ſtatuas, quod ne ſubtimeo quidem, nil penſi habeo, ſive, ut inquiunt, ſuſque deque. Nam id officii non eo ſpectat, ut oppido per ſe ſit gratum judicio tuo, ſed ego ut gratus videar quoquo modo. Gaudeo autem, jam pridem tibi non eſſe integrum, quo minus & te mirer, quod facio, & te pro-

ſe-

ſequar ſtudiis omnibus, quod praeſtabo, dum vivam, & me tibi praedicem, quod profiteor, deditum addictumque, palam ac libere prohibere. Quid enim, obſecro, quod nemo jam ſibi ſentiat non fas eſſe, mihi per te non liceat? Illa vero, quocunque antiquitatis pervaſit amor ac litterarum, illa omnium eſt una vox, in hoc uberrimo ſuaviſſimoque ſtudiorum genere ſummum aetatis noſtrae te eſſe columen, atque in ſignis, in nummis, in anaglyphis, in picturis, in titulis, in monumentis omnibus, ſive ea metallis, ſive marmoribus, aut papyro, aut vitro, aut membranis, aut gemmis expreſſa ſint, nullum Etruſcae, nullum Barbaricae etiam, nedum Graecae, nedum Latinae, aut Italicae antiquitatis penetrale tam eſſe impervium, omnia cujus adyta, receſſus omnes beata ingenii alacritate non exploraveris, nullum dicendi, ſcribendive genus tam eſſe abſurdum, aut contractum, aut novum, quod tu, ſi abditum, non aperueris, ſi obſcurum, non explicaveris, ſi abnormiter interpretatum, diſcuſſa vetuſtatis caligine, emendatiſque erroribus, admirabili quadam luce planeque aurea ſupra omnium expectationem non feliciter illuſtraveris. Commune hoc eſt judicium de ingenio tuo. An de Operibus ſecus? Imo etiam amplius. Me vero hic pudet, eorum praeſtantiae ac varietati non poſſe dicendi genus afferre par. Quanquam non eſt hoc loco, cur tenuitatem conquerar ingenii mei. Video quippe, niſi tempus, & locus detur, id eſſe rei, cui futurus impar & diſertiſſimus ſit, & omnium maxime indiſertus. Quis enim, aut de quo ſatis? De Veronenſi ſive Hiſtoria, ſive Theatro? quae ibi diſtincte, ornate, graviter explicantur, rerum copiam, nobilitatem, ordinem brevi-

ter laudandum aggredi intemperantis eſt: de Litterariis Obſervationibus? quarum ubertas, dignitas, eruditio, ſplendor talis ac tantus eſt, quem conſequi brevi verborum ambitu nemo poſſit: de Epiſtolis? de Diſſertationibus? de Carminibus? variiſque Operibus vel cum litteris, vel cum toto antiquitatis ſtudio conjunctiſſimis? ita ſunt omnia docte, ſubtiliter, enucleate, ingenioſe, nitide abſoluta, ut de laude qui cogitet, eum tacere praeſtet, quam in hunc affectum venire. Quid? ſi magna itinera magnaeque impenſae eodem, quo cetera, pertinentes commemorentur? At egregie abs te ſcripta & geſta omnia, quae immortaliter celebrabuntur, fac cedant tempori, unum eſt, quod per ſe ipſum, etſi cetera intercidant, te nulli ſecundum praedicet, & cum pauciſſimis comparandum. Beneficentiae apud philoſophos eſt duplex ratio: altera copiarum, virtutis altera: illius, dum modus adſit, eſt certa ſimul, & magna laus; ſed hujus, ut ait Cicero, multo & major, & certior. Ubi autem, quod fieri perraro cernimus, in unum utraque coaleſcat, tum neſcio quid ſingulare, & plus quam nobile exiſtat neceſſe eſt. Hujuſmodi vero beneficentiam, Maffei ampliſſime, omnis in te poſteritas, & ipſa aeternitas intuebitur. Muſeum Veronenſe impendio ſtudioque maximo abs te collectum, neque collectum modo, ſed in aedificio etiam per te condito, eodemque elegantiſſimo, libere ut pateat omnibus, collocatum, neque id duntaxat, ſed docto etiam Volumine accuratiſſime explicatum, illud illud auguſtum erit, & quo nullum certius, tui nominis monumentum, ac liberalitatis perpetua laus, qua nulla commendatior hominum memoriae ſempiternae. Honores quidem, quos gratiſſi-

tiſſima tibi Patria decernendos curaverat, excelſo animo recuſaſti: ſed quemadmodum tanti ego facio recuſationem iſtam, ut cum laude non comparem, ita quotquot aut iſthic Muſei ipſius aedes, & marmora in iis diſpoſita contemplabuntur, aut alibi Volumen tuum in promtu habebunt, omnes te ad unum conſenſu unanimi praedicabunt. Itaque beneficentiae tuae certa erunt praemia, certa laus, donec homines, ſi modo homines. Mecum haec reputans, neſcio quomodo ad te libere accedo, nec quale tuorum (& tui quidem ſunt omnes, quicunque ſapiunt) de me judicium futurum ſit, ſubvereri in mentem venit. Novi enim eundem eſſe humanitatis ſpiritum, ac litterarum. Ordo praeterea meus, cui ſolemne eſt tradere juventuti optimas diſciplinas, delicias nimirum tuas, vix documenta in ſe tui cuiquam invidet veri amoris. Ne multis utar, more hominum facio, quibus, quod jucundiſſimum eſt, in ore, in oculis eſſe ſolet. Scholarum Piarum illuſtre decus & ornamentum eximie foves, & palam praedicas, & amice complecteris, P. Eduardum Corſinum, cujus ego benevolentia ſic plane glorior, ut ille tua. Perge, obſecro, quod ultro facis, illum impenſe amare, & me tibi id muneris offerente, ex eorum cogita te eſſe numero, quibus divinitus datum eſt, ut immortaliter & ſibi luceant, & vivant omnibus.

I. Antonini Pii lenitas commendatur, quod quum Marcus philoſophus, ipſius filius adoptivus, mortuum educatorem defleret ſuum, verba haec protulerit commiſerationis plena: *permittite* [a] *illi, ut homo ſit: neque enim vel philoſophia, vel imperium tollit affectus*. Ideo, quos nunc

T 2

a *Capitolinus in vita*.

nunc aggredior, me pii affectus, & parentum erga liberos ſuprema officia ſperare jubent, ut, quibus veterum in cognitione rerum videtur eſſe ſalubre quidpiam ac frugiferum, eos in primis juvet, patriae pietatis documenta illuſtribus ex monumentis prodita intueri. Rerum ſi quaeras ordinem, hic adhibendus eſt. Poſtquam liberis aut morientibus, aut recens mortuis, quae parentum cura, qui dolor eſſet, in aperto fuerit, eo ſtylum vertam, primo ut infantibus, tum praetextatis, deinde adultis, praecipue imperatorum filiis in urbe, in municipiis, in coloniis, quae juſta fierent, compertum faciam; poſtremo loco de divinis honoribus generatim atque univerſe loquar. Jam curſim liberos graviter aegrotantes, & parentes eorum de ſalute ſupra modum anxios videamus. Ac primum de auguriis pauca. P. Sammaca Monachus Benedictinus natione Siculus, inter antiquos lapides, quos an. 1748. in patriam ab urbe miſit, vas Etruſcum adeptus eſt, in quo aegrotus faſciis involutus in ſede jacet illis ſimillima, quas italice dicimus *Canapè*: mulier, & vir prope adſtant; illa tripodem contemplatur, hic caelum ſuſpicit; parens fortaſſe uterque de filii incolumitate ſolicitus, altera in tripode ſortes ducit, alter auguria de caelo capit. Rem ſi temere interpretor, jam locum habeat Graecus in hanc ſententiam verſus: [a]

Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibeto optimum.

At hariolorum vatumque grex inſaniſſimus, quum in Etruria magis, quam alibi, mendacia obtruderet, vix ſane dubito, quin ſupradicto in vaſe auguria deſignentur pro aegrotante capta, qui jacet faſciis involutus. Certe ſortium

a *Cic. de Divinat. II.* 12.

tium oraculis nihil frequentius apud veteres in rebus dubiis. Tabellas, aut teſſeras certis inſcriptas verbis, populneas, ut plurimum, aut abiegnas [a], aut ex coctili laterculo [b] in arcam [c] oleaginam conjectas agitabat educebatque puer. Hoc autem loco quum neque puer, neque arca appareat, liquet rem eſſe tranſactam talis, non [d] in ſitellam, quae nulla hic adeſt, ſed in tripodem conjectis, ut ſors numeris indicaretur, qui ritus privatim uſitatiſſimus in adverſis erat, ut Propertius [e] indicat. Ea porro oracula ſi eſſent proſpera, tum *ſortes tollere dicebant* Tibullo auctore: [f]

Illa ſacras pueri ſortes ter ſuſtulit: illi
Rettulit e triviis omnia certa puer,

quod & confirmat antiquus lapis [g]: SACRO SVSCEPTO SORTIBVS SVBLATIS C. GALLIO ATTICVS MEDIOLANENS. Illud interea, quod alibi non ſaepe inveneris, videtur notatu dignum, ſortes hic ſimul duci, & auguria capi. Sed jam res de aegrotis eſto, quibus Hippocrates medicinam negat.

II. Liberis extremum ſpiritum exhalantibus parentum erat, praecipue materni amoris curare, membris ut decenter compoſitis e vita migrarent, ſuprema inter oſcula fugientem animam ore excipere, frigidum corpus fovere ſinu, oculos claudere; hinc conſolationis auctor ad Liviam:

At miſeranda parens ſuprema neque oſcula fixit,
Frigida nec fovit membra tremente ſinu.

Non

a *Plaut. in Caſin. II. 6.*
b *Pauſanias lib. IV.*
c *Cic. de Divinat. II. 41.*
d *Pauſan. ibid.*
e *Lib. IV. Eleg. 9.*
f *Lib I. Eleg 3.*
g *Grut. CXXXII. 6.*

Non animam appoſito fugientem excepit hiatu,
Nec traxit caeſas per tua membra comas.

Ulyſſes quoque in Iliade interficiens neſcio quem, *ah miſer*, ait, *non quidem tibi pater, & honoranda mater oculos claudet mortuo*; & Polynices apud Euripidem morti proximus, *jam claude*, inquit, *mater*, *oculos mihi*, *manu tua*: Cicero in Verrem actione X. praedicat hunc quoque ritum, quem tacite indicat urna Muſei Guarnacii [a], ubi parentes juvenis adſtant lectulo, mulier in primis, morientis fortaſſe mater, ſuppedaneo ſiniſtrum imponens pedem ad filium accedit, ultimis ut officiis perfungatur. Agi autem de morte oſtendit ſculptor, a quo & equus de more paratus eſt, futurus [b] ad campos Elyſios vector, & inſculpta, quae in metam deſinit nucemque pineam, columella, unde futura [c] in Elyſiis tranquillitas ſignificatur. Vix conclamatum erat, patrius dolor, ac maternus potiſſimum nullis parebat legibus [d].

Et quiſquam leges audet tibi dicere flendi?
Et quiſquam lacrimas temperet ore tuas?

Indices materni luctus, notae ſunt illae phraſes, *cum lacrimis ponere* [e], *cum lacrimis & opobalſamo condere* [f], & aliæ hujuſmodi, quarum princeps eſt illa Quintiae Paulinae, quae filio [g] *tumulum lacrimis plenum dedit*. Nec ſane mirum, feminas in filiorum funeribus nullum lacrimis modum impoſuiſſe, quum ille Pericles, qui animo ſemper infracto fuerat, amiſſo Paralo filio, magnitudine doloris victus ejulatus ediderit nunquam deſinentes. Quid

a *Muſ. Etr. Vol. III Tab. XIX. num. 1.*
b *Vid praeſertim Annibal Oliverius ad. Marm. Piſaur. in notis p. 30.*
c *Gor. loc. cit. Diſſ. III. p. 174.*
d *Conſol. ad Liviam.*
e *Grut 627. 1.*
f *Idem p. 692 10.*
g *Eod. Theſ. p. 700. 13.*

Quid ? quod dolor inuſitatus Deas etiam perculit, e grege illo impuriſſimo non vulgares [a]. Fruſtra igitur eſt lege cautum, *mulieres* [b] *ne leſſum funeris ergo habento*; quum eae longe abeſſent a philoſophorum conſtantia, qui apud Ciceronem [c], *ſi puer parvus occidit, aequo animo ferendum putant; ſi vero in cunis ne querendum quidem*. Matres inter gemitus tepens adhuc cadaver in genua [d] ſublevabant, vel quia iis ineſſe [e] vitalitatem crederent, vel quia eſſent miſericordiae [f] ſedes; hinc ſupplicum erat, tanquam aras, genua tangere [g] & adorare. Porro ut uxores [h] in virorum, viri [i] in uxorum morte, ſic in filiorum matres lacerabant vehementius pectus, ruptoſque crines nunc ſupra pectus ponebant mortui, nunc trahebant [k] per membra, alias diſſolvebant [l] tantum, alias [m] foedabant pulvere, alias ipſae capillis paſſis [n] huc illuc temere ferebantur. Mos quoque in ſacris litteris notus eſt ſive tondendi crines exemplo Jobi, ſive pulvere deturpandi exemplo Jeremiae [o]: is tamen ritus ab omni ſuperſtitione vacuus Judaeis fuit; nam cinere ac pulvere, quo ſaepe aſperſi dicuntur viri ſanctiſſimi, intimam animi demiſſionem ſignificabant, ideo Abrahamus ſe pulverem ac cinerem [p] nuncupabat. Ethnici longe ſecus, quibus comarum dedicatio quam ſuperſtitioſa, quamque ſolemnis eſſet; ſi de Graecis potiſſimum ſermo ſit, docet Oreſtes apud Euripidem, apud

So-

a *Ovidius in morte Tibulli, Plautus in Truculento.*
b *Cic. de leg. II 64.*
c *Tuſculan. Quaeſt. 1.*
d *Seneca Conſol. ad Helv.*
e *Plinius H N. XI. 45.*
f *Diſſ. I. pag. 57.*
g *Plinius ut ſupra.*
h *Petronius in Satira.*
i *Virgil Aenead. XII.*
k *Albinovan. loco cit.*
l *Catullus in Argon.*
m *Virgil. ibid Ovid. VIII. Metam.*
n *Virgilius ut ſupra.*
o *Cap. 6 & 1. Reg. 2.*
p *Geneſeos 18. 27.*

Sophoclem Ajacis filius, matrona Epheſina apud Petronium, apud Platonem in Phoedro Socrates, qui Phaedonis contrectans crines, *cras*, inquit, *forſitan hanc pulcram comam reſecabis*, mortui nimirum pectori, aut tumulo imponendam, unde Maximus Tyrius [a] comam eſſe ajebat ultimum, quod jam defuncto donari poſſet. Sic in Iliade Achilles negat, lavacro ſe daturum operam, priuſquam Patrocli rogo capillum, pignus amicitiae ultimum, impoſuerit: ſic Neoptolemum Achillis filium Dictys Cretenſis [b] tradit, poſtquam mortem patris vindicatam novit, initium lugendi feciſſe, & cum Poenice, & Myrmidonum exercitu crines ſepulcro depoſuiſſe, ibi etiam pernoctaſſe. Comas igitur, quas in filiorum obitu parentes ſolvere, aut tondere conſueverant, eaſdem poſt funus tumulo conſecrabant, nec parentes tantum, ſed amici [c], ſed fratres [d], ſororeſque in primis [e], non eae vulgares modo, ſed principes etiam feminae, propterea Didonis audito interitu [f]

Unguibus ora ſoror foedans, & pectora pugnis
Per medios ruit, & morientem nomine clamat.

Ac demortua ſorore ſua crines Agathias [g] fingit muſas, Themin, Venerem totondiſſe.

III. Poſtquam primus doloris impetus deferbuerat, liberos abluendi ungendique officio matres interfuiſſe, ſatis illi apud Albinovanum ejulatus docent:

Te ne meae poterunt v[illegible], nate, manus [h].

Earundem erat ſibi ac ſuis veſtes funebres apparare, quare

a *Orat. VII.*
b *Lib. de Bello Trojano.*
c *Statius Thebaid. VII.*
d *Albinovanus ut ſupra.*
e *Ovid. Metam. 3. Tibull. lib. II. Eleg. 3.*
f *Aenead. IV. in fine.*
g *Anthologiae lib. III.*
h *Vid. plura apud Kirchman. & Guther.*

re apud Homerum [a] Penelope heroes hortatur, ut nuptias differant, donec ipſa pollinctum perficiat linteum Laerti heroi, & in Iliade dicitur [b] veſtimenta in aedibus jacere facta manibus mulierum. Hunc & alios maternae pietatis ritus Euryali mater aperit, ubi exclamat dolore perdita [c]:

nec te tua funera mater
Produxi, preſſive oculos, aut vulnera lavi
Veſte tegens, tibi quam noctes feſtina dieſque
Urgebam, & tela curas ſolabar aniles.

Sunt ergo filiorum cadavera maternis manibus aut amicta, aut involuta. Nam ſi viſu deformia eſſent, veſtibus involvebantur, ut Scipionem Africanum elatum narrat Paterculus [d], atque ex cadaverum deformitate *larvata* funera [e] dicta ſunt. Pollinctus & compoſitus adoleſcens coronabatur. Floreas quidem coronas mortuis imponere cuique [f] licuit, non ita donaticas [g] ſive longas ex ſacris certaminibus relatas, aut bellica virtute partas. Coronas ex auro memorant Cicero [h], Livius [i], Valerius Maximus [k], ex cupro Romae in ſepulcris inventas eſſe teſtantur Flaminius Vacca, & Paſſerius: atque hic obſervat, [l] in loculis repertas eſſe mortuorum aut capitibus impoſitas, aut conſtrictas digitis, inſtructaſque nodis in gyrum diſpoſitis, quia fortaſſe floribus frondibuſve in victoria & in funere veſtiebantur. Veteres Chriſtianos ab hac conſuetudine minime abhorruiſſe conje-

V cturam

a *Odyſſ. III.*
b *Lib. XXII.*
c *Virg. Aen. IX. 486.*
d *Lib. II.*
e *Philipp. Camer. I. Medit. Hiſtor. 96. Kirchman. II. 10.*
f *Vid. Diſſ. VI num. XIII.*
g *Diſſ. IV. pag. 196.*
h *Oratio pro Flacco.*
i *Lib. VII. & XXIV.*
k *Lib. I. I. 2.*
l *In Acherontico cap. VIII.*

ſturam Baronius praebet, ubi ad ſeculum IV. cupream coronam Chriſti monogrammate inſignem profert. Tandem mortuus ſcenae parabatur, a conſanguineis, aut a parentibus producendus, quod ſibi non licuiſſe Euryali mater vehementiſſime querebatur. Jacentis in veſtibulo domus ſenex adſtabat cuſtos, vulgo dictus *capularis*, & a Plauto [a] *capuli decus*, qui & pompam funeris ſequebatur [b]:

Pectora nunc foedans pugnis, nunc unguibus ora.

Is vero cuſtos in pauperum funeribus ex libitinariorum, in nobilium ex ipſorum familia ſeligebatur, ideo Pallantis cuſtodiae Aceſtes praefuit, quo cum lugebant [c]:

Circum omnes famulumque manus, Trojanaque turba,
Et maeſtae Iliades crinem de more ſolutae.

Hoc autem modo non omnes contendo liberos productos eſſe, ſed eos tantum, quorum cauſa ſolemni ritu funus indicebatur, & hoc non aetatum fuit omnium, ſicut nec omnium elatio eodem tempore facta eſt. Antiquiſſimo quidem aevo cujuslibet pompa funeris noctu [d] aut veſpere celebrabatur, unde *veſperones*, ac *veſpillones* mortuorum bajuli dicti ſunt, quae conſuetudo etſi poſtea deſiit in funeribus indictivis, manſit tamen in vulgaribus, & acerbis pro puerili aetate, quae intra tyrocinii diem, non adhuc ſumta virili toga immaturo interitu extinguebatur. Cur juvenes, qui immaturam, ut videbatur, mortem obierant, albeſcente caelo, nondum exorto ſole efferrentur, cauſam fuiſſe ajunt, quod nefas opinarentur tanti mali teſtem eſſe ſolem: propterea hujuſmodi elationes *Diei Ra-*

a *In Aſin. V. 2.*
b *Virg. Aen. XI. v. 86.*
c *Ibid. v. 34.*
d *Servius X. Aen.* Vid. *Muretus lib. XIII. 2.*

Raptum [a] nuncupaverunt exemplo Homeri de Orione ita ſcribentis [b]:

Aurorae digitis roſeis eſt raptus Orion.

Ex hoc ritu Nero atrociſſimi excuſationem quaeſivit ſceleris. Nam qua nocte [c] fratrem Britannicum veneno ſuſtulit, eadem cremari juſſit, id laudans a majoribus inſtitutum, ut oculis ſubtraherentur acerba funera, neque pompa laudationibus detineretur. Elationis diurnae ſi horam quaeras, ex Kirchmanno accipies, matutinam fuiſſe, & primo mane. Nam Syllae funus ubi Plutarchus tradit nona demum hora elatum eſſe, rei cauſam [d] affert, quod ab aurora ille dies nubilus extitiſſet, pluviaeque expectarentur. Julianus imperator diurnam elationem abrogare tentavit, & nocturnam priſco more reducere, cujus impium decretum extat in Codice Theodoſiano.

IV. Communiter acerba funera, ut auctor eſt Seneca, non uno in loco [e] ad faces & cereos efferebantur, atque hac de cauſa Virgilius, interprete Servio, Pallantis corpus [f] deſcribit exceptum facibus, quarum quia & in nuptiis [g] uſus erat, Propertius cecinit [h]:

Viximus inſignes inter utramque facem.

Sed enimvero Servius, & Seneca interprete indigere videntur. Quod enim uterque de facibus ſentit, parvi ſane momenti eſt, quum in omnium funeribus faces & funales, unde funeris nomen, papyris & cera circumdati [i] adhiberentur. De cereis autem Senecae Svetonius

a *Euſtathius in Odyſſ. V.*
b *Odyſſ. V. v. 121.*
c *Tacitus Annal XIII.*
d *In vita Syllae.*
e *De Tranquillit I 2. & de Brevit. Vitae cap. ultim. Epiſt. 122.*
f *Aenead. XI.*
g *Ovid Epiſt. Cydippe ad Acontium. Apulejus Florid. IX.*
h *Lib. IV. Eleg. ult.*
i *Iſidorus XI. 2.*

obſtat [a] in Julii funere. Tubam quoque cum candelis conjungit Perſius [b]: atqui tuba in grandiorum funeribus habebat locum [c], ergo & candelae, itemque cerei, quos inter & candelas hoc tantum diſcrimen erat, quod cerei ſemper ex pura cera compoſiti, & mole grandiores eſſent, ut etiamnum in Italia cerei nomen docet; contra candelae tenuiores erant, & plures candelabro, cui nomen [d] ab iis inditum, figerentur, & aeque ex cera, atque ex ſevo fierent, unde dixit Cato [e] candelas ſevare. Si ergo faces, ſi cerei, ſi candelae cunctis in funeribus ſolemnes erant, quid Senecae reſpondendum? quid Servio? Hunc ego reor non tam ad faces reſpexiſſe, quam ad tempus nocturnum, quod ſi poſtea deſiit in indictivo funere, in acerbo obſervatum eſt, quare Virgilius [f]:

de more vetuſto
Funereas rapuere faces; lucet via longo
Ordine flammarum, & late diſcriminat agros.

Seneca vero dum pueros ad cereos efferri jubet, hoc ita intelligit, ut cereis tantum ac facibus honorarentur, non magno funebri apparatu. Edentuli vero infantes, de quibus nunc pauca ſubeunt, non carebant apparatu ſolum, ſed rogo etiam, ac tumulo: rogo quidem, quia crematio poſt dentem genitum [g] inſtituta, hinc Juvenalis ait [h]: *terra clauditur infans & minor igne rogi*: tumulo autem, quia cadaveris magnitudo non erat tanta, ut locus tumeſceret, ac propterea Rutilius Geminus [i] de Aſtianacte dixit: *melius ſuggrundarium quaereres, quam ſepulcrum.*

Sem-

a *Cap.* 84. Vid. *Card. Noriſ. ad Cenot. Piſan. Diſſ. III.* 6.
b *Satira III. v.* 103.
c *Propertius II. Eleg.* 7.
d *Varro IV. de L. L.*
e *De Re Ruſt. II. cap. ult.*
f *Aenead. XI v.* 142.
g *Tacitus Annal. XIII.*
h *Satira XV. v.* 139.
i *Laurentii Polymath. II.* 3.

Semper ne vero hic ritus valuit? Dubito, nec ſine cauſa. Res enim ſuccurrit inſolita planeque nova. Paucis abhinc annis ſepulcrum patuit in via Claudia, in quo prope urnam, ubi ſplendide amicta latebat mulier, infantes, illius fortaſſe pignora, jacebant duo, ſed ſtrati ambo in pavimento nudo, & nuſquam injecta humo, nobiliſſimis ſplendentibuſque nitentes veſtibus, qui matris inſtar vix tacti ſunt, illico in pulverem reſoluti ſui deſiderium reliquerunt. Quid ſibi velit hic ſepeliendi ritus, ſi a me quaeris, haereo. Sed quoniam manca erat parens, orbata nempe manu brachioque dextero, hinc videtur lux aliqua oboriri. Illam equidem morbo, aut vulnere ſic mutilatam reor, non deſunt vero, qui ſuſpicentur [a] Veſtalem fuiſſe, collegio expulſam, at obruta jam republica, ſupplicii foeditatem, qua nulla erat gravior [b], cum brachii diminutione immutaſſe. Veſtali de inceſta ſi ſuſpicari licet, non erit fortaſſe haec conjectura inanis. Veſtalis prolem jubebat lex in profluentem [c] projici: at quemadmodum in matrem, privilegio intercedente, mitior eſt lex adhibita, ita ejus filii, ut aliqua ſupplicii ſpecies ſervaretur, ſunt hac ratione ſepulcro traditi. Somniantem arguis? Rogo, meliora ut doceas, te vigilantem Oedipum. Dubitaverit forte quiſpiam, eos infantes tum legitimo e matrimonio genitos, tum ita conditos, quia ſub ortum una cum matre enecti nondum luſtricum attigiſſent diem, imo non adhuc humo ſublevati de more [d] paterna manu. At tanti non eſt hic ritus, ut nodum ſolvat. Nec enim ſplendide indutus, ſed nudus

dus

a *Ficoronius lib. cui tit.* la Bolla d'Oro. *Part. II. pag.* 50.

b *Dionyſ. Halicarnaſſ. II.*

c *Dionyſius ibid.*

d *Ovid. Triſt. l. 3. Macrob Saturn. I. 12.*

Digitized by Google

dus in nudam humum abjiciebatur vix natus infans. Quod ſi poſtea veſtiri debuit, faſciis opus erat, aut ligamento quodam, quale inter monumenta Middletoniana cernimus ad tab. II. ubi ex aere imaguncula muliebris porcellum dextera (victimam [a] ſolemnem Cereri) infantulum ſiniſtra geſtat fortaſſe mox [b] luſtrandum. Quid ergo de infantium cadaveribus humi jacentibus ſentiendum ſit, audire ab aliis malo, quam divinare. Ubi autem dixi, hanc aetatulam caruiſſe tumulo, non regulam ſine ulla exceptione ſtatutam volui. Nonnullis enim infantulis vix quadrageſimo exacto die tumulos cum titulis erectos cernimus. Juvenali vero, dum infantes *rogo minores* dicit, ne opponas Statium haec ſcribentem de Melioris liberto Glaucia [c]:

Plebs cuncta, nefas, & praevia flerunt
Agmina, Flaminio quae limite Milvius agger
Tranſvehit, immeritus flammis dum triſtibus infans
Traditur.

Nam Martialis quoque hunc Glauciam memorat, imo ut Melioris gratiam aucupetur, aſſentatorie ſimul ac frigide, putideque laudat, non infantem vero, ſed puerum vocat, & qui jam [d]

Bis ſenis modo meſſibus peractis
Vix unum puer applicabat annum.

Idem Statius [e] infantium ac puerorum funeri, tanquam quid proprium ac peculiare, tibias tribuere viſus eſt, ubi cecinit:

Tibia cui teneros ſuetum deducere manes.

At

a *Horat. Epod. II. 1. Fulvius Urſin. in Famil Vitia.*
b *Antiquit. Middletonian. Diſſ II.*
c *Dionyſ. ibid. ut ſupra.*
d *Lib. VI. Epigr. 21. 22.*
e *Thebaid. VI.*

At Lactantius, ſive Lutatius Placidius, cujus hic addo verba, tibias ad omnia juniorum funera ſpectaviſſe oſtendit: *Jubebat religio*, inquit, *ut majoribus mortuis tuba; minoribus tibia caneretur*, quo & illa Propertii pertinent [a]:

Ah, mea tum quales caneret tibi, Cynthia, cantus
Tibia, funeſta triſtior illa tuba?

Nec putes velim, haec dum Propertius ſcribebat, Auguſti aevo omnibus funeribus adfuiſſe tibias, propterea quod una feminarum, quae in C. Ceſtii pyramide [b] pictae ſunt, manibus haec inſtrumenta tenet. Siquidem frequens Romanis erat & varius tibiarum uſus, auctore Ovidio [c]:

Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,
Cantabat maeſtis tibia funeribus,

non quidem omnibus, ſed acerbis dumtaxat. Prudenter ideo Octavius Falconerius picturis, quas in Ceſtii monumento vidit, explicavitque, dignitatem ipſius Ceſtii ſemptemviralem ad poſteros propagatam exiſtimat, non indicatum funus, ut Bellorius [d] credidit errore ductus perinde ac ii, quibus nobile illud mauſoleum ad omnes epulones pertinuiſſe viſum eſt, cujus rei nullum ibi veſtigium extat, ne umbra quidem.

V. Infantibus praetextatos addo. Tenera haec aetas acerbo atque immaturo ademta interitu, ut parentes mirabiliter excruciabat, ita ab iiſdem miſerabiliter lugebatur, ſi minus publice, ſaltem privatim. Liberos enim non plures menſes publice fuit lugeri fas, quam quot annos vixiſſent, ad decem uſque, pueros vero trimo minores

a *Lib. II. Eleg. 7.*
b *Vid Octavius Falconer: Diſſ. de C. Ceſtii Pyramide.*
c *Faſtor. VI.*
d *Introductio ad Picturas ſepulcri Naſonior.*

res lugeri omnino nefas. Legem huic, quam Numa tulit, aliqua ex parte ſimilem in Thera, una ex Cycladibus obſervatam ferunt, in qua [a] pueri citra ſeptennium, aut viri ultra quinquageſimum annum indefleti fuerunt, quod illi vix primum vitae limen attigiſſent, hi ſatis diu vixiſſent. Funebrem laudationem, quae nulla publice eſt habita pro praetextatis, ſupplevere nonnulli ſcriptis & ſuis ipſorum, & amicorum. Ex hoc illum numero fuiſſe apparet, quem Horatius hortatur, ut verſibus ad fletum provocantibus imponat modum [b]:

Tu ſemper urges flebilibus modis
Myſten ademtum: nec tibi veſpero
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente ſolem.

Hic vero utcunque ſi miſerandus fuit, is certe Regulus orator, de quo ſic Plinius, irridendus erat. *Placuit ei lugere filium* [c]; *luget, ut nemo: placuit ſtatuas ejus & imagines quamplurimas facere: hoc omnibus officinis agit; illum coloribus, illum cera, illum aere, illum argento, illum auro, ebore, marmore effingit. Ipſe vero & nuper adhibito ingenti auditorio librum de vita ejus recitavit: tum eundem librum in exemplaria tranſcriptum mille per totam Italiam, provinciaſque dimiſit. Scripſit publice, ut a decurionibus eligeretur vocaliſſimus aliquis ex ipſis, qui legeret eum populo.* Idem Regulus, quum ejus non dolor quidem, ſed oſtentatio doloris eſſet, ejuſdem in filii funere mannulos [d] multos & junctos & ſolutos, vel currum nempe trahentes, aut vehiculo inſuetos, canes quoque majores

a *Alexander Neap. Gen. D.*
b *Lib. II. Od. 9.*
c *Lib. IV. epiſt. 7.*
d *Idem ibid. epiſt. 2.*

res, minoreſque, luſcinias, pſittacos, merulas, quas habebat puer, omnes circa rogum trucidari juſſit. De canibus nota, ſimile quidpiam Aegyptiis placuiſſe, qui, humano cadavere more gentis condito, quaſi comitem addebant catulum, quorum unus dentibus eximie renidentibus inventus in Aegypto eſt a Joanne [a] Weſſingo. Apud Homerum quoque [b] gemini catelli imponuntur pyrae, & Achilles ad Patrocli funus praeter quatuor equos, & duodecim lectiſſimos Trojanos juvenes, quos ipſemet ceperat, duos etiam canes jugulatos in flammam jecit. Ceterum, quae pueri in vivis cariſſima habuerant, ea parentes in rogum conjicere conſueviſſe, ex iis, quae de aliorum funeribus dicta ſunt, facile quiſque colliget, tum mox probabitur ex crepundiis, quae in eorum loculis ſaepenumero inveniuntur, neque Ethnicorum minus, quam Chriſtianorum, ut fidem prae ceteris diſerte facit Boldettus *de Coemeteriis*. Interea ab rogo ne diſcedamus, combuſto filii cadavere mater officio funerae fungebatur, ac nudis pedibus, paſſiſque crinibus, & luctu perdita inter gemitus oſſa & cineres colligebat, fovebatque ſinu, quare Tibullus [c]:

non hic tibi mater,
Quae legat in maeſtos oſſa peruſta ſinus.

Patres etiam teſtatur Seneca [d] hoc officio functos, a quo & ſorores, & fratres non abhorruiſſe Dio [e], & Ovidius docent: alter enim Caligulam oſſa matris, & fratrum manu ſua legiſſe ſcribit, & Romam delata in Auguſti mauſoleo repoſuiſſe: alter vero ait [f]:

X Ter-

a *Thomaſinus de Donar. Vet. III.*
b *Iliad. XXIII.*
c *Lib. I. Eleg. 3.*
d *De Conſolat. ad Helv.*
e *Dio libro IV.*
f *Ovidius Faſtor. III.*

Terque vale, dixit, cineres ter ad ora relatos
Preſſit, & eſt illis viſa ſubeſſe ſoror.

Tum cineres poſtquam exterſerant, & oſſa ſupremis oſculis delibaverant, quam pretioſis urnis, quam variis, quam elegantibus commendarent, res eſt non verbis perſequenda, ſed luſtranda oculis in potentum villis ac muſeis, ubi paſſim lautitiae hujuſmodi varietate, materia, opere ſpectatiſſimae adſervantur. Anaglypha, verborum blandimenta, crepundia ſepulcris addita quamvis ea quoque ſunt, quae ſub oculos ponere, & commode explicare vix quiſquam poſſit: de his tamen generatim haec habe pauca.

VI. Cur Ethnici vita functos imaginibus, cantu, comitatu, ludis, exequiis, lamentis, laudationibus, ſepulcrorum etiam inſanis molibus, aliorumque celebritate honorum proſequerentur, eam docet Cicero [a] haud poſtremam fuiſſe cauſam, inanem certe, ſed pro erroribus, qui mentes hominum occupabant, plus nimio abnormibus probatiſſimam, quod mortuos nimirum, ut omnibus vitae commodis privatos, ita quicquid iis decoris amici, heredes, conſanguinei, clienteſque afferrent, eoſdem id ſentire arbitrabantur. Et aeque haec de viris, ac de pueris opinio erat. Hinc tot ludicra anaglypha in ſepulcris. Quae ſane, ceteros ut auctores valere jubeam, vel unus abunde ſatis oſtendere Fabrettus [b] poteſt, qui ad P. Severani marmor tres pueros deſcribit, quorum primus adducit porcum, ſecundus dextera papilionem, ſiniſtra corollam tenet, tertius dextera aviculam, ſiniſtra botrum: ad Demetrii lapidem oſtendit puerulum geſtantem ſini-

a *Tuſculan. Quaeſt. I.*

b *Ant. Inſcr. V. p. 382. & ſeqq.*

ſiniſtra pateram, lignum dextera impellentem, cujus extremitati adhaeret rota: alibi Silenum memorat cum aſello pueris circumludentibus, alibi ſerta, lepuſculos, aves, equos, vindemias, venationes, decurſiones circenſes, duobus hinc inde Geniis agitantibus currus, quos columbae trahunt. Chriſtianorum pietas quanquam ab hiſce ludicris non abhorruit, ea tamen certis fidei characteribus conſecravit. Ex innumeris, quibus muſea nitent, hujus generis monumentis, hoc unum dabit ex adverſariis ſuis P. Paulus M. Paciaudius Cl. R. tam diligens antiquitatis cuſtos, quam interpres ejuſdem ſagax, ſive ea profana ſit, ſive ſacra. Habet is ergo hunc titulum circulo inſcriptum AVRELIVS. FILTATVS. FECIT. FILIAE. DVLCISSIMAE. AC ICILI. AEQVIRATI. Initio tituli eſt ſacroſanctum Chriſti monogramma: ad unum latus tres Genii, quorum duo ſuſtentant diſcum, tertius facem inverſam: ad alterum S. Daniel manibus expanſis orat, ad cujus pedes leo. Inter cetera vero anaglypha Fabrettus affirmat, [a] nihil ſe frequentius inveniſſe, quam Elyſiorum loca, quae alii [b] in inſulis circa mare Athlanticum, alii [c] ultra oceanum collocabant, exprimebantque perſaepe in gemmis [d]. Facit prae ceteris ad rem noſtram Borioni [e] cameus ille, in quo tres Genii in concha navigant ad Elyſios: eorum alter rectus velum regit, alter jacens urnulam cinerum manu geſtat, & quidem pueri: nam tertius tibias inflat, puerorum, juniorumque comites ad ſepulcrum. Concha alludit fortaſſe ad Venerem,

 de

a *Ibid. pag. 382. 383.*
b *Nat. Com. Mith. III 19.*
c *Homer. Odyſſ. V.*
d *Gorlaei Dactyl. Auguſtin. Gemm. Bonarrot ad Vitr. Gorii Columbar. & Muſ. Florent.*
e *Rodulphin. Venut. in Collectan. Tab. XL.*

de qua Tibullus [a]:

Et faveas concha, Cypria, vecta tua,

& quam ſibi propitiam optat ad Elyſios ducem [b]:

Ipſa Venus campos ducet in Elyſios.

Quid cum mortuis Veneri? quia & Lucifer, & Veſper eſt, ſolis comes orientis & occidentis, qui ſaepe expreſſus in ſepulcris tanquam ortus, & mortis ſymbolum. De verborum blandimentis, quibus nihil frequentius in puerorum titulis, non dicam multa, quum res per ſe pateat in carminibus, quae ſequentem ornant hujus Anthologiae Claſſem. Parentum caritas, neque ethnicorum minus, quam Chriſtianorum, in puerorum inſcriptionibus ſaepe his blanditiis uſa [d] DULCIS ANIMA item ANIMA MELEIA ſeu mellita, & aliis vocum illecebris, inter quas illa palmaris eſt, quod pueriles urnae non ſemel DOMINI titulo [e] decorentur, quae nuncupatio fuit quoque inter conjuges uſitata [f]; itemque a liberis etiam parentes honoris gratia nuncupari dominos conſueviſſe fidem facit epigraphe ſtatuae appoſita, quam Romulus [g] erexit DOMINO PATRI M. Val. Maxentio. Jam vero quum moris eſſet, ut ſupra dixi, mortuorum corpora cum rebus una, quas in vivis dilexerant, ſepeliri, iccirco in puerorum puellarumque loculis crepundia ſaepe inventa ſunt, nempe luſoriae teſſerae, tintinnabula [h], fibulae, acus, ſpecula, praeſertim bullae, de quibus infra, & annuli variis diſtincti gemmis & cameis. Inter crepundia numera ſuculas, catellos, mures ex auro, vel argento, itemque enſiculos, ſecuriculas,

a *Lib. III Eleg. 3.*
b *Lib. I. Eleg. 3.*
c *Cic. de Nat. Deor. II.* 20.
d *Fabrett p. 575. & ſeqq.*
e *Idem pag. 582.*
f *Sveton. Claud. 39. Index Gruter. pag. XIV.*
g *Vignolius adColumn. Antonin. p.* 315.
h Vid. *Boldet. de Coemeter. & Ficoronius loc. cit.*

culas, ſiculas aureas, vel argenteas, variaſque effigies aut Gorgonis, aut animalium inſculptas laminis nunc eburneis, nunc aureis, nunc argenteis, & alia hujuſmodi, quaſi delectationem eſſent pueris non mediocrem allatura. Quoad diverſas animantium formas Epicteta quaedam Spartana nobilis teſtamento ſuo, quo nihil uſquam vetuſtius reperiri poſſe exiſtimat Cl. Marchio Maffejus [a], Phoenicem tradit maritum ſuum demortuo filio Crateſilocho muſeum dedicaviſſe (ita ſepulcrum nominat) ubi praeter muſarum ſimulacra, & ſtatuas tum filii, tum ſui ipſius, penicillo exhiberi voluit varias animantium formas, eo fortaſſe modo elaboratas, quo intexta [b] aulaea, quae Comicus [c] appellat *tapetia belluata*. De ſepulcralibus puerorum ſolatiis dictum eſt. Deinceps, ut ſpopondi, de praecipuo pueritiae inſigni, quod & ſaepe cum cineribus una eſt conditum, de Bulla dicatur.

VII. Quanquam copioſe Ficoronius [d] ſcripſerit de Bulla Aurea: nonnulla hic tamen fortaſſe occurrent, quae ille aut minus recte interpretatus eſt, aut plane omiſit. Bullas, patriciorum [e] primo, deinde proprias etiam equeſtris ordinis, cujus liberos Cicero [f] *bullatos* nominat, & Juvenalis [g], bullas, inquam, ut cetera, & rogo, & loculis olim injectas, Svetonius tradit in funere Julii Caeſaris, & ſepulcralibus ex anaglyphis demonſtratur. Celebratiſſima quippe urna, quae vulgo audit ſepulcrum Bacchi, nunc in via Nomentana, olim in Hadriani mole, praeter Bacchum puerum, juvenem, ac ſenem,

a *Muſ. Veron. p XV. & ſeqq.*
b *Ibid pag XVII.*
c *Plautus in Pſeud.*
d *Romae edit. Ann. 1732.*
e *Macrob: Saturnal. I 6.*
f *In Verrin. I Plin. XXXIII. 1.*
g *Sat. XIV.* Vid *Plutarch. Problem. 101. Feſt. lib. II. in fine.*

nem cum Bacchante in operculo XII. oſtentat pueros, quorum ſingulis, dum vindemiam ludibundi exercent, ornamento eſt *nobile pectoris aurum*, uti Statius bullam in ſilvis vocat, unde exſculpere licet, in Caeſarea domo hoc inſigne magni fuiſſe habitum, ſicut in Tiberio Svetonius teſtis eſt, & muſeum capitolinum, ubi cum Agrippina cernitur bullatus Nero. In villa Panfilia ad viam Aureliam cernitur hoc inſigne in urna ſepulcrali, ubi conditus fuit jam Romano, ut ſculptura docet, ad occaſum vergente imperio, juvenis praetextatus, idemque, credo, a poetarum ſtudiis non alienus. Etenim cum Apolline, Hercule Muſagete, Muſa Clio, & aliis figuris, omnibus perſonatis, inſculptus eſt juvenis praetexta, laurea, bulla inſignis, dextera librum tenens, a quo non longe abeſt templum, forſan muſarum, ſi vere adoleſcens poeta fuit, cujus nomen & cetera, mutilato marmore, deſiderantur; tantum conſtat, filium extitiſſe Fl. Valeriani, qui ejus funus feciſſe queritur, & formula in juvenum titulis admodum uſitata, vehementer dolet VIDISSE TANTVM SCELVS. Quum ergo Bulla, *ornamentum pueritiae*, ut ait Cicero [a], *indicium atque inſigne fortunae*, ſepulcralibus in lapidibus inſculpta ſit, id argumento eſt, eaſdem olim cum praetextatis haud ſemel flammis fuiſſe traditas, aut ſepultas. Quarto ab Urbe milliario in via Praeneſtina caſu mauſoleum patuit, ibique in urna pereleganti ex lapide onyce pueriles inter cineres bulla aurea reperta eſt, jure magni curioſis habita, quod aureum ex ea pendebat, ſed perexiguum, idolum Pantheum, iis ſimillimum, de quibus a nobis alias dictum eſt [b], Serapi-

a *In Verr. I. 58.*

b *Diſſ. I. pag. 27.*

rapidis, Iſidis, Deae Copiae, Aeſculapii, & Fortunae ſymbolis exornatam, unde liquet, amuleta, quae in vivis ad avertendum faſcinum geſtabantur, poſt mortem quoque fuiſſe adhibita, ne magicis eſſent evocationibus obnoxii manes. Externum hoc amuletum ſuſpicandi occaſionem praebere dixeris, illud fuiſſe ingenuis in more poſitum, ut amuleta, vel Caeſarum imagunculae [a] ad procurandam felicitatem in bullis intus includerentur. Aucta in urbe ſuperſtitione ſuſpicari id ſane licet, non definire. Nam bullae origo, de qua nihil certi proditum eſt, ſive Romulo [b], ſive Tarquinio Priſco [c], ſive Etruſcis [d] tribuatur, primis temporibus nullam habuit ſuperſtitionem. Nec praeterea exterius quicquam amuleto ſimile in bullis, quae ſuperſtites in ſtatuis ſunt, eminere cernimus, neque interius quidpiam Cauſeus memorat in bulla muſei Chiſiani [e] triginta & amplius philippeis aeſtimata. Huic praeter pondus raritas pretium auget, quia pueri nomen inſcriptum habet CATVLVS. Cauſeus [f], Baudelotius [g], Montfauconius [h] non puerilem hanc bullam putant, ſed triumphalem, & a Q. Lutatio Catulo, C. Marii collega, in triumpho Cimbrico uſurpatam. Quid ita? quia grandis & ponderoſa nimis. An unciae pondus, quo illa eſt minor, commode a puero geſtari nequit? Ne id quidem ſenſerint, qui in roſa vivunt. Quid? quod triumphales bullae certo, cui innitantur, auctore carent? Scriptores enim ex veteribus ſi demas duos, Macrobium ſcilicet, ac Plutarchum, ſilentium invenies ubique

a *Diſſ. II. pag. 176.*
b *Plutarch. in vit. Romuli.*
c *Plinius H. N. XXXI. 1.*
d *Juvenalis Sat. V. 165.*
e *Muſ. Rom. de Lucern. Tab. VI.*
f *Ibidem pag. 103.*
g *Hiſt. Acad. Pariſ. Inſcript. Vol. III. pag. 230.*
h *Antiq. Vol. III part. I. lib. II 10.*

que altiſſimum [a] de triumphantium bulla. Adde hac in re illud ſcriptorum par momenti ac ponderis habere nihil. Macrobius [b] quippe tantum de aetate loquitur ante Tarquinium Priſcum, ſed ſententiam nec ut ſuam, nec ut certam profert, tantum ex multis proponit unam, quam poſtea rejicit. Plutarchus autem [c] non triumphanti, ſed ſeni cuidam ridiculo per jocum in triumpho bullam eſſe traditam narrat, ut res ab hoſte pueriliter geſta indicaretur, unde proverbium ortum [d] dic, *ſenior Bulla digniſſime*. Contra Livius ubi numerat [e] ornamenta triumphalia Maſſaniſſae data, nihil de bulla: item nihil nummi, columnae, ſtatuae, ac monumenta, in quibus triumphantium ornatus extat. Pierius Valerianus [f] quum triumphatorem bulla inſignem exhibet, ingenio ipſe ſuo [g], non hiſtoriae indulſit, nec vetus aliquod monumentum ſequutus eſt. Itaque in bulla Chiſiana Catulus deſignat puerum, non virum triumpho illuſtrem. Nominis inſcriptionem in bulla, eruditorum [h] opinio eſt, aut penes cujuſque arbitrium fuiſſe, aut tunc eſſe additam, quandó haec crepundia Diis [i], praeſertim Laribus dedicabantur [k]. Statum hujuſce dedicationis diem Salianus [l] tradit XVII. Martii. Falſo. Data eſt enim quolibet anni tempore [m] toga pura. Ovidius autem, quo Salianus auctore innititur, id tantum docet XVII. Martii, quum liberalia dicata Baccho peragebantur, majore ut frequentia cele-

a *Conyers Middleton. Antiq. Erud. Tab. III*
b *Saturn. lib. I. 6.*
c *In vit Romuli.*
d *Juvenal. Sat. XIII. 33.*
e *Lib. XXX. 15.*
f *Hieroglyph. de Bulla pag. 301.*
g *Antiq. Middleton. pag. 45.*
h *Ficoron. & Middleton ibid.*
i *Propert. IV. Eleg. 1.*
k *Perſius Satira V.*
l *Ad An. Mundi 4049.*
m *Cic. ad Attic IX. Ep. antepenult & ultima. Dio LV. Spartian. de Sever. Septim. 16.*

celebrarentur, tum praetextatis licuiſſe ſumere togam liberam [a]:

Ergo, ut tironum celebrare frequentia poſſit,
Viſa dies dandae non aliena togae.

De aetatis anno, quo bulla Diis, depoſita cuſtode purpura, dicaretur, non ſatis graviſſimos inter Scriptores convenit. Keplerus [b], & Octavius Ferrarius [c] pugnant pro exacto aetatis anno XIV., Sigonius [d] pro XVI. ineunte: Gruchius [e], Scaliger [f], Salmaſius [g], Manutius [h], & alii contendunt pro XVII. jam inchoato. At Eminentiſſimus Noriſius [i], quanquam non diſſimulat, togae tempus Auguſtos nunc maturaſſe, nunc prorogaſſe, tamen ordine chronologico evincit, adoleſcentes adhuc ſtante republica, & ſub primis Caeſaribus, expleto XV., & inito XVI. virilem togam induiſſe, ac bullam Laribus dedicaſſe. Cujus dedicationis an index titulus adderetur, in dubio eſt, niſi ſi Svetonium BajisTiberii bullam cum chlamyde & fibula, quod a veritate non abhorret, noviſſe ex nomine, aut ex epigraphe arbitrere. Certe feminae, quae a pueris id decoris, ut jam alibi obſervavimus [k], mutuatae ſunt, quum bullas non certo tempore, ſed quandocunque, & voti cauſa dicabant non quidem Laribus, at quibuslibet Diis Deabuſve, titulum interdum addere conſueverunt, fidem faciente lapide, quem falſo Thomaſinus [l] interpretatur de pueritiae inſigni, quum ibi Sabbatis Claudiae domus liberta Junoni Placidae bul-

 lam

a *Faſtor. III.*
b *Cap. 10 de An Natali Chriſti D.*
c *De Re Veſt. II. 1.*
d *De Judic Rom. III. 19.*
e *De Comitiis II 4.*
f *In Euſeb. ad num. 1964.*
g *Commentar ad vit. Commodi.*
h *Epiſt. de Toga.*
i *Diſſ II ad Cenot Piſan.*
k *Diſſ. I. p. 24. Diſſ VI. num. 14.*
l *De Donar. Vet. XI.*

lam dicarit ſuam. Perperam quoque idem auctor ad puerorum crepundia traduxit bullam auream, quae prope Nemauſum inventa eſt, ex aurea catenula collo marmoreae Veneris alligata, quam mulieris omnino, non pueri donarium fuiſſe exiſtimo. Etenim non pridem ad templum Fortunae Praeneſtinae cubiculum detectum eſt, ubi inter votiva ſigillaria pene innumerabilia, mulierum apparuit turba plurima cum bulla de collo pendula. Hanc enim & puellas accepiſſe Plautus ſignificat [a],

Et Bulla aurea eſt, pater quam dedit mihi natali die.

Sed ſi eorum, qui equo meruiſſent, filii bullas habebant aureas, ceteri ſcorteas [b], quid jam de feminis ſentiendum? Rationem arbitror habendam eſſe non generis, ſed divitiarum, & religionis. Quam gerebant feminae, pro cujuſque opibus majoris erat, aut minoris pretii, ac ſicut divites non tam ex auro, quam ex chryſtallo, ex amethyſtis, ex zaphyris compoſita cum amuletis haec ornamenta habebant, qualia Ficoronius [c] in urnis cinerariis nactus eſt, ſic pauperes egenteſque ex quacunque vulgari materia comparabant nedum ex loro, cujuſmodi ſemper extiterunt libertinorum bullae, quarum nonnullas ex monumentis Peruſinis [d] Dempſterus prodidit, Etruſcae ſimul, & Romanae antiquitatis lumen. Sive ex auro, ſive ex corio puerilia haec crepundia quali forma eſſent, multis latuit Scriptoribus magni nominis. Fontejo [e], Martino [f], Commentatoribus Perſii ad uſum Delphini, Camillo

a *Rudent. IV. 4. v. 127.*

b *Aſcon III Verrin. Juvenal. Sat. V. Plin l. c.*

c *Ibid. ut ſupra.*

d *Vol. I. Tab. 45. pag. 305.* Vid. *Ficoron. pag. 23.*

e *Commentar. de Gente Caeſia.*

f *Martinus Martin. in Dictionar. Etymolog.*

millo Silveſtrio ad Juvenalem [a], Caſalio [b], Jacopono [c], Aringho [d], Calepino & aliis, qui bullam inſtar cordis efformatam putaverunt, ut eam inſpiciens puer tum demum ſe hominem crederet, ſi corde praeſtaret, Macrobius egregie impoſuit, cujus haec ſunt verba [e]: ***nonnulli credunt ingenuis pueris attributum, ut cordis figuram in bulla ante pectus adnecterent***. At reclamant huic opinioni quotquot ſuperſunt bullae in villis Burgheſia, & Juſtiniana, in viridario Columnenſi, in domo Barberina, in muſeo Albano, & Capitolino, ubi hoc inſigne inſtar globi rotundum eſt, quale & in XII. videtur pueris, qui in urna jam citata ex Hadriani mole vindemiam agunt, & quale cernitur in nummis Liciniae gentis cum epigraphe: M. LEPIDVS A. XV. H. O. C. S. nempe *Anno* XV., vel *annorum* XV. *hoſtem occidit*, *civem ſervavit*, cujus operis indicem Valerius [f] memorat in capitolio ſtatuam bullatam, & incinctam praetexta S. C. poſitam. Ac praeter Dempſterum, Sponium [g], Bonarrotium [h] rem ob oculos ponunt Cauſeus, & Ficoronius. Nam quas proferunt, bullas aperte patet duabus conſtare laminis concavis, quae ſimul conjunctae corpus efficiunt ſphaericum, cui pro conamento virgula item aurea, ſed vacua adhaerebat, qua funiculus ſeu catenula ducebatur, ut collo ſuſpenderetur. Unde ergo ſupradictus irrepſit error? Suſpicatur aliquis [i] a vetere Eccleſiae ritu. Primis ſeculis, ut amuleta deteſtarentur, gerebant Chriſtiani de collo pendulam figuram cordis non ex auro, non ex gemmis, ſed ex

 cera

a *Sat. V ad v. 165.*
b *De Vet. Chriſtian. rit. pag. 265.*
c *De priſc. Caeſ. gen. c. 16.*
d *Rom. ſubterr. VI. 50. p. 690. & ſeqq.*
e *Ibid. ut ſupra.*
f *Val. Max. III. 1.*
g *Miſcell. Sect IX. p. 299.*
h *Muſ. Carpin. XI. p. 235.*
i *Vid. Ficoron. ibid. pag. 14. Aringh. loc. cit.*

Digitized by Google

cera Paſchali, quae dicitur *Agnus Dei*. Talis apud Caſalium [a] cernitur in effigie non pueri, ut ipſe credidit, praetextati cum bulla aurea, ſed Chriſtianae puellae, cujus ex collo pendet Agnus Dei perveniens uſque ad umbilicum, ſecus ac bulla *nobile pectoris aurum* nuncupata. Jam vero quum Macrobius floruerit IV. Eccleſiae ſeculo jam exeunte, ejus hinc opinionem fluxiſſe Ficoronius putat. Sed vereor, ne ſuſpicionem ipſe ſuam refellere videatur. Siquidem in prima Tabula perexiguam, in qua Zenonis quinarius incluſus erat, producit bullam, cujus forma quum aeque ac primis ſeculis rotunda ſit, atque ſphaerica, multo magis ſub Honorio, & Theodoſio juniore, quorum aevo Macrobius floruit, eadem eſſe debuit, quare cauſam non video, cur Macrobius de bullae forma, quae qualis eſſet, intuebatur, ſacras Chriſtianorum ceras conſuleret, quae praeſertim nec ſingulae cordis inſtar efformabantur, neque ullo cum his crepundiis affinitatis vinculo continebantur. Unde vero illa Macrobium ſuſpicio inceſſerit, audire ab aliis malo, quam curioſius inquirere: quanquam inquiſitione non arbitror opus eſſe; nam ille ſe palam indicat, & ſuſpicionem fatetur ſuam ex ea, quae id temporis quorundam erat, opinione duxiſſe, & ideo ait, *nonnulli credunt*, quia fortaſſe in nobili hoc pueritiae inſigni ſicut quoad magnitudinem & materiam, ita quoad figuram mutatio, quae in praeſens latet, interdum aliqua facta eſt. Bulla aurea, quandiu duraverit, niſi qui omnia antiquitatis adyta rimatus ſit, rem is definiet, praeterea nemo. Incerta ejus ſicut origo, ita abolitio eſt. Illa quidem, in qua Zenonis quinarius

a *Loco ſupra citato.*

narius inventus fuit, & perexigua & argentea eſt, unde licet cum Ficoronio arguere, eo tempore jam bullam auream deſiiſſe. Benigne Lector, ſi identidem nonnulla a nobis, quae nec propoſita ſunt hoc loco, nec neceſſaria, commemorantur, veterum me morem gerere ſcias velim, qui in pompa funebri aliquos etiam, qui minime luctum ſaperent, admiſerunt ritus, non funeſta, quocunque oculi inciderent, non atrata, non ſqualida eſſe omnia voluerunt. Jam vero ſic res agetur, ut praetextam excipiat virilis toga.

VIII. Quae nunc ſe offerunt, parentum extrema officia in liberos jam adultos, nihil habebant amplius, quam quae ſupra relata ſunt, & quod, ſi filius in republica claruiſſet, a patre publice laudabatur [a], ſicut a filio pater, niſi neceſſitas id officii viro aut proximo [b], aut ſapientiſſimo delegaret [c]. Hae orationes, de quibus jam in I. Volumine [d] dictum eſt, non habitae tantum publice, ſed & nonnunquam vulgatae ſunt, in tablinis praeterea, tanquam familiae ornamenta, diligenter ſervatae, ut ſi quis ejuſdem generis occidiſſet, uſui [e] eſſent, & memoriam rerum domeſticarum cuſtodirent, illuſtrarentque nobilitatem. Carminibus etiam a conſanguineis ſuorum mortem defletam eſſe, ne de poetis loquar, exemplo eſt Tiberius, vere Crocodilus [f], qui aemulo imperii extincto, nimirum Lucio Maſſiliae immature [g] ſublato, carmen lyricum publicavit, cui titulum dedit [h]: *Conqueſtio de Lucii Caeſaris morte*. Sed ad parentes. Celebris in hiſtoria eſt

Fa-

a *Plutarch. in Fabii vita. Liv. lib. II. Dion. Halic. lib X. de fil Appii.*
b *Polyb. VI. Cic II. de Leg.*
c *Appian. lib I de fun. Syllae.*
d *Diſſ. III pag. 215.*
e *Cic. in Bruto. Plin II. ep. 1.*
f Vid. *Card. Noriſ. ad Cenotaph. Piſan. Diſſ II 15*
g *Florus lib. IV. c. ult.*
h *Suet. Aug. 70.*

Fabius Maximus, qui in funere filii tametſi ſummo dolore affectus, tamen orationem non infracta voce, magnoque ſpiritu ad populum de ejus laudibus recitavit. Huic ſimilis in filiorum obitu paterna virtus cum ſaepe alibi, tum praecipue in conſolatione pro Tulliola multis exemplis undique cumulatis copioſiſſime commendatur. Q. Maximus filium conſularem, L. Paulus duos paucis diebus amiſſos, M. Cato praetorem deſignatum, non luxerunt. Quid M. Bibulus? poſtquam toto conſulatu domi delituerat, quo die de obitu duorum filiorum certior fuit, in ſenatum venit, & munus conſulare obivit. Hic quoque dat locum Seneca [a] Aſinio Pollioni, qui Auguſto, cui cariſſimus erat, familiariter querenti, quod in obitu Caji pleno convivio coenaſſet, reſcripſit: *eo die coenavi, quo Herium filium amiſi. Quis exigeret majorem ab amico dolorem, quam a patre?* Eodem in numero hiſtoria collocat Anaxagoram, Xenophontem, & M. Antoninum philoſophum, qui decreto inhibuit, ne Romani ultra quinque dies lugerent ſublatum ſibi filium, ſummae ſpei adoleſcentem. Neque hac conſtantia minor habenda eſt patria in filios pietas ab hoſte caeſos. Teſtis eſto prae ceteris, quos numerare haud vacat, Priamus ille rex, quem Homerus narrat, nullis apud Achillem precibus, nulli capitis periculo, nulli pretio [b] peperciſſe, Hectorem ut redimeret, ac ſepeliret, Mercurio etiam ad pietatis officium invocato [c]:

Quin & Atridas, duce te, ſuperbos
Ilio dives Priamus relicto,
Theſſalos ignes & iniqua Trojae
Caſtra fefellit.

Gra-

a *In Procem. Controv. IV.* b *Iliad. ultimo.* c *Horat. Lib. I. Ode 9.*

Gratum & parentibus in primis erat, una cum liberorum cineribus recondi ſuos, illi ſi probi extiterant, contra, ſi improbi. Hujus argumenti celebre in Auguſto exemplum eſt, qui [a] Julias filiam, & neptem, utramque in hiſtoria infamem, ſui conſortium ſepulcri conſequi teſtamento vetuit. At Mezentii, licet tyranni immaniſſimi, haec apud Aeneam oratio eſt [b].

Unum hoc, per ſi qua eſt victis venia hoſtibus, oro,
Corpus humo patiare tegi: ſcio acerba meorum
Circumſtare odia: hunc, oro, defende furorem,
Et me conſortem nati concede ſepulcro.

Si marmorum auctoritatem cupis, hoc unum ſit inſtar omnium, ubi & *Quintilius* & *Quinctilius* legitur, ut fruſtra Turnebus [c] primam ſcribendi rationem, Fabrettus alteram mordicus tueatur ad eundem hunc lapidem:

DIS MANIBVS	DIS . MANIBVS
A. QVINTILIO	A. QVINCTILIO
AMPLIATO	DIOPHANTO
VIXIT . ANNIS . XVIII	PATRI . QVI . ROGAVIT
MENSIBVS XI	VT . PARITER
DIEBVS VIII	OSSA . EIVS
RELICTIS . PARENTIBVS	QVESCERENT *sic*
SVIS	
INFELICISSIMIS	

Verum non opus eſt verbis, ubi res ipſa loquitur. Cineraria enim inventa ſunt intrinſecus in duos diſtincta loculos ſive cellulas, ut ibi eorum cineres, qui viventes affinitatis vinculo conjuncti fuerant, etiam quietis propinqui-

a *Svet. Aug.* 65 *Dio* 56.
b *Virg. Aenead. XI.* 902.
c *Adverſar. XXX.* 28.

quitate perfrui viderentur, quare deinceps & uſus placuit ſepulcri biſomi, triſomi, quadriſomi, nimirum arculae, quae apta eſſet duobus, vel tribus, aut quatuor etiam corporibus continendis. Alibi pervetus hoc inſtitutum. De Salaminis inſulae dominio lis celeberrima olim extitit Athenienſes inter, & Megarenſes: hi ſuam vindicabant, quod terni quaternique, ſecus ac Athenis, in uno loculo conſepulti jacerent mortui. Et quanquam Plutarchus [a], & Aelianus [b] ferant, litem a Solone Athenienſibus adjudicatam, quod cadaverum facies eſſent Attico more ad occaſum verſae: Laertius tamen, qui ſententiae ſuae Scholiaſten Thucididis [c] adſtipulatorem laudat, Athenienſes ad orientem tradit, Megarenſes conſueviſſe ad occaſum more patrio ſepeliri. Ceterum ut dulce fuit parentibus cum filiorum, & filiis cum parentum cineribus ſepeliri, ita privignis cum novercarum oſſibus commiſceri odioſum erat, & ſi aliter quandoque contigit, veluti res vix credibilis notata eſt. En tibi, tanquam corollarium, utrumque exemplum [d]

D M

PLIONICI . PRIVIGNI . ET . DYSCHERIAE . NOVERCAE . CINERES

HEIC . CONDITI . PRISTINI . ODII . MEMORES . VNA . RENVVNT

ſic COMISCERI

Accipe huic quoque marmor omnino oppoſitum [e]:

PHILAENTIVS . PRIVIGNVS . ET . DVSERIS . NOVERCA . IN

VITA . VIX . CREDIBILE

VNANIMES

MORTVI . HAC . EADEM . VRNA . CONCORDES . REQVIESCVNT

Gra-

a *In vita Solonis.*
b *Var. Hiſtor. V. 14. VII. 19.*
c *Libro primo.*
d *Fabrett. III pag 201.*
e *Fabrett. ibid. p. 202.*

Gradum a privatorum facio, ut propoſitum erat, ad Auguſtorum liberos, aut propinquos.

IX. Honores poſtumi Caeſarum liberis & conſanguineis, gliſcente quotidie magis adulatione, publice habiti nec certum novere finem, nec modum conſervaverunt: itaque ne id profiteri videar, quod non poſſim implere, ipſa duntaxat imperii exordia, unde reliquorum, quae conſequuta ſunt, ſumatur regula, contemplabor. Ac primo, quod minus diſtinɑe alibi, enucleatius agam, deinde cetera. Nulla temporum, ſeu reipublicae, ſive Caeſarum, ratione habita, dixi in Diſſertatione III. Numero VI. in publico funere poſt feretrum magiſtratus mutata veſte, verſiſque faſcibus inceſſiſſe. Recte, ſi de Caeſarum dominatu, ſecus, ſi de republica res agatur. Ab Aegyptiis, qui primi [a] Liberum, ſive Oſirim a fratre Typhone occiſum, mutata veſte luxerunt, gentibus hic mos eſt traditus. Et Romae quidem privatis placuit in ſuorum funeribus, in calamitate publica univerſis: ideo Ninnius [b] tribunus plebis, quum Ciceroni a Clodio dies indicta eſſet, cives *ut veſtem, tanquam in publica calamitate, mutarent, hortatus eſt*; quod Tullius & ſaepe alias honori ſibi ampliſſimo [c] deputavit, & in Seſtiana in primis: *quid enim*, ait, *quiſquam poteſt ex omni memoria ſumere exemplum illuſtrius, quam pro uno cive & bonos omnes privato conſenſu, & univerſum ſenatum publico conſilio mutaſſe veſtem?* Et jure ſibi ac veriſſime, quicquid contra Gutherius [d] ſentiat, ita Cicero gratulatur. Conjecto in carcerem Manlio [e] magna pars plebis: cenſoribus indicta die

 a Ra-

a *Serv. XI. Aenead.*
b *Dio XXXVIII.*
c *Orat. pro Planc. & poſt red. ad Senatum.*
d *De Jur. Man. III. 29.*
e *Flor. Epitome 105.*

a [a] Rabirio tribuno plebis, principes civitatis mutarunt veſtem, ſed nullo publico conſilio, ſicut Ciceronis gratia, id factum legimus, ne poſt Cannenſem quidem offenſionem; tum quippe ſi luctus s. c. triginta diebus [b] finitus eſt, non eſt indictus. At quod Tullio ob invidiam Clodianam, poſt mortem nemini conceſſum eſt. Nam Syllae exequiis, quas omnium celeberrimas [c] deſcribit Appianus, interfuit *ſenatus univerſus, & magiſtratus cum ſuis inſignibus*; non laticlavia ille, non hi praetextas depoſuere. Roma in funere juſtitium publicum, pullatum populum, ſenatum in veſte equeſtri, & magiſtratus ſine inſignibus primum vidit Auguſto, non ut putabat Gutherius [d], vita functo, ſed regnante, nec quum matrem amiſit Atiam, cui datus honor [e] publicae ſepulturae, praeterea nihil (ſenatus enim nondum uni didicerat inſervire) ſed ejus nepote ex Octavia ſorore Marcello extincto; itaque Albinovanus:

Vidimus erepta maerentem ſtirpe ſororis:
Luctus, ut in Druſo, publicus ille fuit.

Juſtitii luctuſque formam in Druſi funere ſic idem poëta ob oculos ponit:

Urbs gemit, & vultum miſerabilis induit unum:
Gentibus adverſis forma ſit illa precor.
Incerti clauduntque domos, ſtrepitantque per urbem,
Hic illic pavidi clamque palamque dolent.
Jura ſilent, mutaeque jacent ſine vindice leges,
Adſpicitur toto purpura nulla foro.

Antequam Druſo, ut dicebamus, eſt Marcello hic datus ho-

a *Dio lib. XL.*
b *Liv. Dec. III. lib. II* 30.
c *Lib. I. B. C. pag.* 417.
d *Ibidem ut ſupra.*
e *Dio. XLVII. ad A. V. C.* 711.

honor A. V. 731., deinde Octaviae [a], tum Agrippae [b], itemque Lucio, & Cajo Caeſaribus, in quorum memoriam Auguſtus, ubi A. V. C. 752. naumachiam exhibuerat, ſilvam perpetuo virentium arborum plantari juſſit in tabulis Ancyranis nuncupatam [c] NEMVS CAESARVM; iiſdemque Cajo, & Lucio ingentis molis baſilicam dedicavit [d], quam Sextus Rufus [e] collocat in circo maximo poſt templum Caſtoris, Pyrrhus Ligorius [f], ubi nunc aedes S. Mariae Aegyptiacae fuiſſe arguit ex titulis ibi inventis, utrique Caeſari inſcriptis. Livia quoque, poſtquam florentes privignos dolo [g] ſubvertit, miſericordiam erga mortuos publice oſtentavit, iis dicata porticu, quam Svetonius [h] cum baſilica Auguſto tribuit, ſed Dio [i] contra, *porticus*, inquit, *Liviae in honorem Caji & Lucii Caeſarum aedificata, tum dedicata fuit*. Si Auguſtus in ſuos poſt mortem tot honores ab ſenatu populoque [k] Romano decretos vidit, tot etiam ipſe decrevit, quid poſtea reliqui imperatores? quum nullos jam fines neque adulatio noverat, neque impotentia. Ille enim is imperator fuit, qui & [l] Domini titulum, utpote Dei ſynonymum privatim ac publice repudiaverit, & aliquanto patientius [m] mortem, quam dedecora ſuorum tulerit. Iccirco Tiberius aegre ferens ob Germanici mortem tandiu luctum continuari, quum edicto modum dolori imponeret, *referendum* callide dixit *jam* [n] *animum ad firmitudinem, ut quondam*

a *Svet. Aug. 6. Dio LIV in fine.*
b *Lib. LV ad A. V. 747.*
c *Grut. pag CCXXXII*
d *Ovid. II de Ponto Eleg. 3. Grut. ibid.*
e *Lib de Regionib Urbis*
f *Panvin. de Urb Roma p. 203.*
g *Tacit. IV prope finem.*
h *In vita C. 29.*
i *Lib. LVI ad A. V. 765.*
k *Noriſ. ad cenotaph. Piſan. Diſſ. II. 15.*
l *Svet. 53.*
m *Svet. Aug 65.*
n *Tacit. III. Annal.*

dam divus Julius amiſſa unica filia, ut divus Auguſtus ereptis nepotibus, abſtruſerint triſtitiam.

X. Caeſarum auguſta proles ſi procul ab aula obiret, ubicunque id accideret, nullus dubito, quin ibi indicto ſtatim juſtitio luctuque publico, cadaver pompa, qua poſſet, maxima efferretur, in pyram pro regionis opibus omnis generis munera a cunctis ordinibus funderentur, ibique cenotaphio extructo, quacunque tranſirent cineres, dum in urbem tranſvehebantur, plurimis ubique honoribus exciperentur. Sic primo omnium Druſo [a] evenit, feliciſſimo ac fortiſſimo juveni, quem Auguſtus [b] *coheredem ſemper filiis inſtituerat*, quem defunctum pro concione laudavit, etiam Deos precatus, *ſimiles ei duos Caeſares* Cajum & Lucium *facerent*. Nec minus deinde honorati ſunt hi juventutis Principes *ambo fato breves*, ut ait Florus [c], quippe qui aetate florentes *duodeviginti menſium ſpatio* [d], vel (quod idem eſſe perbelle probat Cardinalis Noriſius [e]) intra triennium [f], non biennium, uti emendat Caſaubonus, extincti ſunt, Lucius Maſſiliae inglorius, Cajus in Lycia bellicoſiſſimis devictis gentibus, & conſulatu ultra FINIS EXTREMAS [g] imperii Romani feliciter peracto. Fratris utriuſque oſſa & cineres *a tribunis* [h] *militum, ac ſingularum civitatum decurionibus Romam translati ſunt, & haſtae, quas aureas ab equitibus, quum virilem togam ſumerent, acceperant, in curia ſuſpenſae*. Errat ergo Bellonius [i], qui reclamante tum hiſtoria, tum inſcriptione in mauſoleo Auguſti [k]:

OSSA

a *Diſſ. IV. pag.* 307.
b *Svet. Claud.* 1.
c *Lib. IV cap. ult.*
d *Svet. Aug.* 65.
e *Diſſ. II.* 17. *ad Cenotaph. Piſ.*
f *Svet. Tib.* 15.
g *Vid ejus tit. ad Cenotaph. Piſanum.*
h *Dio in fragm. Lib. LV.*
i *Noriſ. loc. cit. in fine Diſſ. II.*
k *Grut. pag. CCXXXV.*

Digitized by Google

OSSA
C. CAESARIS
AVGVSTI. F
PRINCIPIS. IVVENTVTIS

Cajum putat apud Emedanos in Lycia ſepultum, ubi ejus cenotaphium duntaxat cum elogio fuit, ſicut antea Druſo in Germania, & poſtea Germanico Antiochiae, ubi crematus, ſepulcrum, vel potius cenotaphium [a] (nam Agrippina uxor ejus cineres in urbem detulit) & tribunal, quo in loco vitam finierat, extructum fuit. Ab ea autem lege, qua vetitum, ne qui cum imperio militari erat, intra [b] pomoeria veniret, immunes fuiſſe mortuos, contra Gutherium [c] clamant Appianus, qui Rutilii [d], tum Hirtii & Panſae conſulum [e], itemque Dio [f], & Tacitus [g], qui Druſi pompam funebrem in foro exponunt, adeoque id obtigiſſe ceteris etiam ducibus cum imperio in acie caeſis dubitari haud ſinit Cardinalis Noriſius [h], Princeps nunquam ſine honoris praefatione nominandus. In Italia ut municipia, ut coloniae ſe ad urbis luctum accommodarent, locupletiſſimo ſunt teſtimonii loco Piſanae tabulae, quibus inde pretium accedit maximum, quod quum ex aliis lapidibus vix unum aut alterum ritum funebrem ediſcamus, in cenotaphio Piſano tota fere materia proponitur, dum ſummi honores primum Lucio Caeſari, coloniae Opſequentis patrono, deinde Cajo decreti nitidiſſime explicantur. Porro juſtitii formam in Cajano lapide ſic deſcriptam accipe. *Quando eo caſu in colonia neque IIvir*

a *Tacit. in fine lib II.*
b *Liv. lib. XXXI Seneca V. de Benefic.*
c *De Jur. Man. I 5.*
d *De B. C. I. pag. 376.*
e *Ibidem III pag. 574.*
f *Initio lib. IV.*
g *Lib. III.*
h *Diſſ III. 2. in fine.*

IIvir, neque praefecti erant, neque quiſquam jure dicundo praeerat (propter contentiones candidatorum) *inter ſe ſe conſenſerunt, pro magnitudine tantae ac tam inproviſae ſic calamitatis, oportere ex ea die, qua ejus deceſus ſic nuntiatus eſſet uſqui ſic ad eam diem, qua oſſa relata atque condita, juſtaque ejus Manibus perfecta eſſent, cunctos* VESTE MVTATA, TEMPLISQVE Deorum immortalium BALINEISQVE *publicis &* TABERNIS *omnibus* CLAVSIS, CONVICTIBVS *ſe ſe* APSTINERE *ſic*, *matronas, quae in colonia noſtra ſunt,* SVBLVGERE, *diemque eum, quo C. Caeſar obit, qui dies eſt* A. D. VIIII. K. *Martias, pro* [a] ALLIENSI *lugubrem memoriae prodi notarique in praeſentia omnium juſſu ac voluntate, caverique, nequod ſacrificium publicum, neve quae ſupplicationes, nive ſponſalia, nive convivia publica poſtea in eum diem, eove die, qui dies erit* A. D. VIIII. K. *Mart. fiant, concipiantur, indicanturve, nive qui ludi ſcaenici, circienſeſve eo die fiant, ſpectenturve* &c. Decretum praeterea apparet, uti *arcus celeberrimo coloniae loco conſtituatur ornatus ſic ſpoleis devictarum, aut in fidem receptarum ab eo gentium, ſuper eum ſtatua pedeſtris ipſius triumphali ornatu, circaque eam duae equeſtres inauratae ſic Cai & Luci ſic Caeſarum ſtatuae ponantur.*

XI. In juſtitio publico tabernas, adhuc ſtante republica, frequenter clauſas legimus [b], non item balnea. Quanquam & hac deinceps non tam publice, quam privatim, nunc adulatio, ut ſub Caligula [c], nunc dolor, ut Conſtantino mortuo [d], occludi juſſit. Duae traduntur cauſae hujuſce ritus. Homines exterius ſordidatos haud

a *Vid. Liv. lib VI. & Varro de L.L.V.*
b *Livius lib. III. IX. XXIII.*
c *Suet. Calig. 24.*
d *Euſeb. IV. 69.*

Digitized by Google

haud decere opinio erat [a], interiorem in balineis munditiem procurare: in lavacris praeterea uſus erat familiariſſimus unguentorum, quae in luctu penitus ceſſaviſſe vel ſacra hiſtoria docet, ubi Eſther [b] depoſita veſte regia, quum apta fletibus indumenta ſuſcepiſſet, *pro unguentis variis cinere, & ſtercore implevit caput*. David autem in morbo filii ex Betſabee accepti nunquam neque unctus, nec lautus legitur. Cur vero id temporis templa quoque Deorum clauderentur, cauſa in promtu eſt. Quid enim paterent fana, quo ſqualidis & obſoletis veſtibus omnis erat aditus interclusus? Ideo Horatius [c] ait: *ille repotia, natales, alioſque dierum feſtos albatus celebret*. Cardinalis Noriſius [d] plures ad hanc rem ex Plauto [e], ex Cicerone [f], ex Ovidio [g] auctoritates congerit; ſed non aliunde, quam ex Albinovani ad Liviam conſolatione, clarius argumentum:

Jura ſilent, mutaeque jacent ſine vindice leges,
Adſpicitur toto purpura nulla foro.
Dique latent templis, neque iniqua ad funera vultus
Praebent, nec poſcunt thura ferenda rogo.
Obſcuros delubra tenent; pudet ora colentum
Adſpicere, invidiae, quam meruere, metu.
Atque aliquis de plebe pius pro paupere nato
Suſtulerat timidas ſidera ad alta manus,
Jamque precaturus, quid ego jam credulus, inquit,
Suſcipiam in nullos irrita vota Deos?

Li-

a *Noriſ. Diſſ. III. 2.*
b *Cap. XIV. & Regum II. 14.*
c *Sat. lib. II. 2.*
d *Ibidem ut ſupra.*
e *In Rudente Act. I.*
f *Pilipp. XII. XIV.*
g *V. Triſt. Eleg. 5.*

Livia non illos pro Druſo Livia movit :
Nos erimus magno maxima cura Jovi ?
Dixit , & iratus vota inſuſcepta reliquit ,
Duravitque animum , deſtituitque preces .

Itaque dum civium ſqualor ſordeſque lugubres civitatem , incumbente juſtitio , funeſtabant , procul a templis aberant & pulvinaribus , ne Deos ipſos aut in maeſtitiae partem , aut in invidiae notam , adducere viderentur , ac multo magis , quod jam nihil ab iis , quos & principibus aut iratos aut inutiles videbant eſſe , ſe poſſe conſequi arbitrabantur . Pacatis praeterea affectibus , vultuque & animo ad religionem compoſito candidatos hoſtiatoſque ad templa accedere oportebat . Haec vero nuſquam magis deſideres, quam in luctu, quo perdurante [a] ſacrificia fieri non licuit , imo ne ludos quidem , niſi funebres,celebrari,aut nuncupari vota pro ſalute imperatorum, quare & Tiberius , inſtante Megalenſium [b] ſpectaculo , decrevit juſtitium exui , & hoc indui , mortuo Aelio Caeſare , Hadrianus [c] non ſivit votorum cauſa , quae tertio nonas Januarias [d] nuncupabantur . Non mirum igitur , ſi nullus in luctu ad Deos acceſſus erat , quum ſacra aeque privata , ac publica desererentur . Sed templa non modo occludere, verum etiam lapidare, Deoſque conviciis laceſſere nunc adulatio , nunc dolor ſuaſit . *Quo* Germanicus pater [e] *defunctus eſt die , lapidata ſunt templa , ſubverſae Deûm arae , Lares a quibuſdam familiares in publicum abjecti* . Neque ille ſecus , qui *ut* [f] *fratrem germanum eſſe*

a *Livius XXII. 30.*
b *Tacit. lib. III.*
c *Spartian. Hadrian. 23.*
d *Bellorius in Diatriba de Nummo Anton Pii .* e *Svet. Calig V.*
f *Tacit. Ann. II. Val. Max. IV. 5.*

eſſe cognovit, multum ac diu convicio Deos ob donum impiae victoriae inſectatus, prope caſtra tranſtulit, & pretioſa veſte opertum rogo impoſuit. Et quanquam magnis etiam viris haec levitas a poetis tributa ſit, ut apud Silium Scipioni [a]:

pietas irata ſiniſtris
Caelicolis furit, atque odit ſolatia luctus:

propria tamen in primis parentum fuit in filiorum acerbo funere, unde Statius [b]:

alio tibi, perfide, pacto,
Juppiter, hunc crinem voti reus ante dicaram,
Si pariter virides nati libare dediſſes
Ad tua templa genas, ſed non ratus ore ſacerdos,
Damnataeque preces: ferat haec, quę dignior, umbra eſt.

Quintilianus ita deplorat filiorum acerbam mortem: *quis enim [c] bonus parens ignoſcat, ſi ſtudere amplius poſſum? ac non oderit hanc animi mei firmitatem, ſi quis in me eſt alius uſus vocis, quam ut incuſem Deos ſuperſtes omnium meorum?* Mulierum intolerantia qualis eſſet, unus inſtar omnium Virgilius explicat [d]:

Quum complexa ſui corpus miſerabile nati,
Atque Deos, atquę aſtra vocat crudelia mater.

Scite hanc dementiam Seneca, & Plinius rident: alter ubi ait, *nullam [e] mihi injuriam facitis, ſicut ne Diis quidem hi, qui aras evertunt*: alter ubi de Regulo, quem ab his deliramentis, utpote omnium maxime delirantem, abhorruiſſe non arbitror, ita ſcribit: *convenitur [f] ad eum mira celebritate. Cuncti deteſtantur, oderunt, & quaſi probent,*

Aa *quaſi*

a *Lib. XIII.*
b *Thębaidos VI.*
c *In prooemio lib. VI.*
d *Eclog. VI.*
e *De vita beata. 26.*
f *Epiſt. lib. IV. 2.*

quaſi diligant, curſant, frequentant: utque breviter, quod ſentio, enunciem, in Regulo demerendo Regulum imitantur.

XII. Quandoquidem ſermonis decurſu Auguſtorum proles, & privatorum una ſecum conjuncta eſt, placet paululum in utriuſque inferiis immorari, ſed ita quidem, ut quicquid de iis ſigillatim dicetur, rem quoque ipſam generatim atque communiter complectatur. Diverſi generis inferias nominat Julius Pollux [a]: tertias, quae tertio a morte die Lari vervecibus fiebant: nonas ſeu novendiales a Diis Novenſilibus appellatas, quos Decius [b] ſe pro exercitu devovens medios ponit inter Lares, & Indigetes, ac Plautus in Ciſtellaria *medioxumos* nominat: denicales, poſt nonum diem inſtitutas, quum cineres condebantur: triceſimas, quae omnibus juſtis peractis pacem dare putabantur: annuas ſive anniverſarias, quae certis anni temporibus celebrabantur. De poſtremo genere ſermo habendus, & erit argumenti diviſio tripartita. Primo epulas: ſecundo victimas: tertio libamina perſequemur. Nihil eſt inferiarum dapibus cum coena funebri, quae duplex erat: altera publice, aut privatim amicis & conſanguineis [c], altera in ea rogi parte, quae culina [d] dicebatur, Diis Manibus parari ſolita; & illa epulum, haec dicta exequium [e], cujus epulas ductor funeris praeguſtabat, auctore Servio ad illud Virgilii [f] *libavitque dapes*, quas famelici infameſque homunculi ac mulierculae ſaepe rapere conſueverunt de buſto ac flamma [g]:

Vxor

a *Lib. VIII. 14.* [*Gutber. de Jur. Man. II.* 11.
b *Livius VIII. Rhodigin. XVII.*
c *Diſſ. VI. pag.* 85. *ſeqq.*
d *Feſtus in v.* Culina.
e *Idem in v.* ſilicernium.
f *Aeneadum V.*
g *Catullus in Rufam.*

Uxor Meneni ſaepe quam in ſepulcretis
Vidiſtis ipſo rapere de rogo coenam,
Quum devolutum ex igne proſequens panem
A ſemiraſo tunderetur uſtore.

Adde Terentianum illud [a]:

E flamma petere te cibum poſſe arbitror.

Spectat ad inferias Silicernium, ſive, ut Tertullianus [b] inquit, *coena Daemoniorum*. Silicernii quot ſyllabae ſunt, tot eſſe interpretationes Kirchmannus ait. Praecipuas habe. Feſtus deducit vocem a Silice & Cerno, quod is jam ſilicem cerneret, cujus nomine dabatur coena, & hinc *Silicernii* dicti incurvi ſenes. In Gloſſario accipitur quaſi *ſeleucernium* i. e. *ſine lucerna*, quod hujus nullus eſſet uſus in ſilicernio, vel quod, ut inquit Scaliger, *lucernae in ſepulcris non accendebantur*. Alii a ſilere & cernere deduxerunt, quod eam coenam qui dabant, & umbrae [c] ſilentes cernerent, non guſtarent, utpote ignibus [d] abſumendam. Kirchmannus cum Servio a ſilice & coena ſilicernium, quaſi ſuper ſilicem paratam coenulam interpretatur. Denique Janus Guillelmus definit convivium funebre, ſenibus dari ſolitum, qui, tanquam mox morituri, poſtremum [e] ſibi invicem dicebant *vale*. *Antiquo more*, inquit Varro, *ſilicernium confecimus, ideſt convivium, in quo pranſi diſcedentes dicimus aliis alii Vale*. At quinam cibi ferales? Faba, Apium, Lactuca [f], Ova, Panis, Lens, Sal, Libum, Pulticula [g]; Plutarchus [h] addit omnis generis legumina, & Arnobius [i] inter farcimina ſilicernium refert,

a *In Eunucho III. 2.*
b *De ſpectaculis & de Reſurrectione.*
c *Donat in Adelph Terent.*
d *Plutarchus in Cauſ.*
e *Athenaeus Deipnoſoph.*
f *Plutarchus in Problemat.*
g *Cic. de leg. II. Ovid. Faſt. II. 16.*
h *In Problemat*
i *Lib. VI. Contr. Gent.*

refert, cujus tenuitatem Ovidius his verbis explicat [a]:

Parva petunt Manes, pietas pro divite grata eſt
Munere: non avidos Styx habet ima Deos.

At ſi parvo contenti erant Manes, non ita reor amicos & conſanguineos, qui ad inferias annuas conveniebant. His lautas epulas minimeque vulgares fuiſſe appoſitas, ambigi dubitarique haud ſinit frequens in lapidibus adparatori i, tabernae, culinae mentio, tum inſtrumenta coquinaria, ciborumque reliquiae [b] in ſepulcris inventae, & annui praeſertim reditus, ſtatis ut temporibus filiorum Manibus juſta fierent, a parentibus inſtituti. Nec ſane pater ille Spartanus, cujus monumentum eſſe diximus antiquiſſimum, de pulticula fuit, ac de faba ſolicitus, cum demortuo filio Crateſilocho muſeum aedificavit, decedenſque conjugem juſſit tria millia drachmarum erogare, quarum proventu quotannis affines & cognati eo ſe congregarent ad inferias celebrandas. In latinis lapidibus non cognati, non affines modo, ſed & decuriones, & tribules, & totus interdum populus ad annuas epulas invitatur. De hoc ritu ſic Tertullianus [c]: *defunctis parentant impenſiſſimo officio, pro moribus eorum, pro temporibus eſculentorum.* Eccleſiae Patres non tam epulas rident, quae mortuorum propriae in foveam conjectae, ut Lucianus in Charonte refert, dabantur flammis, quam quae ad vivos ſpectabant, ſolitos in parentalibus luxurioſiſſime convivari. Veteres Chriſtiani, nondum omni ſuperſtitione penitus extirpata, ab hoc intemperantiae genere non abhorruerunt. Siquidem & diem ſacrum Cathedrae S. Pe-

a *Faſtor. II. 16.*
b *Diſſ. III. num. 17. 18.*
c *De Reſurrect. Carn. I. & de teſtimon. anim. 4.*

S. Petri [a] *diem epularum* nuncupabant, & pultem, panem, vinum ad ſepulcra [b] Martyrum deferebant, & (verba ſunt S. Auguſtini ita ingluviem ſuperſtitum apud ſuorum cineres inſectantis) *luxurioſiſſime* [c] *ſuper mortuos bibebant, & epulas cadaveribus exhibentes ſuper ſepulcra ſe ipſos ſepeliebant*. Ethnicos, dum ſepulcra epulis celebrabant, atratos interfuiſſe praeter cenotaphium Piſanum, Xiphilini hiſtoria [d] indicare videtur, ubi Domitianum narrat terrorem inſaniae ſuae, quam poſtmodum liberalitas ſequuta eſt, primoribus & equitibus, & ſenatoribus intuliſſe, in hunc modum convivio dato. Eos de nocte juſſit abſque comitibus in aedes nigerrimas introduci, ubi erant atra laquearia, parietes, pavimentum, atra quoque vaſcula, atrae dapes, quin etiam pueros, qui famulabantur, tanquam larvas & ſpectra horrifica, nudos & atramento oblitos eſſe voluit, dum interea convivae in ſedibus nudis ac ſqualidis conſidentes columnam unuſquiſque habebat poſitam juxta ſeſe, in qua ſuum ipſius nomen inſcriptum erat, & de qua pendebat, ut aſſolet in monumentis, lychnuchus parvus. Haec referens citatus auctor, *fiunt*, inquit, *omnia, quae in exequiis mortuorum fieri ſolent*: *nam res atrae appoſitae fuerunt*: at Xiphilini errata hic latent duo. Primo enim non *in exequiis*, ſed in parentalibus debuit dicere: exequiae quippe praeſente cadavere [e] celebrantur: deinde Domitianum in eo apparatu plus impotentiae ſuae, quam libris ritualibus tribuiſſe arbitror. In parentalibus enim atra fuiſſe omnia nemo non inficias ibit, niſi ſi quis in potentum mauſoleis laquearia & pa-

a *Guill. Durand. Rational. VII 8.*
b *S. Aug. loc cit. & Confeſſ. VI. 11.*
c *De Mor. Eccl. Cath. 24.*
d *In Domitiani vita.*
e *Cic. pro Cluent. & pro Quinct. & Terent. Phor. V. 8. 37.*

& parietes colorum picturarumque varietate magnifice ornatos, pavimenta vero ex elegantibus pretioſiſque marmoribus elaborata, ibique perſaepe vaſcula ex achate, ex vitro, ex onyche, aliaque materia, & quidem verſicolore fuiſſe inventa omnino ignoret. Non ergo atris duntaxat rebus in parentalibus erat locus. Jam vero potentiores ſive majoribus ſuis, ſive heroibus parentarent, ſicut Alexander [a] ducibus Trojae caeſis, Hadrianus, & Severus [b] Pompejo, Caligula [c] viris omnibus virtute illuſtribus, ſicubi eorum ſepulcra inveniret, ii quidem epulis ac libaminibus ſolemnes addebant victimas exemplo Aeneae, [d] cujus pietatem, ſive Platonis [e] legem, in Latium inductam Numa ad poſteros propagavit, publice parentalibus inſtitutis [f],

Annua ne tacitus munera praetereas:
Quae Numa cognatis ſolemnia dedicat umbris,
Ut gradus aut mortis poſtulat, aut generis.

XIII. Victimae, quarum indicia ſunt in ſepulcris bubula capita ſaepe inſculpta, in inferiis furvi ac nigri coloris immolabantur ſive juvenci [g] eſſent, ſive [h] juvencae, aut vaccae ſteriles [i], aut pecudes [k], aut verveces, ut in ſacrificio fratrum Arvalium [l] SVMMANO. PATRI. VERB. ATROS. II. *verbeces atros duos*. Nigri coloris cauſam Arnobius [m] hanc tradit, *quia nigra nigris conveniunt, & triſtia triſtibus grata ſunt*. Atque ut Diis ſuperis mactandae hoſtiae non ſolum erant candidae, ſed etiam candidis

a *Plutarch in vit.*
b *Xiphilin. in vit.*
c *Suet. Calig. 3.*
d *Virg. Aen V.*
e *Auſonius in Parental.*
f *Plato de Leg. IV.*
g *Homer. Odyſſ. 24. Virg. Aen. V. 96.*
h *Virg. Aen VI.*
i *Euripides in Hecuba.*
k *Virg. Georg. IV. Statius IV. Theb.*
l *Gruter. pag. 121.*
m *Contr. Gent. VII.*

dis infulis [a] coronatae, ita e contrario Diis inferis & nigri velleris dabantur victoriae, ornataeque nigris vittis, aut caeruleis, vel caerulis, ut in cenotaphio Piſano: BOSQVE. ET. OVIS. ATRI. INFVLIS. CAERVLIS. INFVLATI. Nam veteres caeruleum a nigro non diſtinguebant, ideo Albinovanus [b] mortem vocat caeruleam, & Valerius Flaccus inferorum ſedibus eundem colorem tribuit [c]:

Cimmerium domus, & ſuperis incognita tellus.
Caeruleo tenebroſa ſitu, quo flammea nunquam
Sol juga, ſidereos nec mittit Juppiter annos.

Atrae praeterea victimae terra effoſſa in ſcrobe immolabantur, cujus quidem ſcrobis ac foveae menſuram, etſi variam pro victimae magnitudine fuiſſe exiſtimo, eam tamen ab Homero didiciſſe non piget [d]:

Sacra ſimul ducunt Perimedes, Eurylochuſque.
Aſt ipſe eripui vagina protinus enſem:
Effodi foveam, quae deſcendebat in ulnam,
Inferias in quam cunctis effudimus umbris.

Silius quoque ferrum Scipioni tradit, Diti dum ſacra facit, vate praedocente [e]:

Inducit juvenem, ferroque cavare refoſſam
Ocyus urget humum.

Contra apud Horatium Canidia maga cum Sagana ſocia, nullo ferro admiſſo, unguibus terram ſcalpit [f]:

ſcalpere terram
Unguibus, & pullam divellere mordicus agnam
Coeperunt, cruor in foſſam confuſus, ut inde
Manes elicerent animas reſponſa daturas.

Plu-

a *Euſeb. Caeſar. Praep. Evang. IV. 4.*
b *Eleg in morte Druſi.*
c *Argonaut. III.*
d *Odyſſ. II.*
e *Lib. XIII.*
f *Lib. I. Sat. 8.*

Plures ſi eſſent victimae, multas quoque foveas factas eſſe Ovidius tradit, ubi Medeae ferale ſacrificium deſcribit [a]:

Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus,
Sacra facit, cultroſque in guttura velleris atri
Conjicit, & patulas perfundit ſanguine foſſas.

Ex cenotaphio Piſano conſtat, eodem, ubi mactatae fuerant, loco victimas adoleri, Manium ut honor mactus eſſet, ſive auctior fieret, atque adoleſceret, conſueviſſe. Nam ſicut Nonius Marcellus *adolere* ait verbum eſſe proprium *ſacra facientium, quod ſignificat votis & ſupplicationibus Numen auctius facere*: ita Servius ad illa verba [b], *flammis adolere penates*, addit, *adolere proprie eſt augere*. In ſacris frequens erat illa formula *macte eſto*, ſicut ſacrificans apud Catonem [c] precatur Martem in agro luſtrando: *Mars pater, ejuſdem rei ergo macte hiſce ſuovetaurilibus lactentibus immolandis eſto.* Arnobius [d] more ſuo perbelle irridet hoc precandi genus: *quid eſt aliud* (mactus eſto) *quam dicere, tantum eſto mactus, quantum volo: tantum amplificatus, quantum jubeo; tantum honoris aſſumito, quantum habere decerno, & verborum circumſcriptione definio*. Gutherius, ubi [e] adolere interpretatur non idem eſſe ac cremare, ſed igne puro, thure, & precibus Deos ad altaria placare, jure ab Eminentiſſimo Noriſio caſtigatur, qui [f] adolere & cremare idem prorſus eſſe oſtendit, appellatque Ovidium [g], Priſcianum [h], Valerium Flaccum [i], nec non Arnobium [k] ita Deos inſultantem:

a *Metam. VII. v. 243.*
b *Aenead. I. v. 708.*
c *De Re Ruſtica cap. 141.*
d *Ibidem ut ſupra.*
e *De Vet. Jur. Pontif. III. 6.*
f *Loc. cit. cap. V.*
g *Faſt. I & III.*
h *Lib. IX.*
i *Argonaut. III.*
k *Loco citato.*

tem : *neque prius iras atque animos ponunt , niſi ſibi adoleri paratas conſpexerint taenias , offaſque penitas* , hoc eſt cum particula viſceris caudam pecoris [a] amputatam . In ſacris litteris eadem quoque adolendi ſignificatio eſt , ac cremandi , ut in Levitico [b] : *adolebitque ea ſuper altare ſacerdos in alimoniam ignis & ſuaviſſimi odoris* . Hoſtia dum caedebatur, fari nefas erat ; ſed inter caeſa & porrecta [c] , quum nempe aris exta dabantur inibi adolenda , ſive cremanda , tum fari licebat , ac ſolemnem precandi formulam pronuntiare ; ſed dum exta , vel tota victima comburebatur , erat fari nefas . Dixi vel exta , vel totam hoſtiam : nam quae fiebant Diis inferis ſacrificia , erant holocauſta , in quibus tota victima comburebatur , quare Seneca , Diis inferis dum ſacra fiunt , ait [d] : *irrigat ſanguis focos, ſolidaſque pecudes urit* , itemque Virgilius [e] :

Tum ſtygio regi nocturnas inchoat aras ,
Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis :

ubi Servius : *ergo*, inquit , *ſolida viſcera holocauſtum ſignant*, ſive victimam prius excoriatam [f] deinde combuſtàm, quin ulla ejus pars , ut in aliis ſacrificiis [g] , eſſet reliqua , ſacerdotibus comedenda , propterea quod *de his , quae libantur* [h] *inferis , quiſquis ederit , aut biberit , funeſtatur* . Interim vero dum flammis traditae ardebant victimae , varii generis libamina fundebantur , ideo Virgilius [i] vix deſcripto holocauſto , ſtatim addit :

Pingue ſuperque oleum fundens ardentibus extis .

Bb XIV. Erant

a *Cic. Epiſt. Famil IX. 22. ad Paetum.*
b *Cap III. v. 16 & VI. v. 12.*
c *Macrob Saturn. I. 16.*
d *In Oedipo Act. 3.*
e *Aen. VI. v. 252.*
f *Homer. Iliad. 23.*
g *Dionyſ. Halicarnaſſ VII in fine .*
h *Donat in Adelph. & Gyrald. Syntagm XVII.*
i *Ibid. v. 254.*

XIV. Libaminum genera erant varia, nulla vero neceſſitas, nulla lex, omnia ſimul jubebat in parentalibus fundi, ſed plura, vel pauciora fundere cuique licuit; itaque in nonnullis funeribus Virgilius nullam mellis, nullam olei Silius, ac Statius mentionem faciunt. Lactis aſperſione nihil frequentius in parentalibus [a]:

Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte.

Vinum initio Romani in exequiis repudiarunt, ex Numae regis Poſtumia lege, [b] *vino rogum ne aſpergito*: ſed deinceps uſitatius nihil [c]:

Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho.

Mellis a Kirchmanno [d] praeteriti Sophocles in Electra fontes memorat ad ſepulcrum fuſos, ut nihil de Silio dicam, apud quem Plutoni, & Proſerpinae Scipio & Vates una ſimul [e]

Fundunt mella ſuper, Bacchique, & lactis honorem.

Cerda [f] ex Nicephoro mel ideo oblatum tradit, quia dulce contra amaritudinem mortis; lac quia album contra nigredinem tenebrarum: Servius [g] lacte & ſanguine ait placatos Manes, quia lacte nutritur corpus, & anima ſine ſanguine nequit cum corpore contineri: Lucianus vero perſuaſum gentibus fuiſſe putat, umbras ab inferis reduces circa nidorem volitando coenare, utcunque liceat, & bibere e favis mulſum. In fundendis libaminibus poetae nunc cymbia [h], nunc pocula [i], nunc carcheſia [k] memorant, de quibus Macrobius [l] legendus eſt: ſed

in

a *Virg. Aen. III. 66. Ovid Met. VII. Silius Ital XVI. Statius Theb. IV. & VI & Silv V.*

b *Plin. H. N. XIV. 12.*

c *Virg. Aen. V. 76. & alibi.*

d *Lib. IV. 2. de Fun. Rom.*

e *Lib. XIII. Homer. loc. cit.*

f *Ad Virg. Aen. III. 66.* g *Ibid.*

h *Virgil ibid. Nemeſian. Eclog. 1.*

i *Silius XVI.*

k *Virg. Aen. V. Ovid. Met. VII. v. 243.*

l *Saturn. V. 21.*

in cenotaphio Piſano in Lucii Caeſaris parentalibus, major ut liberalitas commendetur, urnae lactis, mellis, olei decernuntur, & apud Euripidem, ut pompae nobilitas eluceſcat, Achillis filius aureo poculo libationes fundit emortuo patri, ſicut alias crateres [a], alias paterae [b] inverguntur, & hae propterea non raro in ſepulcris inſculptae apparent, aut ibi abſconditae inveniuntur. Neque huc non ſpectant vaſcula vel fictilia, vel vitrea anguſti oris, itemque patinae, & pocilla ſaepe in ſepulcris obvia, quorum certe uſus erat aut vergendis liquoribus, aut fundendis. Abſque religione promiſcue uſurpo utrumque verbum. Quanquam enim Gyraldus [c], Gutherius [d], Cerda [e], Farnabius [f] inter haec verba id diſcriminis recognoſcant, quod liquores, ſi funderentur, Diis ſuperis ſupina manu libabantur, ſi vergerentur, converſa ad laevam patera inverterentur, quo ritu Diis inferis libamina mittebantur: ipſe tamen poetarum princeps [g], & alii, quod clariſſimus jam pridem Criticus obſervavit [h], aeque inverſas, ac fuſas in inferiis libationes memorant, ita ut id parum veriſimile ſit, quod ad Senecam [i] Farnabius notat, Diis ſuperis libatum dextera, inferis manu laeva. Nam in Lucii inferiis quum Piſani juſſerint, lactis, mellis, olei urnas fundi, id quidem ſolius laevae miniſterio commode fieri nullo modo potuit. Jam in inferiis, & exequiis thuris uſus, qui erat plurimus [k], an & perpetuus eſſet, atque communis omnium, Arnobius in dubium revocat, ubi nigros in inferiis colores ridet: *ſi grata*, in-

 quit,

a *Virg. Aen. V. 224.*
b *Stat Theb. VI.*
c *Syntagm XVII.*
d *De Vet. Jur Pont IV. 8.*
e *Ad Virgil. Aen. VI. v. 244.*
f *Ad Virgil. ibid.*
g *Virg. loc. cit. 76 ac 235. & VI. 254.*
h *Cardin Noriſ. loc. cit. in fine.*
i *In Oedipo Act. 3.*
k *Plin. H. N. XIV. 12.*

quit, [a] *numinibus inferis ea, quae ſunt nigra, furvique aeſtimatis coloris .... inficite thura, ſi dantur, ſalſas fruges, atque univerſa libamina lactis, olei, ſanguinis: hic ut ponat purpureum colorem, illa ut ne ſint lucida, fuliginem infundite cum favillis*. Quod de thure Arnobius, idem de unguentis, praecipue exoticis ac peregrinis dictum volo, cujuſmodi libationes etſi communes eſſe vel parſimonia haud ſineret, vel paupertas, erant frequentes tamen, odoraria ut inſtrumenta in ſepulcris docent. Ampullas unguentarias in cinerariis & mauſoleis conditas Homerus ipſe [b], & Athenaeus [c] teſtantur. Ejuſdem in Etruria moris locupletiſſimus eſt auctor Gorius in ſuo muſeo Etruſco. In Latio monumentum ſeligo ex multis unum. Ad ſecundum lapidem in via Claudia [d], ſuper urnae operculum ex marmore pario, circum diſpoſitis patinis, pocillis, phialis 24. opere eleganti, ex terra coctili, & colore rubro, exceptis quatuor, quorum color cinereus erat, in medio eminebat inſtrumentum ex metallo, tanquam batillum, pondo librarum quatuor, unciarum octo; manubrium palmare erat, & totius inſtrumenti longitudo ad palmum cum ſemiſſe protendebatur. Batillum in fronte habebat incurvum pedem, & quinque hinc inde globulos, unde, ne ignis urnam laederet, ſuſtinebatur, & unguentorum, quae fuerant ad ſuffimentum poſita, reliquiae adhuc cum carbonibus in ſuperficie extabant. Itaque vel ſi omnes taceant litterati lapides, jam plane liquet, multa in inferiis odoramenta fuſa, neque in aliorum minus, quam in filiorum, quod nempe horum gratia parentes eſſe prodigi,

a *Lib. VII. contr. Gent.*
b *Iliad. XXIV*
c *Deiphono, ſoph. XV.* 11.
d *Ficoronius de Bulla Aurea part.* 2. *pag.* 58.

gi, quam liberales mallent, praeſertim matres. Earum in numero eminent Fuſca, & Prima: illa C. [a] Laelio, haec Phileminia amiſſa [b] pretioſos odores & opobalſama non profudere modo, verum etiam teſtata poſteris reliquerunt, nequicquam reclamantibus XII. tabulis, ubi interdicta [c] ſumtuoſa aſperſio. Cujus nomine unguenta potius exotica, quam cum Ant. Auguſtino lac, flores, vinum interpretanda eſſe admonere videtur ipſa vox *ſumtuoſa aſperſio*. Jam vero quum a veteribus unguenta ſaepe coronis addita diſerte tradant Cicero [d], Horatius [e], Plautus [f] quumque coronae eſſent in parentalibus familiares, has quoque in inferiis, veluti in conviviis, Paſchalio auctore [g], unguentis aſperſas eſſe affirmare non audeo, ſuſpicari non vereor, ſive quorundam in defunctos largitatem conſiderem, ſive ipſas mortuorum imagines, id quod ſaepe in ſepulcrorum operculis videre licet, more convivantium accumbentes. Tot libationum generibus adde lacrimas. Saepe has ad tumulum renovatas, non vero ibi lacrimatoriis in vaſis conditas, eſt quidem id multo notius, quam noctuae Athenis. Foramina vero in urnarum operculis, qui tantum pro lacrimis excipiendis eſſe facta exiſtimant, eos hoc argumento Fabrettus [h] refellit, quod interdum iis foraminibus obliqui canaliculi reſponderent, pertingerentque ad cineres, ſinuoſo tractu, adeoque vix credibile ſit, potuiſſe lacrimas ante quam areſcerent, ad imum ferri: itaque tum aqua arferia, de qua Feſtus [i], tum ceteri liquores una cum lacrimis per

ca

a *Grut. pag.* 692. 10.
b *Item pag.* 1122. 12.
c *Cic de Leg. II.*
d *Quaeſt. Tuſc. V.*
e *Od. III.* 14.
f *In Aſinar. & Pſeud.*
g *De Coronis II.* 3.
h *Ant. Inſcr. pag.* 240.
i *Ad V.* Arferial.

ea foramina mittebantur. Urnis aeneus quandoque annulus [a] apponebatur, quo facile, ut Diis Manibus libaretur, operculum tolli poſſet in iis ſacris, quibus ethnici ſuos praeeſſe Caſtores cenſuerunt, & hac de cauſa eorum ova inter ornamenta ſepulcralia ſaepiſſime collocarunt. Quae hactenus annotavimus, eorum veluti compendium Ovidius praebet, & ridiculam hanc rituum feralium originem ab Aenea deducit [b]:

Tegula porrectis ſatis eſt velata coronis,
Et ſparſae fruges parvaque mica ſalis.
Inque mero mollita Ceres, violaeque ſolutae,
Haec habeat media teſta relicta via.
Nec majora veto: ſed & his placabilis umbra eſt:
Adde preces, poſitis & ſua verba focis.
Hunc morem Aeneas pietatis idoneus auctor
Attulit in terras, juſte Latine, tuas.
Ille patris genio ſolemnia dona ferebat;
Hinc populi ritus edidicere pios.

Horum rituum origini addere ſi cauſam velis, duplicem, niſi fallor, veteribus propoſitam eſſe invenies, nimirum ut expiatio mortuis, ac divinitas impetraretur. Utramque paucis dabo.

XV. Socrates apud Platonem [c] praedicat, ſe haud mortem moleſte ferre, ſed bono animo eſſe, quia ſperat mortuis aliquid ſupereſſe, & multo melius bonis fore, quam malis, expiationemque diverſam quidem, ſed certam manere utroſque. Si Platonicos conſulamus, quemadmodum [d] tria erant corpora, quibus anima conjungeba-

a *Scip. Maffejus Notit. litt. Vol. V. pag. 224.*
b *Faſtorum II.*
c *Lib XXIX, vel de Anima.*
d *Plato Dial. X. de Leg.*

Digitized by Google

batur, craſſiori huic & terreno addicta ad breve tempus, aereo multa per ſecula, caeleſti per omnia: ita tria erant elementa, aqua, aer, ignis, quibus veteres expiandi facultatem, ſeu vim catharticam conceſſere, qua & polluta corpora, & ipſa mortalium ſcelera purgarentur. Atque ut primum de aqua, iidem Platonici in ea collocant vim expiandi maximam, imo vel unicam. Ajunt enim [a], quicunque in vita quoddam medium tenuere, eos ad Acherontem profectos, inde vehiculis, quae ibi parata erant, ad Acheruſiam ferri, ibique purgari, donec pro meritis praemia conſequantur. Novit hanc doctrinam Silius Italicus [b]: ait enim:

Hortatur vicina palus, ubi ſignat Averni
Squalentem introitum ſtagnans Acheruſius humor,
Noſcere venturos agitat mens protinus annos.

Contra qui ob ſcelerum foeditatem inſanabiles videbantur, in tartarum mergi, nunquam inde egreſſuros: qui autem ſcelera utcunque ſanabilia admiſerant, illos quidem in tartarum trudi, ſed per annum inibi commoratos a fluvio rejici, & homicidas per Cocytum, parentum violatores per Pyriphlegetontem ad Acheruſiam vehi, ubi, ſi veniam ab iis, quos laeſerant, impetraſſent, admittebantur, ſin minus, iterum delati in tartarum, nunquam, niſi venia impetrata, exitum inde liberum obtinebant. Platonicis haec arrident. Quorum doctrina, vel huic affinis ethnicorum mentes pervagata id effecit, ut ſumma in expiationibus haberetur aquarum vis. Aquae autem in feralibus avernales, quae haberi non poterant, ſimulabantur,

a *Idem lib. XXIV. ſeu de Anima.* b *Lib. XIII. v. 397.*

tur. Itaque poetarum Plato, Virgilius noſter in Didonis apparatu ait: [a]

Sparſerat & latices ſimulatos fontis Averni.

Nimirum quia veros haurire nequiit latices avernales, eos, utcumque potuit, ſimulavit, ſicut in ſacris Iſidis, unde unde hauſta eſſet aqua, ex Nilo tamen [b] eruta dicebatur. Ac veteres in inferiis, dum certis ritibus utebantur, quoddam pro mortuis expiationis genus habuiſſe propoſitum, ex iis, quae mox proferentur, exiſtimo haud improbabile viſum iri. Qui in vivis ſeſe expiabant, nunc aqua pura [c], nunc vivo flumine [d], nunc vivo rore [e], alias aqua marina [f], vel ſale mixta [g] ſuum ipſi corpus adſpergere, aut manus abluere conſueverant, plerumque praeter aquam verbenas etiam, myrtique folia, tum laurus, & oleae ramuſculos adhibebant, ut ait Virgilius [h]:

ter ſocios pura circumluit unda
Spargens rore levi, & ramo felicis olivae,
Luſtravitque viros.

Imo vero expiatoriae ut aquae major in luſtrationibus vis cathartica ineſſe poſſet, oblongae fortaſſe fiſtulae, ſive infundibula adhibebantur, ubi cum ſale incluſis herbis frondibuſque luſtralibus, aqua ſuperne infundebatur, ut inde permeans variis illis luſtrandi viribus augeretur, ac propterea acrior facta, quum deinde ex infimo infundibuli orificio, & ex lateralibus etiam rimulis in ſubjectum craterem incideret, atque ad eum pertingeret, qui ad ſolemnes expiationis ritus acceſſerat, tum in purgandis abluen-

a *Aeneadum IV v. 512.*
b *Servius, Aenead. II. v. 116.*
c *Virg. Aenead. VI. 719.*
d *Liv. lib. I.*
e *Ovid. Faſt. IV.*
f *Homer Odyſſ. II.*
g *Theocrit Idyll XXIV.*
h *Virgil. loc. cit. 230.*

Digitized by Google

luendiſque maculis perpolleret. De his fiſtulis aut infundibulis ſcriptores ſive Graeci, ſive Latini omnino tacent. At in nobilium menſis, ut aromata immiſta vino in craterem ſine ſorde tranſmitterentur, coli fuiſſe uſum aurei, vel argentei, praeter Julium Pollucem [a], Athenaeum [b], Pomponium [c], teſtatur ſpectatiſſimum totius Aſiae monumentum, celeberrima inſcriptio Sigea, ubi [d] craterem, hypocraterium, & colum datum legimus Prytaneo. An vero ſicuti ſacco linteo [e] plebejae menſae, colo nobiles utebantur, ita in ſacris infundibula, ſive fiſtulae in uſu eſſent, ſcriptorum nemo pro certo tradit. Sed tametſi monumenta depereant omnia vetuſtatis, quod tamen ea inſtrumenta, nec minus fortaſſe in Graecia, quam in Latio, ſolemnibus in luſtrationibus legitima haberentur, teſtimonio eſſe videtur eximius ille antiquitatis foetus, nempe ad Apollinis tripodem luſtratio Herculis perbelle expreſſa in Farneſiano marmore nobiliſſimo, quod jampridem Tollii [f], Reineſii [g], Sponii [h], Gorii [i], Muratorii opera [k] vulgatum fuerat, ſed paſſim hiulcum, luxatum, mutilum, depravatum, nuper autem P. Eduardus Corſinus emendatum prodidit illuſtratumque doctiſſima Diſſertatione, cui titulus eſt *Quies & Expiatio Herculis*. Breviter his expoſitis inveſtigandum reſtat, an expiatoriis hiſce ritibus aliqua cum inferiis analogia intercedere videretur. Excepta eorum ſecta, qui animum aut una cum

Cc cor-

a *Lib. X. cap. 24.*
b *Lib. XI cap. 8.*
c *L in argento D. de auro & argent. legat.*
d *Edmundus Chiſſull. Antiq. Aſiat. Londini 1728.*
e *Martial. in Apophor. 104.*
f *In not. ad Palaephatum.*
g *Claſſ. IV num 11. 12.*
h *Miſcell. Erud. Ant. Sect. II Artic. X. pag. 47.*
i *Inſcr. Donian Cl. I. num. 98. pag. 32.*
k *Theſaur. pag. 60.*

corpore interire, aut terrenis ſolutum vinculis ſtatim ad ſuam originem remeare opinabantur, ii profecto, qui ante quam anima immortalitatis praemia conſequeretur, certas apud inferos expiationes cum Platonicis admittebant, illi, inquam, ſicut mortuis divinitatem, ut mox patebit, certis quibuſdam ritibus ab ſe ſe impetrari poſſe arbitrabantur, ita & ſomniarent neceſſe eſt, expiationem quoque ipſam, quae defunctos manebat, ſuppleri poſſe, eandemque per oſcitantiam ab ſe negligi nefas eſſe, quippe qui de ſtatu mortuorum minime certi, maximeque anxii, ut de eo Manes ſciſcitarentur, ſoliciti in pſycomantium veniebant [a]. Itaque aut aqua arferia, aut latices avernales, aut ſalſae fruges, aut mica ſalis, tum malvae floſculi [b], ac myrti [c], apii [d], oleaſtri [e] frondes, variaeque luſtrales herbae, ac ramuſculi [f] oblati ad tumulos in libationibus hoc tacite indicare videntur, quod ethnicis perſuaſum eſſet, mortuorum gratia, ſi quid adhuc ſceleris haberent reliquum, expiationes non eſſe irritas neque inanes. Quid? ſi ea etiam, quae de fiſtulis & infundibulis modo diximus, ab inferiis non alieniſſima exiſtimemus? Obliquos enim canaliculos, qui ex perforatis urnarum operculis ad cadaver, imo ad os illius deferebantur, ſuſpicabar aliquando, non myſterio vacaſſe, ſed in iis luſtrales herbas cum ſale incluſas, ut inde aqua & alii liquores permeantes majoribus purgandi viribus eſſent praediti. Difficile eſt, fateor, laudatis veterum teſtimoniis id confirmare, ſed conjecturam fortaſſe non eſſe abnormem id vel maxime oſtendit, quod multi ritus peraeque in vi-

vo-

a *Cic. I Tuſculan. Quaeſt. 48.*
b *Lucian in Cataplo.*
c *Euripides in Electra.*
d *Plin. H N. XXI. 1.*
e *Theophraſt. lib. V I.*
f *Artemidor. IV. 49.*

vorum erant, ac in mortuorum expiationibus uſitati. Ne multis utar, ſane taurobolium & criobolium ſicut prò ſuorum incolumitate, ita [a] pro mortuorum expiatione ab amicis, aut conſanguineis ſuſceptum eſſe, ſepulcralibus ex anaglyphis erudimur.

XVI. Aere quoque & ventorum agitatione apud inferos purgari ſcelera Virgilius dixit, ubi de animarum diverſo ſtatu ſermonem faciens inter cetera hoc ad rem: *aliae* [b] *panduntur inanes ſuſpenſae ad ventos*. Quam expiationis ſpeciem nemo eſt, qui inter ferales ritus non facile recognoſcat. Oſcilla enim, quibus, teſte [c] Macrobio, pro ſe, ac ſuis Diti patri, ac Saturno piacula faciebant, in ſepùlcris quoque ſaepenumero tum fictilia, tum aenea inventa ſunt, itemque perſonae ac larvae, tanquam imagines vitae humanae, variarumque aetatum ſimulacra Diis Manibus conſecrata, quae in hypogeo de cardinibus & clavis peudula, aut ab omni prorſus ſuperſtitione vacabant, quod vix credibile eſt, aut Virgilianae, quod plane patet, expiationis imago erant, nempe oſcillationis, quae primum fertur in honorem Erigones [d] ab Athenienſibus inſtituta. Tertium in mortuorum expiationibus Virgilius [e] dat locum igni. Cujus elementi cum ſulphure conjuncti, brevitati ut inſerviam, Juvenalis [f] mentionem facit, & ita Ovidius [g];

Terque ſenem flamma, ter aqua, ter ſulphure luſtrat.

Aut enim aqua igne calefacta, aut igneus torris aquae immerſus adhibebatur, ideo Euripides, ubi Herculis luſtratio-

a Vid *Vol. I. pag.* 87.
b *Aenead. VI. v.* 742.
c *Saturn. I* 7. 11.
d *Hygin. in Arctophyl.* vid. *Vol. I. pag.* 305.
e *Ibidem ut ſupra.*
f *Sat. II. v.* 157.
g *Metam. VII.* 261.

tionem deſcribit, uſurpatam ait aquam titione ignito tepefactam [a]:

Quum autem torrem manu dextera laturus eſſet
Filius Alcmenae, ut intingeret in aquam luſtralem.

Sed ad rem. Quanto ignis uſui eſſet in ſacris Manium, ſatis liquet. Poſiti nimirum foci, combuſtae dapes, & holocauſta, quo tandem, niſi ad vim ignis catharticam reſpicere debuerunt? Huc praeſertim appello ritum, ni fallor, unum maxime omnium accommodatum, cujus nulla prorſus alibi teſtificatio occurrit, niſi in cenotaphio Piſano, ubi decretum legitur, ut in annuis Lucii Caeſaris parentalibus duumviri cincti Gabino ritu STRVEM LIGNORVM SVCCENDANT, cujus magnitudo ex eodem decreto facile innoteſcit. Etenim latum eſt, ut locus, ubi & ara marmorea erat, & illa ſtrues, quoquo verſus pateret pedes LX., robuſtis praeterea ſtipitibus ſepiretur. Ea vero lignorum ſtrues quotannis ſuccendi ſolita ritum in juſtis annuis [b] uſitatum, ſed nobis antehac plane incognitum deſignat, quem hactenus nulla veterum monumenta temporum prodidere. Age jam, cum feralibus hiſce flammis una ſimul propone tibi luſtrales aquas, & ad aerem ſuſpenſa oſcilla, tum cetera, quae vel antea ſunt a nobis commemorata, vel ideo praeterita, quia aeque volentibus, ac nolentibus nota ſunt, jam plane vides apud veteres, quum inferiae Manibus mitterentur, quaſi demortuis prodeſſe poſſent, tria illa elementa valuiſſe plurimum, in quibus Virgilius omnem mortuorum luſtrationem in inferiis collocavit, animarum diverſo ſtatu ita deſcripto [c]:

aliae

a *In Hercule Furente*. b *Ad Cenot. Piſ. Diſſ. III.* 7. c *Aenead. VI.* 742.

aliae panduntur inanes
Suſpenſae ad ventos; aliis ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.

Ac revera antiquos in juſtis & parentalibus credidiſſe, quas paratas ſontibus apud inferos judicabant, expiationes ab ſe certis ritibus ſuppleri poſſe, eſſet id quidem, reor, exploratiſſimum, ſi oblivio haud formulis invidiſſet, quas in fundendis libationibus, adolendiſque victimis uſurpabant.

XVII. At licet deſint eae formulae, minime tamen aliae illis affines deſiderantur. Exempli cauſa dabit hanc unam ex multis Cato [a]: *Mars pater, ejuſdem rei ergo macte hiſce ſuovetaurilibus lactentibus immolandis eſto*; quam paucis immutatis Card. Noriſius [b] ad Lucii inferias tranſtulit: *Dii Manes, vos precor quaeſoque, uti ſitis volentes propitii Lucio Caeſari: ejus rei gratia hoc bove, & hac ove immolandis macti eſtote*. Quî vero Dii inferi ſe ſe propitios magis, ac vere Manes praeſtare poterant, quam ſi gratas haberent, quas pro ſuis ſuperſtites agebant luſtrationes, nec diu poenas a mortuis ſumerent? Eas vero quam & horrificas & acerbas exiſtimarent, multiplex indicat teterrimuſque dirarum vultus in ſepulcralibus anaglyphis, ubi furiae lampades, taedas, faces, contos, haſtas, ſecures, malleos, gladios, & alia caedis inſtrumenta oſtentant, de quibus optime Bonarrotius [c] in Opere Dempſteriano. Quippini igitur, impuniti ut eſſent mortui, luſtrationibus, quas temporum coecitas admittebat, veteres in inferiis uterentur, Deoſque orarent, ut quam citiſ-

a *De Re Ruſt.* 141.
b *Ibidem cap. V.*
c *Tab. LXXXVI.* vid. & *Muſ. Etruſc.*

Digitized by Google

citiſſime expiarent ſuos, admitterentque in piorum beata loca, ubi animae idoneae fierent impetrandae Divinitati? Dixi animas: nam ut illae meliores efficerentur, praeter expiationes in Cocyto, in Tartaro, in Pyriphlegetonte, quae ad animam pariter, corpuſque aereum pertinebant, neſcio quid amplius animae duntaxat proprium Platonici excogitarunt. Etenim princeps eorum Plato [a] multitudinem arguit interpretantem ἅδης, quaſi ἀειδὴς, ideſt *triſte tenebroſumque*, atque hoc nomen Plutoni dantem; deinde hunc Deum ut doceat non eſſe horrificum, nomen ᾅδης ab eo trahit, quod eſt ἀειδέναι, hoc eſt *noſſe omnia pulcra*: tum vero ait, neminem, ut ad inferos defunctus abiit, illinc reverti velle, quia ſuaviſſimis Plutonis orationibus irretitus tenetur, & multo ſemper melior efficitur. Orationis vis num corpori prodeſſe potuit? nihil profecto minus. Ergo animae tantum propitia fuit: ideo philoſophus, *eſt*, inquit, *Deus is ſophiſta procul dubio diſertiſſimus, & ingentia confert his, qui penes ipſum habitant, beneficia, qui uſque adeo divitiis affatim abundat, ut ſumma nobis bona ſuppeditet, unde & Pluto eſt nuncupatus*. Haec erat ratio, cur Socrates [b] affirmaret, quum ſe moriendo migraturum putaret primum ad Deos alios ſapientes & bonos, deinde ad homines defunctos his, qui hic ſunt, meliores, ideo non moleſte ſe ferre mortem. Plato [c] inter odorata nemora, & prata floribus nitentia, qualia Virgilius [d] fingit, philoſophorum ſcholas aperit, poetarumque choros, & muſicorum cantus. Inter avernalem Deorum gregem, quem Socrates & ſapientem, & bo-

a *In Cratylo, vel de Recta Nomin. Rat.*
b *Plato in Phaedone.*
c *In Axiocho de contemn. morte.*
d *Aenead. VI. 656. 665. 673.*

num nuncupat, locum in primis habebat Iſis, quae ſuis ſacris [a] initiato, quum ad inferos demearit, propitiam ſe fore ſpondet in Acherontis tenebris interlucentem. Haec quum ita ſint, jam concluſio videtur hinc neceſſario conſequi, cur antiqui Diis Manibus inferias mitterent, aut nullam cauſam, aut eam praecipuam, imo ſolam fuiſſe, quod etſi inevitabilis haberetur, non omnino tamen ineluctabilem vim eſſe Manium communis opinio ferret, ſed certis ritibus propitiam fieri placabilemque, atque ita prorſus, ut quaedam libamina, tanquam legitimas luſtrationum ſpecies acciperet, quarum ope, quae mortuis agendae in inferis expiationes erant, ſuperſtitum pietate ſuppleri poſſent, ac non mediocriter temperari. En cauſa, en ratio, cur tam ſolemnia apud Ethnicos parentalia. Quae de hujuſmodi luſtrationibus hactenus dicta ſunt, antiquae ſuperſtitioni ſi parum congrua videantur, in partes traham, tanquam maximi, ut decet, futura ponderis, quae Jo: Baptiſta Paſſerius [b], vir Etruſcae ac Latinae antiquitatis conſultiſſimus, de divinis honoribus cogitavit. Nam ſi ſuperſtites ea ſpes tenebat, ab ſe poſſe mortuis impetrari divinitatem, multo magis expiationem, qua utcunque expoſita, jam divinitatis impetratio in medium venit. Haec ſi breviter attingetur, omnino hinc fiet, ut explicatio alterius alteri non parum profit. Siquidem utraque conjuncta eſt & cohaeret.

XVII. Immortalitatis, ad quam nati ſumus, & Divinitatis, ad cujus imaginem conditi, uſque adeo ſemper avidi & appetentes, qua late patet terrarum orbis, mortalium animi extiterunt, ut quanquam, velut ait Apoſtolus

a Vid. *Vol. I. pag.* 50. b *In Acherontico VI. & VII.*

lus a veritate auditum averterent, & ad fabulas converterentur, hoc eſt ad interitum ruerent & ſempiternam poenam ſua voluntate ſuſceptam, dulce tamen immortalitatis praemium, & ſanctum Divinitatis nomen tum dari a Diis, tum ab hominibus impetrari arbitrabantur. Divina haec dona impertiri a ſummis Diis nectaris, atque ambroſiae munere, opinio erat. Nam id genus latices vix anima attigiſſet, divinitatem conſequi putabatur. A multis, quae facile ex Graecis, Latiniſque ſcriptoribus afferri poſſent, auctoritatibus abſtinebo: Ovidii duntaxat teſtimonio innitar, qui utramque noſtri inſtituti partem egregie tractat, Aeneae oſtendens expiationem primo, deinde divinitatem ambroſiae munere, & aſſenſu Deorum unanimi, ope Veneris impertitam, quae [a]

junctis invecta columbis
Litus adit Laurens: ubi tectus arundine ſerpit
In freta flumineis vicina Numicius undis:
Hunc jubet Aeneae quaecunque obnoxia morti
Abluere, & tacito deferre ſub aequora curſu:
Corniger exequitur Veneris mandata, ſuiſque
Quicquid in Aenea fuerat mortale repurgat
Et reſperſit aquis: pars optima reſtitit illi.
Luſtratum genitrix divino corpus odore
Unxit, & ambroſia dulci cum nectare miſta
Contigit os, fecitque Deum, quem turba Quirini
Nuncupat indigetem, temploque ariſque recepit.

En tibi laudatae fluviales aquae, & marinae, utpote luſtrationibus pernecesſariae: en quicquid mortale fuerat, expiatum, corpus nempe aereum, non terrenum. Etenim

a *Metam. XIV. 602.*

nim eadem Venus paulo ſuperius orabat Jovem, ne Aeneas ſic vita functus, ut olim vivus, ſtygios adiret lacus [a]

ſatis eſt inamabile regnum
Aſpexiſſe ſemel, ſtygias ſemel iſſe per undas.

Expiatione igitur quicquid Aeneas mortale habebat exuiſſe dicitur, nec ſane aliud, quam aereum corpus, & cunctas animi perturbationes mortalium proprias, quas Platonici [b] aeque in anima admittebant, dum terreno hoc corpore, ac dum aereo continebatur, propterea quod utrobique ſervabat priſtinam ſentiendi vim, ſive fontem originemque ſenſuum reliquorum, in quibus eſt perturbationum ſedes. Platonicus Virgilius quid ſibi vult, inquit Marſilius Ficinius [c], ubi Didoni haec tribuit [d]?

Vixi, & quem dederat curſum fortuna, peregi:
Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.

Duabus de cauſis animam, ex Marſilii ſententia, vocat magnam, tum quia prima erat, ut dixi, ſentiendi origo, tum quia a terreno carcere liberata aerei miniſterio corporis utebatur, cujus erat, ut primum huic terreſtri adhaerebat, quodammodo anguſtum fieri, dum diſcedebat, in amplitudinem ſibi congruam explicari. Huc reſpexit poeta Virgilii cultor, & aemulator [e], nec non Ovidius, ubi amico in adverſis fido ſemper ſe fore gratum ac beneficii memorem pollicetur [f]:

Spiritus & vacuas prius hic tenuandus in auras
Ibit, & in tepido deſeret oſſa rogo.

Quum vero illud corpus, quantumvis tenue, per ſe

a *Ovid ibidem.*
b *Plato Dial. X. de Leg.*
c *Praefat. ad cit. Dialog. Plat.*
d *Aeneadum IV. 659.*
e *Sil. Ital. lib. X.*
f *Triſt. I. Eleg. 4.*

adhuc obſcurum eſſet imperfectumque, umbra nominabatur, quod paſſim poetae inculcant [a]:

Omnibus umbra locis adero; dabis, improbe, poenas.

Itaque luſtratio & umbram hanc, & ipſam animam expiabat, quo facto pars hominis reſtabat optima, Divinitatis capax, ſi aſſenſus Deorum, ſi ambroſiae munus, ſi quarumdam invocatio accederet Poteſtatum, quas nominari Arnobio auctore [b], religio vetuit. Tria haec, dum paullisper attendas, in parentalibus indicata tam clare invenies, ut nihil ſupra. Aſſenſus ut Deorum certarumque Poteſtatum impetraretur, ſtatae preces non deerant, & quaſi abſque dubio impetratus deſignabatur in vaſculis, quorum nuſquam, niſi in inferiis, uſus erat. Ad ea, quae nos alibi [c] annotavimus, addas velim in Romanis ſepulcris inventa vaſcula, Serapidis, ſeu Jovis ſtygii caput pectore tenus referentia, unde in ſimpuli morem humor effundebatur, perinde quaſi ex ipſo Deorum ſinu ſuffragium Divinitatis prodire quodammodo videretur. Ita rem Paſſerius [d] interpretatur, & Arnobii [e] auctoritate id moris tradit, ab Etruſcis minime petendum eſſe, utpote Piſone, & Gabinio Coſs. Romae admiſſum. Ambroſia, quae idem latine ſonat ac *immortalitas*, itemque nectaris caeleſtes latices, quanquam in terris, ubi invenirentur, non eſſet locus, erant tamen certa libamina, quae cum illis Deorum dapibus, liquoribuſque haberent analogiam quamdam, ideoque eorum vicem ſupplere commode poſſent. Haec erant praecipue vinum, lac, mel. Paſſim enim vini, & mellis, velut nectaris commen-

a *Virg ibid. v. 386.*
b *Lib II Contr. Gent.*
c *Vol. I. pag. 235.*
d *Loc. cit. cap. IX.*
e *Ibidem ut ſupra.*

mendatio eſt apud poetas, quorum ſic princeps, ubi apum ſolertiam laudat [a]:

aliae puriſſima mella
Stipant, & liquido diſtendunt nectare cellas.

Idem nectaris nomine appellat vinum [b]:

Vina novum fundam calathis Ariuſia nectar.

Quum vero a Graecis nectar & ambroſia, velut ſynonyma, promiſcue [c] ſint uſurpata, ideo vini, mellis, lactis liquoribus credebatur indita nectaris ſimul & ambroſiae vis. Servius praeterea [d] docet, pro Deorum unguentis ambroſiam perſaepe adhibitam, id quod ſine interprete ipſe Virgilius diſerte tradit [e]:

Ambroſiaeque comae divinum vertice odorem
Spiravere.

Neque apud Homerum alia de cauſa, quam ut gererent ambroſiae vices, mater ad Achillem, [f] Venus ad Hectorem odores unguenti ſuaviſſimos attulerunt. Ambroſia quippe quum Deorum unguentum eſſet, alterum pro altera uſurpabant. In promtu igitur & finem, & cauſam habes, cur vinum, lac, mel, opobalſama, unguenta, oleum tanto ſtudio in funeribus, & parentalibus profuſa ſint, cur foramina in urnarum operculis praeparata, cur vaſa unguentaria vel cum cadaveribus combuſta, vel in ſepulcris condita, nec ſine piaculo inde ablata. Videlicet eo tendebant omnia, divinitatem ut impetrarent mortuis. Et quod de libationibus, id quoque de certis victimis dictum volo. Etenim fata decem annis differri, placari Deos inferos, animas divinas fieri certorum animalium

 ſan-

a *Georg. IV.* 163. & *Aen. I.* 437.
b *Ecloga V. v.* 71.
c *Athenaeus lib. I.*
d *Ad Aenead XII.* 419.
e *Aeneadum I.* 407.
f *Odyſſ. XXIV. v.* 57.

ſanguine creditum eſt, ut toties jam citatus Arnobius tradit [a]. Tanta veterum ſolicitudo, quantam hactenus explicavimus, de divinitate mortuis impetranda, vix credibile id eſſe admonet, quod multis placuit, per dies nempe, quos antiquitas *Atros* dixit, parentare fuiſſe nefas. Itaque de hoc ritu pauca.

XIX. Parentalia noctu eſſe celebrata aeque apud omnes conſtat, itaque Virgilius aras in inferiis erectas *nocturnas* vocat [b]:

Tum ſtygio regi nocturnas incboat aras.

Cerda [c] praeterea addit poſt noctem mediam parentatum, & eam appellat vatem, quae ita Scipionem monet apud Silium Italicum [d]:

Vade age, & a medio quum ſe nox humida curſu
Flexerit, ad fauces vicini caſtus Averni
Duc praedicta ſacris duro placamina Diti.

Cardinalis Noriſius [e] haec ſacra ad eandem producit horam, ad quam Lemuria Ovidius, nempe ad mediam noctem Idibus Maji [f]:

Nox ubi jam media eſt, ſomnoſque ſilentia praebent,
Et canis, & variae conticuiſtis aves,
Ille memor veteris ritus, timiduſque Deorum
Surgit, habent gemini vincula nulla pedes.

Hic tu tacitus quid hoc, inquis, ad rem? meo quidem judicio non parum. Quod enim nocte plerumque intempeſta Diis inferis ſacra fierent, una ex multis haec erat ratio, cur Gyraldo [g], Kirchmanno [h], Gutherio & aliis non

a *Lib. ſupra citato.*
b *Aen. ad VI. 252.*
c *Ibidem num 21.*
d *Sil. Ital. X. v. 412.*
e *Loc. cit. Diſſ. III. 6.*
f *Faſtorum V.*
g *Syntagm. XVII.*
h *De Fun. Rom. I.*

non acquieſcerem cum Macrobio [a] negantibus, *oportere atro die parentare*. Nam ſi alto ubique ſilentio facto, & atra nocte, atriſque veſtibus atra Numina rogabantur, cur non etiam atro die? quum Deorum ſuperum templa clauſa, elinguis curia, mutum forum, uno verbo, atra erant omnia. Servius [b] eſt auctor, Romae primis temporibus cuncta per noctem elata funera, cujus ritus Donatus hanc cauſam addit, nempe [c] *propter ſacrorum celebrationem diurnam*. Atqui atro die nulla Diis ſuperis fiebant ſacra: cur non ergo id temporis, praeſertim noctu, parentalia celebrarentur? Huc accedit, omnes juſtitii dies Romae fuiſſe atros, juſtitium autem luctumque publicum ex Livio [d], Tacito [e], Svetonio [f] ediſcimus non ſemel diu perduraviſſe; vix ergo, ac ne vix quidem veriſimile exiſtimaverim, quum plurimi id temporis interierint, eis propinquos & affines non parentaſſe. Exemplo ſit pius Aeneas, qui die paternae mortis anniverſario ita loquitur [g]:

Jamque dies, ni fallor, adeſt, quem ſemper acerbum,
Semper honoratum (ſic Dii voluiſtis) habebo.

Dicit *acerbum* diem, ſeu mavis atrum, funeſtum, lugubrem: at nullo deinceps tempore non ſingulariter *honoratum*, ob parentalia, quae quotannis in poſterum ad Anchiſae Manes celebrare ſtatuerat. Conjecturae vim addit plurimam cenotaphium Piſanum, ubi res, fruſtra obſtantibus commendatis auctoribus, luce clarius definitur. Dies enim, qui illuxit ultimus Cajo Caeſari, Piſis in per-

a *Saturn I 16.*
b *Aeneadum XI.*
c *In Andr Terent.*
d *Lib. XXII.*
e *Hiſt II. & III. Ann.*
f *In vit. Calig 6.*
g *Aenead. V. v. 49.*

perpetuum pro ALLIENSI acceptus eſt, tam nempe ater, tam infauſtus, quam qui Romae ob copias a Senonibus ad Alliam [a] caeſas: & tamen decretum legitur, uti EO DIE QVODANNIS *ſic* PVBLICE MANIBVS EIVS PER MAGISTRATVS.... PARENTETVR. Peracute ad rem doctus Criticus [b], *haec*, inquit, *non interprete indigent*, *ſed lectore*. At enim apud Macrobium Fabii Maximi Serviliani pontificis ſententia eſt, *non oportere atro die parentare*. Ita quidem. Sed *non oportere* norunt grammatici non aeque penſitandum, ac *neſas eſſe*, & qui ſecus cum Kirchmanno ſentiat, ad Ciceronem [c] provocatur, cujus haec ſunt verba: *eſt aliquid*, *quod non oporteat*, *etiamſi licet*, *quicquid vero non licet*, *etiam non oportet*. Atque hinc facile argumentabere, aut Salvianum in ea opinione fuiſſe, quam Romani non probavere, aut, quum dixit *non oportere atro die parentare*, ſignificare id voluiſſe, ſatius fore, ſi quis ab inferiis abſtinens atro die, eas in alium diem differret. Quid ita? *quia tunc quoque* (verba Macrobii [d] ſunt) *Janum Jovemque praeſari neceſſe eſt*, *quos nominari atro die non oportet*, hoc eſt eorum majeſtati non convenit, quamvis liceat, nec nefas ſit. Conſtat igitur, parentalibus fuiſſe locum quocunque die. Cur porro Janum in juſtis funebribus praeſarentur, Ovidius [e], aperit, cur Jovem, Macrobius [f]: *exiſtimarunt*, inquit, *antiqui*, *animas a Jove dari*, *& rurſus poſt mortem eidem reddi*. Nimirum animas opinio erat cum caeleſti vehiculo, ſive corpore de caelo delapſas eſſe, & mortalis vitae ſpatium emenſas eodem, unde venerant, remeare nunquam caeleſti non indutas cor-

a *Livius lib. I.*
b *Card. Noriſ. loc. cit.*
c *Orat. pro Corn. Balbo.*
d *Apud Macrob. loc. cit.*
e *Fuſtorum I*
f *Saturnal. I. 10.*

corpore, quod ex Platonis ſententia cuncta per ſecula retinebant. Videlicet hic ille eſt fons, unde profluxit error, qui primis temporibus apud multos in Eccleſia tenuit, quum ignoraverint ſive animas, ſive Angelos comprehendere ab omni concretione liberos ac ſegregatos. Age nunc ea videamus, quae pars ſunt extrema Diſſertationis.

XX. Ex libationibus alias, ut expiatio, alias, ut divinitas impetraretur, eſſe a veteribus inſtitutas, ſi quicquam aliud, id argumento eſt, quod mortuorum animas non alio nomine, quam Deorum Manium & nuncuparent, & colerent. Quanquam enim quaſi de expiatione ac divinitate incerti utriuſque cauſa Deos inferos fatigarent, quia tamen utramque minime diffidebant aut impetratam jam, aut impetratum iri, ideo, ne quis error obreperet, communiter ſuorum animas Diis Manibus adſcribebant. Novi, & Appulejum de Deo Socratis, & Plotinum [a] inter Lares, Lemures ſive larvas, ac Manes diſcrimen ponere: novi, ethnicos ab Arnobio irrideri [b], qui Manes colerent, quum re ipſa, qui tandem, aut quales eſſent, penitus ignorarent, ipſo Varrone totius antiquitatis oraculo ea de re dubitante: novi denique viſum aliis, diſtingui animas a Diis Manibus oportere, in quam ſententiam Lucanus [c] cecinit: *Manes animamque potentem officiis averte meis*. At vulgo animas pro Diis Manibus eſſe habitas, & cultu privato ac publico honoratas, ex innumeris auctorum teſtimoniis aperte conſtat, quin huic opinioni poetae obſint, modo huc, modo illuc deferri ſoliti more ſuo:

a *S. Auguſt. de C. D. IX. 11.*
b *Adverſ. Gen. lib. IV.*
c *Lib. VIII. Tibull. III. Eleg. 2. Horat. Satira VIII.*

ſuo: ita Silius exempli cauſa nunc a Manibus diſtinguit mortuorum animas [a]

Ergo excire parat Manes, animaſque ſuorum:

nunc palam fatetur eſſe unum & idem [b]:

Dii longae noctis, quorum jam numina nobis
Mors inſtans majora facit, precor, inquit, adeſte,
Et placidi victos ardore admittite Manes.

Feſtum [c], & Plinium [d] ultro praetereo, quum extet lex XII. tab. *Deorum* [e] *Manium jura ſacra ſunto: hos letho datos Divos habento*, ac praeſertim ſolemnis illa formula *Dis*, vel *Diis Manibus*, qua formula, quum ethnici invictis Chriſtianorum rationibus refutati Deos eſſe negarent Manes, Prudentius contra Symmachum utebatur [f]:

Eſſe Deos Manes cur inficiaris haberi?
Ipſa patrum monumenta probant DIS MANIBVS: *illic*
Cuſtodit cineres, denſiſque Salaria buſtis.

Sed ſive Manium, ſive alio quovis nomine uterentur, ſuos certe mortuos adſcribebant Diis, unde Penates, Viales [g], Indigetes [h] antiquitas nominavit, & ille L. Minucius Anthimius, & Scribonia Feliciſſima A. Minucio Anthimiano memoriam, tanquam Deo Domeſtico [i] poſuerunt: ΘΕΩ ΙΔΙΩ ΕΠΗΧΟΩ. Praeclarus eſt locus Clementis Alexandrini, ubi de templis agens *multa*, inquit, *ex his templa, quae tholis ſint aureis & ſublimibus elata faſtigiis, auctorum conſcriptionibus comprobatur contegere cineres atque oſſa, & functorum eſſe corporum ſepulturas.* Tum pergit variis, quod propoſuit, exemplis apertiſſime compro-

a *Lib XIII.*
b *Lib VIII. v. 141.*
c *In voce Manuos.*
d *Lib. II 55. XI 37.*
e *Cicero II. de leg.*
f *Lib. I.*
g *Serv. Aenead III.*
h *Ibidem Aenead XII.*
i *Lib. Antiq. Sacr. & Civil. Rom.*

probare, mortuos pro Diis immortalibus eſſe habitos. *Nec vero*, inquit Cicero [a], *tam denicales, quae a nece appellatae ſunt, quia neci dentur mortui, quam ceterorum Caeleſtium quieti dies, feriae nominarentur, niſi majores eos, qui ex hac vita migraſſent, in Deorum numero eſſe voluiſſent*. Tertullianus hanc inſaniam perſequens, *quid*, ait, *omnino* [b] *facitis ad honorandos Deos, quod non etiam veſtris mortuis conferatis*? Idem auctor & ſaepe alibi eodem gradu templa, & ſepulcra collocat, & fideles laudat, quod non minus templa, quam monumenta deſpuerent, quorum utraque erant unum, ideoque ſcite admonent eruditi, templum pro ſepulcro poſuiſſe Virgilium ubi cecinit [c]:

fuit in tectis de marmore templum
Conjugis antiqui, miro quod honore colebat
Velleribus niveis, & feſta fronde revinctum.

Quod ſubobſcure poeta, luculente de Hadriano Spartianus dixit: *templum ei pro ſepulcro apud Puteolos Antoninus conſtituit*. Aegyptii loculos ornatos inſtructoſque non in ſepulcris modo, ſed domi etiam [d] in conclavibus ad eum uſum conſecratis, ordine quemque ſuo erectos collocabant, tum ut honores praeſtarent mortuis, tum familiae ut ſplendori conſulerent, longam majorum ſeriem poſteris relinquendo. Euſebius [e] ubi ethnicorum in Chriſtianos immanitatem arguit, quibus & vivis lucem, & terram mortuis denegabant, cauſam hujus addit crudelitatis, *ne, ut eorum ferebat opinio, Deos eſſe reputantes divina veneratione proſequerentur*. Iccirco in reliquiarum

a *Ibidem ut ſupra*. Vid. *& de N. D. II. & in Somn. Scip.*
b *Apolog. 13. de Spectac. 13.*
c *Aeneadum IV. 457.*
d *Herodot. II. 66. Cic. Tuſc. quaeſt. 145.*
e *Lib. VIII 6., & Lib. II. Praepar. Evang. 8.*

collectione ut primum os occurriſſet, & a filiis parentes, & filii a parentibus Dii pronunciabantur [a], quod poeta Aeneae pietati adſcribit [b]:

Ex quo relliquias divinique oſſa parentis
Condidimus terra, maeſtaſque ſacravimus aras.

Graeci quamvis mortuorum animas, praeſertim heroum divinitate donarent, iiſque ſacrificia offerrent, hoc tamen diſcrimen eſſe voluerunt, quod [c] ſacrificare Diis dicebant θύειν, heroibus ἐναγίζειν. Secus Latini. Cum Diis enim mortuos aequabant ſuos, ſoliti funera, ut Plutarchus ex Varrone [d] colligit, iiſdem plane ritibus, ac Deorum ſacrificia celebrare. Nam parentum funera velatis capitibus efferebant, quo nimirum ritu Deos adorare & invocare conſueverant: funebres quoque ludos, tanquam divinitatis argumentum, ſolemni ritu celebrabant: demum ſuper ſepulcra feſtivis vocibus mentis obſequium depromere, ac ſe ad tumulos, veluti ad Deorum aras, circumagere conſueverant. Notavi hunc ritum alibi, ſed cum generatim de Gallorum converſionibus ad laevam [e] dixi, excipere debui Celtas, quos Athenaeus [f] tradit Deos venerando converti in dexteram maluiſſe. Quid plura? nonne ad tumulos & cenotaphia, tanquam in ipſis Deorum templis, dicabant aras?

XXI. Et eae quidem ſingulae atque univerſae, nedum Divorum, aut Heroum, quod Gutherio [g] perperam in mentem venit, ſacrae erant ac religioſae, Tacito [h],

Sve-

a *Plutarch. in Cauſ.*
b *Virg. Aenead V. 47.*
c *Riccius Diſſ. Homeriç. XLIII.*
d *In Rom. quaeſt. 10. & 14.*
e *Vol. I. pag. 53.*
f *Lib. IV. 13.*
g *De Jur. Man. II. 19.*
h *Ann. III. Hiſt. II.*

Svetonio [a], Capitolino [b], antiquiſque lapidibus [c] edocentibus, ad eas aras adoleri victimas, & ſacrificia fieri, & ſupplicari, tanquam ad Deorum altaria conſueviſſe. Jure igitur antiquitatis interpretes aram promiſcue nominant baſim, urnam, aut cippum funebrem, neque ubi legunt H. A. H. S. aliam tradunt explicationem, quam *hanc aram* ſive ſepulcrum *heres non ſequitur* vel *ſequetur*, ſecundum illud H. M. H. N. S. Etenim illa Aſpaſia, cujus titulum ipſe Gutherius affert, quid ſibi vivens, quid viro, quid filio ſuo Arae nomine, niſi ſepulcrum fieri teſtamento juſſit? Aram ſcilicet ad ſui cultum poſuiſſe abſurdum eſt? ergo ſepulcrum. Servius ad citatum Virgilii locum *maeſtaſque ſacravimus aras*, & ad mox ſequentem *depaſta altaria liquit* [d] ſic addit: MAESTAS ARAS *ad hominem pertinet*, *id eſt Diis Manibus conſecratas*: *quod paulo poſt dicit* ALTARIA LIQVIT, *vult eſſe divinitatis poſt apotheoſin*: quaſi Virgilius moneat, altaria Divis duntaxat ſolemni ritu conſecratis & Diis ſuperis dedicata, Manibus aras tantum. Profecto in ſepulcris hactenus nuſquam inveni altare, ſed ſemper aram, quod vero inter utraque diſcrimen eſſet, audire malo, quam divinare; ac parum eſt, id me fugere, ne novit quidem Marchio Jo: Petrus Locatellius, cum vir doctiſſimus, tum vero optimus, qui Diſſertatione coram Pontifice nuper habita, eaque argumentis ex profana divinaque hiſtoria depromtis nitidiſſime abſoluta, inter altare & aram nihil eſſe diſcriminis prolixe oſtendit. Quod ſi arbitrere, cuncta altaria dici potuiſſe aras, non cunctis aris altarium nomen conve-

 niſſe,

a *In Vitellio*.
b *In M. Aurelio* 3.
c *Grut. pag.* 565. 647. *&* *alibi*.
d *Ibidem. v.* 93.

niſſe, tibi Virgilius obſtat, qui ibidem [a] utramque vocem promiſcue uſurpat; imo ubi juſta commemorat ab Andromache Hectori perſoluta, ad rem maxime accommodatum hoc habet carmen [b]:

Et geminas cauſam lacrimis ſacraverat aras.

Bene *geminas*, quia altera Superis, altera Inferis dicata eſt, ut jam diſcrimen tollatur inter altare, & aram. Siquidem in eam ſententiam interpretes [c] eunt, moris olim fuiſſe, ut arae Heroibus erigerentur binae, non quod Andromache, ut Gutherio [d] placet, Hectorem ſimul, & Aſtianactem ara duplici honoraſſet, ſed quod altera Diis inferis, altera ſuperis extructa eſſet, ut ſe utrique propitios praeberent mortuo, quae ratio ex Statio [e] colligitur in Archemori exequiis plus quam regiis [f]:

Jamque pari cumulo geminas, hanc triſtibus umbris,
Aſt illam ſuperis, aequus labor excitat aras.

Nec vero Diis duntaxat ſive ſuperis, ſive inferis, ſed ipſis etiam mortuis excitabantur arae, ut contra [g] Gutherium ipſae inſcriptiones clamant. Cippi ſepulcrales propterea audiebant arae, quia eorum figura in ſummo nihil ab arulis differebat, quarum bene multae, ut libationes fluerent in amphoram cinerariam, terebratae erant [h] a ſummo ad imum. Ac profecto nemini mirum eſt, id honoris defunctis datum, quibus, nec tam viris principibus, de quibus multa [i] dicta ſunt, quam infimae conditionis hominibus, veſtes Deorum propriae affigebantur, quod ad

a *Verſu* 48. *&* 54.
b *Ibidem v.* 305.
c *Turneb. XVII.6. Cerda comment. III. Aenead. ad loc. cit.*
d *Loco citato.*
e Vid. *Card Noriſ Diſſ. III.* 4. *loc. cit.*
f *Thebaid. V v* 118.
g *Ibidem ut antea.*
h *Fabrett. II. Ant. Inſcr.*
i *Vol. I. pag* 160. *&* *ſeqq.*

ad picturas vitreas immortalis ille ſenator Bonarrotius obſervavit. Huic ſuperſtitioni congrua tum ſepulcrorum erat, tum urnarum forma. Illa enim ſaepe ad templi ſpeciem [a] extruebantur; cineraria quoque, divinitas ut impertita mortuis indicaretur, nunc rotunda, nunc quadrata parvi inſtar templi inveniuntur, & ipſa urnarum opercula in utroque latere faſtigium referunt, ſeu trianguli formam, immortalitatis inſigne, quod in monumentis Etruſcis quam ſaepiſſime Gorius animadvertit [b].

XXII. Jam vero ut finem faciam, & diſſertatio, unde exordium habuit, inibi terminetur, animadverto, tot & tanta hujuſce ſuperſtitionis monſtra non aliunde exorta, quam ab immoderata parentum in liberos indulgentia & caritate. Acerbo enim luctu dolens pater [c] immature ſibi abrepti filii imaginem fecit, & illum tanquam Deum colere coepit, conſtituitque inter ſervos ſuos ſacra & ſacrificia: deinde lapſu temporis iniqua conſuetudine quotidie magis convaleſcente, multo latius hic error patere coepit, inſtar legis quoad omnem ſexum, aetatem, ordinem, conditionem diligentiſſime cuſtodiri. De aliis hujuſce cultus rationibus, variiſque cauſis refer animum ſis ad eruditiſſimam diſſertationem Cl. Canonici Checchozzii in II. Volumine Academiae Cortonenſis. Quod autem parentes de filiorum divinitate non dubitarent, ii fatentur, quibus ſolemne fuit per liberorum Manes, tanquam per Genios, jusjurandum concipere, quo nihil ſanctius apud veteres, utpote *affirmatio religioſa* [d] *Diis immortalibus interpoſitis tum judicibus*, *tum teſtibus*: hinc Fabius Quintilianus, quum

a *Vol I pag. 223. & ſeqq.* *Antiquae Etruriae.*
b *Muſ Etr. Vol. II. Diſſ. III. & Vol. I. Tab. 191. & ſeqq. & part. I. Inſcr.*
c *Sapientiae IV.*
d *Cic. II. de leg. & III. Offic.*

quum de liberorum interitu querebatur, quos ſibi ereptos, ut jam homines eſſe deſierant, fingebat Deos, *juro*, ajebat [a], *per mea mala, per infelicem conſcientiam, per illos Manes, numina doloris mei*. Nec minor filios parentum gratia ſuperſtitio inceſſerat, Propertio teſte [b]:

Oſſa tibi juro per matris & oſſa parentis,
Si fallo, cinis heu ſit mihi uterque gravis.

Ceterum quandiu in Urbe ſuperſtitio certis veluti finibus contenta fuit, quicunque obirent, aut nullius nominis eſſent, aut in gradu dignitatis altiſſimo collocati, promiſcue adſcriptae ſunt omnium animae Diis Manibus: ſed poſtquam in principes adulatio erupit, tum denique poſt Auguſtum, cujus in nepotibus honorandis vetera inſtituta ſervata ſunt, omnes Auguſtorum conjuges liberique, nedum ipſi imperatores, paucis exceptis, decreto civitatis publico abſolute, ſine ullo additamento, ſunt Dii habiti & appellati [c]. Neronis ex Poppoea filiae [d] quadrimeſtri ſenatus honorem Divae, aedem, pulvinar, & ſacerdotem decrevit: Domitiani infans in patris, [e] matriſque [f] nummis argenteis globo inſidet ſeptem Arcti ſideribus, immortalitatis ſymbolo, coronatus: M. Antoninus ſeptennem filium quum amiſiſſet, eidem ſtatuas decerni juſſit [g], imaginemque auream in circenſibus per pompam ferri, ejuſque nomen inſeri carmini Saliari. Sed nolo in hac re multus videri, ne, quod Plinius [h] de Regulo ſupra commemorato, id de me, Lector benevole, jure uſurpes, *non haec de pueris eſſe ſcripta, ſed a puero*.

CLAS-

a *Lib. VI. Inſt.* 1.
b *Lib. II Eleg.* 19.
c *Vid. Diſſ. II.*
d *Tacit. Ann. X.*
e *Baldin. ad Vaillant. p.* 104.
f *Ibid pag.* 111.
g *Capitolin in M. Antonin.*
h *Epiſt. IV.* 7.

CLASSIS VII.

Ingenuorum Iuvenum & Infantium Monumenta.

I.

Romae prope Baſilicam S. Pauli. *Reineſius Cl. III. pag. 330.*

Εκτον επ' εικοΣΤΩΙ ΠΛησας Ετς ΑΒΓΑΡΟΣ ενθα
ΤΑΡΧΥΘΗ ΜΟΙΡΩΝ ΩΣ ΕΠΕΚΛΩΣΕ ΜΙΤΟΣ
Ω ΦΘΟΝΟΣ ΩΣ ΑΔΙΚΟΣ ΤΙΣ ΑΠΕΣΒΕΣΕΝ ΑΡΧΟΜΕΝΟΝ ΦΩΣ
ΛΥΠΗΣΑΣ ΤΟ ΓΕΝΟΣ ΚΑΙ ΦΙΛΙΟΥΣ ΕΤΑΡΟΥΣ
ΤΥΜΒΟΝ Δ' ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΕΩΙ ΘΕΤΟ ΤΟΥΤΟΝ ΑΔΕΛΦΩΙ
ΟΙΣΙΝ ΟΠΡΙΝ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΒΓΑΡΟΣ ΗΝ ΓΕΝΕΤΗΣ

Ἕκτον ἐπ' εἰκοστῷ πλήσας ἔτος Ἄβγαρος ἔνθα,
Τάρχυθη μοιρῶν ὡς ἐπέκλωσε μίτος.
Ὦ φθόνος ὡς ἄδικος τὶς ἀπέσβισεν ἀρχόμενον φάος·
Λύπησας τὸ γένος καὶ φιλίους ἑτάρους.
Τύμβον δ' Ἀντωνεῖνος ἑῷ θέτο τοῦτον ἀδελφῷ,
Οἷσιν ὅπριν Βασιλεὺς Ἄβγαρος ἦν γενέτης.

Ex Graeco Sirmundus *lib. II. ep.* 8.

Qui ſex biſque decem compleverat Abgarus annos,
Parcarum duro eſt hic ſitus imperio.
Primaevam extinxit lucem cui livor iniquus
Maerore adficiens & genus & ſocios.
Germano hunc tumulum fratri dedit Antoninus,
Abgarus olim Rex queis fuerat genitor.

Abgarus Oſrhoenorum, ſeu Ruhae rex ad Severum imperatorem in Armeniam confugit, eique ſe dedidit, traditis liberis obſidibus. Herodian. *III.* 27. Uni ex his mortuo erectus lapis. Caracalla deinde eundem Abgarum in vincula conjecit, & Oſrhoënem in Meſopotamia, cujus metropolis erat Edeſſa, Rege deſtitutam cepit. Vid. *Cardinal. Noriſ. Diſſ. II. 3. de Epoch.*

Epoch. Syromacedonum. Oſrhoënorum Regulos ſeu Dynaſtas omnes *Abgari* nomen geſſiſſe teſtantur Dio *lib. XL.* Herodian. *loc. cit.* Capitolin. *in vit. Antonin. Pii 9. & Annal. Ecc. ſub Tib. Aug.*: tum haec inſcriptio in muſeo Emi Cardinalis Alexandri Albani, modo in Capitolio in ſecundo conclavi. *Murator. Vol. II. p. 665.* D. M. ABGAR. PRAHATES. FILIVS. REX PRINCIPIS. OSRHENORV. HODDA. CONIVGI. BENEMERENTI. FEC.

I I.

Albae. *Reineſius Cl. XII. p. 683. n. 104.*

ΑΝΘΟC ΕΓΩ ΓΕΝΟΜΗΝ ΥΙΟC ΕΡΜΟΓΕΝΟΥC ΤΕ ΚΑΙ ΦΥΡΜΗC
Ο ΑΝΘΗCΑCΤΕ ΚΑΚΩC ΕΤΕCΙΝ ΔΥCΙΝ ΟΥΚ ΟΛΟΚΛΗΡΩC
ΦΩΤΟC ΑΦΑΡΠΑCΘΕΙC ΠΡΟΜΟΙΡΟΝ ΒΡΕΦΟC ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΜΑΙ
ΚΑΙ ΟΥΚ ΟΙΔΑ ΚΑΛΩC ΗΤΕ ΚΑΚΩC ΕΘΑΝΟΝ
ΑΠΛΗΡΩΤ' ΑΙΔΑ ΤΙ ΜΕ ΝΗΠΙΟΝ ΗΡΠΑCΕC ΟΥΤΩC
CΠΕΥCΑC ΤΟΥ ΖΗΝ ΜΕ CΤΕΡΕCΑΙ

Ἄνθος ἐγὼ γενόμην υἱὸς Ἑρμογένους τε καὶ Φύρμης,
Ὁ ἀνθήσαστε κακῶς ἔτεσιν δύσιν οὐκ ὁλόκληρος
Φωτὸς ἀφαρπασθεὶς πρόμοιρον βρέφος ἐνθάδε κεῖμαι,
Καὶ οὐκ οἶδα καλῶς ἤτε κακῶς ἔθανον.
Ἀπληρότ' ἄϊδα τί μὲ νήπιον ἥρπασες οὕτως,
Σπεύσας τοῦ ζῆν μὲ στερέσαι.

Ibidem latine reddita.

Anthus eram Hermogenis, & Firmae filius olim,
Sed male florebam, nec binis integer annis
Ante diem raptus jaceo miſerabilis infans,
An bene defunctus neſcius, anne male.
Orce vorax, matris qui me ſic abripis ulnis,
Feſtinaque adeo morte perire facis!

I I I.

In agro Atinate ad arcem Malcocchiajo.
Murator. Vol. II. pag. 1199.

SI NON FATORVM CONSTANTIA IVRA FVISSENT
MATER IN HOC TVMVLO DEBVIT ANTE LEGI
QVAE ROGAT VT DICAS MOTVS FATALIBVS ANNIS
TERRA SIT HAEC PETALO NON ONEROSA PRECOR

I V.

I V.

In Pavimento Eccleſiae S. Pauli. *Fabrett. III. p.* 188.

.... TI. ANTONIO. RVFINO. QVI VIXIT. ANN. XII
M... ANTONIAE RVFINILLE. QVAE
VIX. AN... M. II. D. XIII. H. VI. FILIS DVLCISSIMIS
TI. ANTONIVS. VICTOR. PATER. ET ANTONIA..
RVFINA. MATER. FECERVNT. ET. SIBI. SVIS. LIB. LIBER
TABVSQVE. POSTERISQVE EORVM

QVISQVIS. ES. HVC. OCVLOS. PAVLVM. CONVERTE. VIATOR. ET. LEGE. QVOD NOMEN. HIC. TITVLVS. TENEAT. ANTONI. FRATRES. VIVORVM. PLAGA PARENTVM. PERFVNCTI. FATO. HIC. TENVERE. LOCVM. AMBO. PER. INVIDIAM CRVDELI. FVNERE. RAPTI. RVFINVS. PRIOR. ET. RVFINILLA. DEHINC

Inemendatam habet Gruterus *p. MCXX.* 8. Muratorius *p.* 1132. 8. legit tantum TI *Antonio &c.*, in 2. ET *Antoniae &c.* in 3. AN. XV. *&c.* FILIIS. in 4. nihil deſiderat, verſus exhibet ſex lineis comprehenſos.

V.

Narbonae. *Grut. p.* 718. 3.

Nil proſunt gemitus: lacrimis corrumpere ocellos
Deſine NEC DVRO IAM DOLEAS OBITV
NEC TIBI NEC NOBIS AETERNVM VIVERE IVSSIT
QVOD PVERI OCCIDIMVS FATA QVERENDA PVTAS
DVM SIS IN VITA DOLOR EST AMITTERE VITAM
DVM SEMEL OCCIDIMVS OMNIA DESPICIAS
ORBEM SVB LEGEM SI HABEAS QVVM VIVIS AD ORCVM
QVID VALET HIC NVLLA EST DIVITIS AMBITIO

Cl. Murator. *Nov. Theſ. Vol. III. p.* 1770. ex Donio legit in 2. *v.* VIVERE... SIT in quinto NVM VIVIS AD ORCHVM: ſub inſcr. M. H. N. S. *monumentum heres non ſequitur.* Niſi nomen extitit in ſuperiore, quae deeſt, lapidis parte, nulla fit mentio nominis, cujus deſpectus non raro in hujuſmodi monumentis: ſeligo e multis duo apud *Fabrett. Ant. Inſcr. I.* 21. AMICA AMICO CARISSIMO. B. M. F item NE TANGITO. O. MORTALIS. REVERERE. MANES. DEOS.

V I.

Romae.

D M

ME MISERVM FRATERNVS AMOR PERSOLVERE COGIT
1. HAS PVER EXEQVIAS HAS PVER INFERIAS
BELLE PVER FORMOSE PVER PVER VNICE DICO
QVID PVER IMO INFANS QVID PVER IMO CINIS
VIXDVM NATVS ERAS LACHESIS TVA FILA RECIDIT
SIC LVX QVAE FVERAT PRIMA SVPREMA FVIT
NAM QVASI MOMENTO SVB EODEM TEMPORIS AD TE
TORVA IVVENTA VENIT TORVA SENECTA VENIT
MATER ABORTIVVM QVVM TE PRODVXIT IN AVRAS
PARTVRIIT PVERVM PARTVRIITQVE SENEM
MORS ET ABORTIVVM QVAE TE PRODVXIT IN AVRAS
2. SVSTVLIT ET PVERVM SVSTVLIT ATQVE SENEM
AT PVTO NON RAPVIT TE MORS SED FILIA MAGNI
CARA IOVIS STYGIO NVPTA PVELLA IOVI
HAEC RAPVIT PAVCOS VT QVVM TV ADOLEVERIS ANNOS
INTER DELITIAS TE BEET ILLA SVAS
CRESCE PVER TV CRESCE INFANS INFANTVLE CRESCE
CRESCE PVER CRESCAS BELLVLE CRESCE PVER
NEC DESIDERIVM BELLAE REMORARE PVELLAE
CRESCE PVELLE CITO BELLA PVELLA ROGAT
CRESCE CITO INTEREA MANIBVS DABO LILIA PLENIS
MISCEBOQVE TVIS BALSAMA IN OSSICVLIS
TV MODO NON FRATRIS DONVM ASPERNABERE NARDVM
SVSCIPE CVM NARDO SVSCIPE ET HAS LACRIMAS
SVSCIPE ET HOS GEMITVS FRATRIS CAPE ET ALBA LIGVSTRA
ALBE PVER SIMILANT ALBA LIGVSTRA TIBI
TV PIA VERBA REFER NVNC IVSTA ET IVSTA SACERDOS
EIA AGE CONDENTVR VSTAQVE BVSTAQVE HVMO

Muratorius *Claſſe XX. p.* 1514. legit in 4. *verſu* ARIDVS *imo cinis*; in 8. CVRVA *ſenecta*; in 9. CVM pro *quum*; in 11. AVLAS pro *auras*; in 13. AST pro *at*; in 16. DELICIAS, in 25. LACRYMAS.

1. Te-

1. Tenerae aetatulae, ac vixdum natae proli quandoque inferias Romae datas apparet, quas Graeci nullas ſolvebant, *Plutarch. conſol. ad uxor.* ſoliti quoque non noctu efferre pueros, ſed primo diluculo *Homer. in Odyſſ.* Hoc ſi epigramma conferas cum Jo. Joviani Pontani naeniis, aut earum hanc partem eſſe aliquam ſuſpicabere, aut eas hinc aliquid mutuatas eſſe. Jure dolendum, ait Muratorius, nomen poetae excidiſſe.

2. De rapinis Orci, Proſerpinae, Plutonis ſaepe alibi.

VII.

Extra portam Salariam in vinea Equitis Quintii, *vel* Dequinque exſcripſi.

1. DI MANES. MANES SITIS IAMMORTE MISELLIS
PRAEPROPERA SENIBVS SERODATVMRAPITIS.
HICETENIM PVEREST VMBRIDESANGVINE CRETVS
INVIDAQVEM TENERVMPARCATENAX RAPVIT.
2. QVOMATRIMVLTOSSCRIBSIT *sic* MVLTOSQVOQ. PATRI
INGRATIS ANNOS. VOTA SATIS MISERA.
3. NAM SOLOS. SEPTEMPROLESO . . OS DVXERIT ORBES
SEPTVAGINTAFORENT. NIMISEROSCVPERET.
4. QVIPROVINETISFVNDIS TERRAQ. MARIQ.
HOC SOLVMPROLI. HOCPEPERERESOLVM
IVLIANO FILIO
L. VMBRIVS SATVRNINVS

Dj Manes, Manes ſitis. Jam morte miſellis
Praepropera ſenibus ſero datum rapitis.
Hic etenim puer eſt Umbrj de ſanguine cretus,
Invida quem tenerum Parca tenax rapuit;
Quo matri multos ſcripſit, multos quoque patri
Ingratis annos. Vota ſatis miſera.
Nam ſolos ſeptem proles o vos duxerit orbes
Septuaginta forent, ni miſeros cuperet,
Qui pro vinetis, fundis terraque marique
Hoc ſolum proli, hoc peperere ſolum.

1. De Djs, ſive Diis Manibus ethnici tam varie ſentiunt, tamque diverſi abeunt, quam qui ſpirant mendacia magnis

 ſol-

follibus. Hoc loco non idem ſunt, ac animae mortuorum, ut Apulejus *de Deo Socr.*, ſed potius, ut *Iſidor. VIII. cap. ult.*, ſunt Dii inferi, dicti Manes ab antiquo *manus*, ſive bonus, ut ſenſus ſit Dii boni eſtote boni, quaſi ad imitationem Terentii *in Andr. II. 2. Dj boni! boni quid porto?*

2. Quo nato pignore, Parca ſcripſit, aut ſcripſiſſe viſa eſt multos annos parentibus, ut prae gaudio ſperabant: ſed vota miſera!

3. Poſt PROLIS inter duas o o fracta eſt cum lapide una littera, quae reliqua ex particula videtur fuiſſe v, ita ut inſculptum putemus *o vos*, in hanc ſententiam *proles duxerit*, *ſeu duxit vos ſolos ſeptem orbes*, *nimirum annos*: hi forent ſeptuaginta, niſi diro intercedente fato miſeros ille parentes cuperet amiſiſſetque.

4. Vineta, & fundos terra *marique* non aliter, arbitror, explicaveris, quam ſi exiſtimes L. Umbrium Saturninum habuiſſe praedia, quod de ordine equeſtri Cicero indicat *Orat. pro Leg. Manil.* in provinciis tranſmarinis, vel huc traducas illud Horatii *III. Od. 1.*

Contracta piſces aequora ſentiunt
Jactis in altum molibus, huc frequens
Caementa demittit redemtor,
Cum famulis dominuſque terrae - Faſtidioſus.

VIII.

Ex Muſ. Veron. p. 318. 3.

ΨΥΧΡΟΝΥΔΩΡΔΟΙΗϹΟΙ
ΑΝΑΞΕΝΕΡΩΝΑΙΔΩΝΕΥϹ
ΩΜΕΛΑΝΗΒΗϹΓΑΡϹΟΙ
ΑΠΩΛΕΤΟΦΙΛΤΑΤΟΝΘΟϹ

Ita diſtinguit Cl. Maffejus.

Ψυχ' ρὸν ὕδωρ δοίη σοι ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεὺς
Ὦ Μέλαν, ἥβης γάρ σοι ἀπώλετο φίλτατον ἄνθος.

Idem ſic vertit.

Frigdulam jam porgat aquam tibi Pluto Erebi rex,
O Niger, aetatis poſtquam flos eſt tibi raptus.

IX.

I X.

Smyrnae. *Inſcr. Don. Cl. IV. n. 60.*

ΑΔ ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΝ ΚΑΤΕΧΕΙ ΚΟΝΙΣ ΟΜΒΡΙΜΟΣ ΑΙΔΑΣ
ΕΙΡΤΣΕΝ ΑΗΘΕΩΝ ΕΛΙΚΟΣ [a] ΕΞΑΓΕΛΑΣ
ΑΡΙΙ ΓΑΡ ΕΥΜΟΧΘΟΥ ΕΠΙ [b] ΓΥΜΝΑΔΑΣ ΑΓΝΟΝ ΕΦΗΒΟΥ
ΣΧΗΜΑ ΛΑΧΩΝ ΕΡΑΤΑΝ ΩΛΕΣΕΝ ΑΛΙΚΙΑΝ
ΑΡΙΙ Δ' ΑΡΙΘΜΟΝ ΕΤΩΝ ΕΞ ΚΑΙ ΔΕΚΑ [c] ΤΕΡΗΟΣ ΑΜΕΙΒΩΝ
ΖΜΕΡΤ.ΟΜΑΡΑΙ ΣΤΥΓΕΡΟΝ ΜΑΤΡΙ ΛΕΛΟΙΠΕ ΓΟΟΝ

a *Murator.* ΕΞ ΑΓΕΛΑΣ. b ΓΥΜΝΑΣΙΑΣ. c ΤΕΡΟΣ.

Ἀδ' Ἡρακλείδην κατέχει κόνις· ὄμβριμος ἀΐδας
Εἴρυσεν ἠϊθέων ἑλικὸς ἐξ ἀγέλας,
Ἄρτι γὰρ δυμόχθυ ἐπὶ γύμναδας ἁγνὸν ἐφήβυ,
Σχῆμα λαχὼν ἐρατὸν ὤλεσεν ἁλικίαν.
Ἄρτι δ' ἀριθμὸν ἐτῶν ἓξ καὶ δέκα τέρπος ἀμείβων
Ζμερτομάραι στυγερὸν ματρὶ λέλοιπε γόον.

Ita vertit Cl. Ant. M. Salvinius.

Hic Heraclidem retinet cinis; hunc gravis orcus
Aequali juvenum de grege proripuit.
Gymnados heu! durae quum luderet inter ephebos,
Nuper jucundam perdidit ille animam.
Sexque decemque annis exactis, liquit amoenus
Zertomarae matri terribiles lacrimas.

In hoc lapide figura ſtabat cum ſerpente circa columnam. Pro varia rerum conjunctione varia eſt ſerpentis ſignificatio, puta longaevae aetatis, prudentiae, foecunditatis, nonnunquam etiam divinitatis, itaque Aeneas apud Virgilium V. viſo ſerpente ad patris ſepulcrum,

Hoc magis incoeptos genitori inſtaurat honores.

Serpentes in ſacris litteris *Geneſ.* 3. *Exod.* 7. *Numer.* 21. *Apocal.* 9. 12. 13. 16. adeo celebres, minime ab ethnicis intellecti, vix dici poteſt, quot, quamque abnormes ad ſuperſtitiones, mendacii ſuadente auctore, traducti ſint. Vid. *Tacit. Annal. XI. Ovid. IV. Metam. Macrob. I.* 20. *Saturn.* & *Joann. Fabric. de Cacozelia Gentil.* Confer Diſſ. Cl. Doctoris Lamii *in Vol. II. Diſſ. Cortonenſ.* de Ciſta Myſtica, & inſcript. in

in Diariis Palearinis, quae incipit SANCTIS.DRACONIBVS. Quod ad hunc locum ſpectat, ſerpentem ſalutis ac beatitatis, columnam aeternitatis ſymbolum reor auctoritate marmorum nummorumque. De columna perpetuitatis typo vid. *Diſſ. IV. p.* 323. *ſeq.* confer Spanhemium *de nummo Smirnaeo*, in quo Veſta aeternitatis praeſes columnae innixa eſt, unde Horatius *l. Od.* 35. imperii ſtabilitatem explicat *ſtantis columnae* nomine. Porro ubi aut Serapis in ſerpentem deſinens Iſidi copulatur, aut Dea Veſta eſcam in patera ſerpenti praebet, ibi ſalutis praeſidem deſignari perſpicuum eſt, draconeſque templorum cuſtodes habitos, hortorumque Heſperidum, quos minime ab Elyſiis diſtinguit Strabo. Itaque ſerpens, ſicut alibi arbori *Fabrett. III. p.* 161. & *al.* ita hoc loco columnae involutus ſalutis haberi typus ac beatitatis debet, & ſane ejuſmodi, quam columna ſpondeat perpetuam fore.

X.

Sponius Pop. Attic. Art. IV.

ΕΙΚΟΝΑ ΤΗΝΔΕ ΠΑΘΕΙΝΟΣ ΕΝ ΕΦΗΒΟΙΣΙ ΠΑΛΑΙΣΤΡΑ
1. ΤΕΤΞΛΣ ΚΟΣΜΗΤΟΥ ΘΗΚΑΤΟ ΝΥΜΦΟΔΟΤΟΥ

Εἰκόνα τήνδε Ποθεῖνος ἐν Ἐφηβοῖσι παλαίστρα
Τεύξας Κοσμήτου θῆκατο Νυμφοδότου.

Sic ego metrice.

Pothinus referens in Ephebis dona paleſtrae
Icona Coſmetae Nymphodoti hanc poſuit.

1. P. Eduardus Corſinus inter inſcript. Atticas noviſſime editas ex Cl. Maffei Schedis hanc habet *num. XI. pag.* 57.

ΘΑΛΗΝ ΔΩΣΙΘΕΥ ΠΑΜΒΩΤΑΔΗΝ
ΤΟΝ ΚΟΣΜΗΤΗΝ Θ ΕΦΗΒΟΣ
ΔΡΥΑΝΤΙΑΝΟΣ ΚΑΛΛΙΑΣΧΡΟΥ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ

P. Corſinus in 2. linea interpretatur Θ vel Θανόντα, ut Coſmeta, aut Ephebus (incertum quippe ad utrum ſpectet) indicetur jam vita functus; vel notam conjicit numeralem eſſe, quae Thaletem ſignificet *novies*, aut *nonum* Coſmetae munus obtinuiſſe; vel demum, quod veriſimilius eſt, Θ compendium eſſe

eſſe exiſtimat Θήκατο dicavit, nempe *Dryantianus Callaeſchri* filius *Marathonius Ephebus Thaletem Doſithei* filium *Pambotadem Coſmetam*, hoc eſt ejus ſtatuam *dedicavit*, cui ſtatuae hic titulus ſubjectus erat.

X I.

Romae in domo Pavitiorum. *Muſ. Veron. p.* 358.

AN. I. M. V. D. X
DIS. MANIBVS
PRIMILLA. F. SVO
ISMARO. HOC. TIBI
DAT. TVMVLVM. PIETA
TIS. NOMINE MATER
ET PROPERAT INTRO SOLVE
re juſta. Vale.

X I I.

Romae e ſchedis Vaticanis. *Fabrett. pag.* 233. *n.* 612.

In prima columna.

MEMORIAE. M. LVCCEI. M. F. NEPOTIS
S. ONVSSIANVS. SE . . . .
QVVM PRAEMATVRA RAPTVM MIHI MORTE NEPOTEM
FLEREM PARCARVM PVTRIA FILA QVERENS
ET GEMEREM TRISTI DAMNATAM SORTE IVVENTAM
VERSARETQVE NOVVS VISCERA TOTA DOLOR
ME DESOLATVM ME DESERTVM AC SPOLIATVM
CLAMANTEM LARGIS SAXA MOVENS LACRIMIS
EXACTA PROPE NOCTE SVOS CVM LVCIFER IGNES
SPARGERET ET VOLVCRI ROSCIDVS IRET EQVO
VIDI SIDEREO RADIANTEM LVMINE FORMAM
AETHERE DELABI NON FVIT ILLA QVIES
SED VERVS IVVENI COLOR ET SONVS ET STATVS IPSI
I. MAIOR ERAT NOTA CORPORIS EFFIGIE
ARDENTES OCVLORVM ORBES *ſic* VMEROSQVE NITENTES
OSTENDENS ROSEO REDDIDIT ORE SONOS
ADFINIS MEMORANDE QVID O ME AD SIDERA CAELI
ABLATVM QVERERIS DESINE FLERE DEVM

In

In ſecunda columna.

NE PIETAS IGNARA SVPERNA SEDE RECEPTVM
LVGEAT ET LAEDAT LVMINA TRISTITIA
NON EGO TARTAREAS PENETRABO TRISTIS AD VMBRAS
NON ACHERONTEIS TRANSVEHAR VMBRA VADIS
NON EGO CAERVLEAM REMO PVLSABO CARINAM
NEC TE TERRIBILEM FRONTE TIMEBO CHARON
NEC MINOS MIHI IVRA DABIT GRANDAEVVS ET ATRIS
NON ERRABO LOCIS NEC COHIBEBOR AQVIS
SVRGE REFER MATRI NE ME NOCTESQVE DIESQVE
DEFLEAT VT MOERENS ATTICA MATER ITYN
2. NAM ME SANCTA VENVS SEDES NON NOSSE SILENTVM
IVSSIT ET IN CAELI LVCIDA TEMPLA TVLIT
ERIGOR ET GELIDOS HORROR PERFVDERAT ARTVS
SPIRABAT SVAVI TINCTVS ODORE LOCVS
[a] DIC NEPOS SEV TV TVRBA STIPATVS AMORVM
LAETVS ADONEIS LVSIBVS INSERERIS

In tertia columna.

4. SEV GREGE PIERIDVM GAVDES *diviſque Camoenis*
OMNIS CAELICOLVM TE *chorus inſequitur*.
SI LIBEAT THYRSVM GRAVIDIS *onerare corymbis*
ET VELARE COMAM PALMITE *Liber eris*
PASCERE SI CRINEM ET LAVRO REDIMITVS *ovanti*
ARCVM CVM PHARETRA SVMERE *Phoebus eris*
INDVERIS TERETIS *ſe* MANICAS PHRY*giamque* TYARAM
NON VNVS CYBELE PECTORE VIVAT *Atys*
SI SPVMANTIS EQVI LIBEAT QVATERE ORA *Lupatis*
CYLLARI FORMOSI MEMBRA VEHES EQ*uitis*
SED QVICVMQVE DEVS QVICVMQVE VOC*aberis heros*
[b] SIC SOROR ET MATER SIC PVER INCOL*umis*
HAEC DONA VNGVENTIS ET SVNT POTIORA [c] *corollis*.
QVAE NON TEMPVS EDAX NON RAPIT [d] *ira jovis*

a *Alib.* DIVE b *Fleetwod.* SIT c METALLIS d VNDA MARIS

1. *Major imago* dicitur, quia territis auguſtiores videntur effigies, vel quia defunctus in Deos relatus creditur, quorum

rum imagines triplo ordinariis majores, heroum duplo exiſtimabantur. *Virg. II. Aenead.*

ipſius umbra Creuſae

Viſa mihi ante oculos, & nota major imago.

2. Complures ethnici principium, ac finem humanae vitae tribuerunt Veneri; quam dixere Genitricem ſimul, ac Libitinam. Vid. *Natal. Comit. mythologia IV.* 13. Ideo Canachus ille Sicyonius Veneris ex ebore auroque elaboratae capiti orbem caeleſtem impoſuit, manuum alteri papaver, alteri malum punicum. *Eratoſthenes lib. III. Pauſan. II. in Corinth.* Idem Pauſanias *in Attic. I.* Venerem ait apud Athenienſes tanquam unam Parcarum extitiſſe; additque Plutarchus *in quaeſt. Rom.* Delphis imagunculam fuiſſe Veneris ſepulcralis, Epitymbiae nomine, ad quam eorum evocabant Manes, quibus libabant.

3. Ad fabulam Adonidis, & inſtituta menſe Julio in ejus recordationem feſta reſpicit Ezechiel Propheta, ubi ait: *ecce ibi mulieres ſedebant plangentes Adonidem.*

4. Sic Terentius *in Eunuc. unum etiam hoc vos oro, ut me in gregem veſtrum recipiatis.* Anceps animi aliquandiu fui, num elogii gratia hunc adoleſcentem cum litteratis recenſerem in V. Claſſ., ſed tota haec laudatio perelegans quidem, nimis tamen hyperbolica eſt, ideo inter Homericas numeranda, edita ſcilicet ad motus animi excitandos, non ad fidem faciendam, cujuſmodi orationum auctoritas vel nullius prorſus, vel parvi momenti eſt, unde Cicero *II. de Finibus* Torquatum monet his verbis: *lege laudationes, non eorum, qui ab Homero Iliad. I. laudati: lege noſtrorum hominum, lege veſtrae familiae.* Ne vero exiſtimes, litterarum laudem tenerae aetati a me invideri, confer Cl. V. *inſcr. LXI. LXII. LXIX.* confer *Gruter. p.* 323. 2. ubi L. Valerius L. F. Pudens dicitur an. XIII. in certamine Jovis Capitolini claritate ingenii coronatus inter poetas Latinos omnibus ſententiis judicum. Auſonius *in Profeſſ. Burdigal. num.* 5. Atticum Tironem Delphicum his effert laudibus:

Tu pene ab ipſis incunabulis
Dei poeta nobilis
Sertum coronae praeferens olympiae
Puer celebraſti Jovem .

Adde prae ceteris Boetium Eugenii filium , ſequenti elogio a patre donatum , cui locus eſſe debuit in V. , vel potius in X. claſſe Chriſt. , ſed hic admitti impune jubet doctrina , & aetas .

X I I I.

Romae in ſacrario S. Angeli in Burgo , *vulgo* DEL CORRIDORE . *Fabrett. III. p.* 191.

✠ SEPVLCHRVM EVGENII NOT. CVM SVIS .
✠ IMPIA MORS RAPIENS TENERIS TE NATE SVB ANNIS
INVIDIT MERITIS CRISCERE MAGNA TVIS
TE EORALE DECVS PRIMO CVM CARMINE CEPTO
DOCTORVM DOCTOR . VIDIT . ET OBSTVPVIT
VICISTI PRISCOS LONGEVA *ſic* . ETATE PARENTES
ANNIS PARVE QVIDEM . SED GRAVITATE SENEX
NON LVXVS TIBI CVRA FVIT NON GRATIA PONPAE
DOCTILOQVM CVPIDVS . CARMINIS ARDOR ERAS
TV MERITIS ORNATE TVIS MONVMENTA RELINQVIS
QVAE RECOLENS SEMPER . SIT SINE FINE DOLOR
MORTE TVA GENETRIX *ſic* OPTAVIT SVMERE MORTE
SE QVOQVE FELICEM . SI POTERITVR *ſic* AIT
TERDENOS PRIMVM QVAM LVNA RESVMERET IGNES
CONIVNCXIT MEMBRIS . MEMBRA SEPVLTA TVIS
NVNC COMMVNE NOEIS CVSTOS TV SERVA SEPVLCRVM
QVE NOS HAEC TECVM MOX TEGET ORNA SIMVL
✠ DEP EST BOETIVS . CL. P. OCT. KAL. NOBR. INDICT. XI. IMP.
DOM. N. IVSTINO . PP. AVG. ANN. XII. ET . TIBERIO . CONST. CAER.
ANN. III. DEP. EST IN PAC. ARGENTEA MAT. SS. XIII. KAL. DECEMB.
QVI.SS.BOETIVI.VIXITANN.XI. M.VIIII. D.XXIII. ET MAT. EIVS VIXIT ANN. XXX.I. M. II. D. XII.

Additae ſunt ad latera intra lineas ſingulae ovales inſcriptiones duae , quas ultro omittimus . Carminum orthographia , & interpunctio fideliter exſculpta eſt : ſi barbaries ineſt aliqua, tribue tempori , ac dole ſimul, bono poetae laudatorem de-

defuiſſe parem, ſicuti C. Clodio Paulino poetae Forolivienſi, cujus epitaphium vulneribus deformatum dat Sigiſmundus Marcheſius *Hiſt. Foroliv. p.* 30. & Murator. *Vol. II. Nov. Theſ. pag.* 946. 5.

X I V.

*Gorius ex Guarnacciano Muſeo in Donian. Inſcr. Claſſe X. n.*45.

ΜΕΝΕΚΡΑΤΗΣ . ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ :
ΥΙΟΣ . ΕΤΩΝ . Δ . ΜΗΝΩΝ . Δ . ΤΑΤΙΑ :
ΒΑΥΚΥΛΙ . . .. ΔΟΣ . ΔΩΡΗΣΑ : ΜΕΝΗΣ . ΤΟΠΟΝ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΩ . ΑΤΤΑΛΟΥ ΤΩ : ΠΑΤΡΙ ΑΥΤΟΥ
ΑΡΤΙ ΜΕ ΓΕΧΟΜΕΙΝΟΝ . ΖΩ : ΑΣ . ΒΡΕΦΣ
ΗΡΠΑΣΕ ΔΑΙΜΩΝ .
ΟΥΚΟΙΔΕΤΕ . ΑΥΑΘΩΝ ΑΙΤΙΟΝ ΕΙ : ΤΕ ΚΑΚΩΝ
ΑΠΛΗΡΩΤΑΙ ΛΑΤΙΜΕΝΗΠΙΟΝ : Η ΡΠΑΣΑΣ ΕΚΘΡΟΙΣ
ΤΙΣΠΕΤΔΕΙΣ . ΟΥΣΟΙ ΠΑΝΤΕΣ : ΟΦΕΙΛΟΜΕΘΑ

Scite emendat doctiſſimus Hagenbuchius
in Epiſt. Epigraph. *pag.* 393.

Μενεκράτης Ἀπολλωνίου
Υἱὸς ἐτῶν δʹ μηνῶν δʹ Τατία
Βλύκυλι . . . . δος δώρησε μνήμης τόπον
Ἀπολλωνίῳ Ἀττάλου τῷ πατρὶ αὐτοῦ.
1. Ἄρτι με γευόμενον ζωῆς βρέφος ἥρπασε Δαίμων:
Οὐκ οἶδ᾽ εἴτ᾽ ἀγαθῶν αἴτιον, εἴτε κακῶν.
Ἀπλήρωτ᾽ Ἀΐδη, τί με νήπιον ἥρπασας, ἔκφρον;
2. Τί σπεύδεις; οὐ σοὶ πάντες ὀφειλόμεθα.

Totum tetraſtichon trifariam Hagenbuchius vertit.

Guſtantem vitae primordia me Deus aufert.
Sim ne ego cauſa boni, neſcio, ſim ne mali.
Quid rapis infantem mors inſatiabilis, excors?
Omnes debemur nos tibi. Siſte gradum.

Aliter.

Me fatum rapuit tangentem a limine vitam.
Neſcio, quae fecit, ſint ne bona, ſint ne mala.
Cur aufers me, ſtulte & inexſaturabilis Orce?
Non tibi (ne propera) debitus omnis homo eſt?

Aliter.

Vivere vix coepi : tenerum cito me rapit Orcus.
Neſcio natus adhuc albus an ater ego.
Cur amens rapis, Orce vorax, puerum cito ? cuncti
Non tibi debemur ? Tardior eſſe potes.

Alterum diſtichon ſic Salvinii Muſae reddidere apud Gorium :

Me infantem extemplo rapis inſatiabilis Orce ?
Quid properas ? tibi non omnes debita turba ſumus ?

dele τὸ *omnes*. Idem aliter.

Pluto inexplete, ah quid me infantem rapuiſti ?
An tibi non omnes debita turba ſumus ?

1. Pueri ac puellae immatura morte abſumti paſſim dicuntur rapti a Plutone, Orco, morte, Diis, de quo vid. Gorius in *Inſcr. Etr. T. I. p.* 419. *T. II. p.* 139. *T. III. p.* 94. & 104. Mortis celeritatem veteres divinum munus ducebant, & lucrum maximum, itaque ſcitum eſt illud comicum :

Nam quem tuetur atque diligit Deus,
Juvenis ſupremum mortis intrat limitem.

2. *Plutoni*, ſive morti *deberi omnia* phraſis poetarum jam trita eſt : exempli cauſa ſic Claudianus de raptu Proſerp. *l. v.* 61.

Prima fero Lacheſis clamabat talia regi
Incultas diſperſa comas : o maxime noctis
Arbiter, umbrarumque potens, cui noſtra laborant
Stamina ; qui finem cunctis, & ſemina praebes,
Naſcendique vices alterna morte rependis :
Qui vitam lethumque regis. Nam quicquid ubique
Gignit materies, hoc te donante creatur,
Debeturque tibi, certiſque ambagibus aevi
Rurſus corporeos animae mittuntur in artus.

In citata epiſtola tam copioſe, tam graviter Hagenbuchius hunc lapidem, ſicut ceteros, illuſtravit, ut haec merito audierit a Gorio ſuo : *Epiſt. Reſponſ. ibid. p.* 428. *Quam multa, quam egregia, quam inſignia adnotaſti ? Ne mireris, ſi te . . . Criticorum noſtri temporis principem appello, & praedico meum EVERGETEM.* Ceterum in Inſcr. ubi ſunt duo puncta, eſt fractus lapis. X V.

X V.

Mutinae in Eſtenſi Ducali Palatio.

Ex Donian. Inſcr. Cl. X. p. 353.

VALERIA . NOVELLA . MATER
HYPPARCVS . ALVMNVS
BIS . BINOS . VIXIT . DVM . COMPLEVERAT . ANNOS
ET . NIMIVM . *fato* . CITIVS . DEPVLSVS . IN . ANTRO . ST
NEC . LICVIT . LVMEN . FATO . SVPERARE . PARENTES
VENIT . INIQVA . DIES . ET . ACERBAE . TERMINVS . HORAE
VT . TITVLVM . MISERI . LACHRIMIS . IMPLERET . ACERBIS
VIVITE . FELICES . SVPERI . QVORVM . FORTVNA . BEATA . ST
1. VALERIA . NOVELLA . MATER . HAVE . ET . TV
FRATER . HYPPARCHI
ZEIEMA
PLENVM . ET . IN . ANVM

Muratorius *Vol. III. pag.* 1282. 2. exſcripſit hunc titulum magis ad fidem marmoris, legitque VIX. pro *vixit*, & in fine ZETEMA PLENVM ET INANVM barbarice pro *inane*.

1. De acclamationibus vid. *Fabrett. II. n.* 72. *&* 239. *Bonarrot. in vaſa coemeter.* Ζήτημα idem graecis eſt, ac quaeſtio. Quid porro ſibi velit *quaeſtio plena & inanis*, divinatoribus cum Muratorio diſſolvendum relinquo, niſi fortaſſis adagium ſit in Sophiſtarum artem, quorum de numero Hypparchus eſſet, ſolitus quaeſtiones facere verborum *plenas*, re vero *inanes*. Primus, & ſextus verſus claudicant, alter inopiae cauſa, abundantiae alter.

X V I.

Fabrett. pag. 262.

D M
PARVVLVS HIC SITVS EST VIXIT TRIS VSQVE PER ANNOS
INQVE NOVEM MENSES INVALIDOSQVE DIES
NOMINE GRISOLOGVS AMABILIS VSQVE ERAT INFANS
FLEBILIS ET MISERE RAPTVS AD INFERIAS
1. SATVRNINVS FILIO VELIA LALEMA
2. DELECATO SVO POSVIT

1. An

1. An *Lalemae* vox inter pueriliſs balbutiei nota vocabula referenda ſit, dubito. Certe nutricum blandimenta quaedam veluti ſomnifera erant *Lalla*, vel *Lallus*, nutricum Deus, *Turneb. Adverſ. XVIII.* 14. unde Perſius *lallare* dixit, ſicut a *pappa pappare Sat. III. v.* 17.

ſimilis regum pueris pappare minutum
Poſcis, & iratus mammae lallare recuſas?

Audiendus etiam Cl. Salvinius *in verſ. Italic. pag.* 25.

. . . . e a figli di Regi ſimile
Chiedi la pappa, e 'l maſticato, e niuna
Nanna ricuſi colla mamma irato?

2. Si ut nutritor a Juvenali *Sat. VI. v.* 632. *papas* a *pappa* dicitur, ita a *lalla* nutrix *Lalema* audiret, *delecatus* hoc loco, ſeu *delicatus* quaſi alumnus videretur. De hoc pueritiae blandimento in contraria abeunt Andreas Dacerius *in not. ad Pomp. Feſt.*, & Marcellus Donatus *ad Svet. Veſpaſ.* 3. ille turpitudini tribuit, hic contra, cujus opinioni magis favet haec noſtra, quam inſcriptio Virginis Veſtalis, qua perinde is utitur, ac ſi vacuae ab omni ſuſpicione Veſtales eſſent: titulus autem hujuſmodi eſt: D. M. TEIAE EVPHROSINES RVFFINAE V. V. DELICATAE. Fruſtra vero Dauſquejus in *Orthogr. Vol. I. p.* 44. emendat DEDICATAE quia Diis ſacrae: contra *Grut. p.* 311. 6. *Oliver. comment. ad marmora Piſaur. CXI. p.* 164.

XVII.

Ex Muſ. Veron. LXV.

ΒΑΣΙΛΕΙΔΗΣ ΕΤΩΝ ΚΓ
ΗΡΩΣ ΧΑΙΡΕ
ΠΥΝΘΑΝΕΑΙΤΙΣΕΦΥΝΞΕΝΕΤΙΣΔΕΓΕΝΗΘΗΝ
. . ΠΑΡΟΔΕΙΤΑΜΑΘΕΣΤΑΣΟΛΙΓΟΝΠΡΟΤΑΦΩΜ
ΓΕΝΝΑΜΕΝΓΑΑΥΚΟΣΜΕΠΑΤΗΡΤΙΚΤΕΙΔΕΜΕΜΗΤΗΡ
ΧΡΥΣΟΓΟΝΗΚΑΙΜΕΤΑΥΣΜΟΡΟΣΟΥΚΟΝΑΤΟ
ΤΗΛΟΘΙΓΑΡΠΑΤΡΗΣΒΕΙΘΥΝΙΔΟΣΩΛΕΣΑΘΥΜΟΝ
ΝΑΥΓΙΛΙΗΑΥΓΡΗΝΗΙΤΕΜΗΠΙΣΥΝΟΣ
ΚΕΙΜΑΙΔΕΝΣΧΕΡΙΗΠΑΡΑΘΕΙΝΑΛΟΣΗΝΕΜΟΕΣΣΑΝ
ΥΣΤΑΙΑΛΥΓΡΟΝΕΜΟΙΔΕΡΚΟΜΕΝΟΣΠΕΛΑΤΟΓΟΣ

Ba-

Βασιλείδης ἐτῶν ΚΓ Ἥρως χαῖρε.
Πευθάνεαι τίς ἔφυν ξένε, τίς δ' ἐγενήθην;
Ὦ παροδεῖτα μάθε σὰς ὀλίγον περὶ τάφων.
Γεννᾷ μὲν Γλαῦκός με πάτηρ, τίκτει δέ με μήτηρ
Χρυσογόνη, καὶ μὲν δύσμορος, οὐκ ὄνατο.
Τηλόθι γὰρ πάτρης Βιθυνίδος ὤλεσα θυμὸν,
Ναυπλίῃ λυγρῇ νηί τ' ἐμῇ πίσυνος.
Κεῖμαι δ' ἐν Σχερίῃ παρὰ θῖν' ἁλὸς ἠνεμόεσσαν
Ὕστατα λυγρὸν ἐμοὶ δερκόμενος κέλαγος.

Baſilides annorum XXII. Heros Vale.
Quis fuerim, quaeris, quibus & natalibus, hoſpes?
Ut diſcas, paulo ſiſte gradum ad tumulum.
Chryſogone peperit, genuit me Glaucus, at illis
Nullum equidem potui reddere promeritum.
Nam procul a patria perii Bithynidos ora,
Navicula temere fretus, & arte mea.
Nunc Scheriae jaceo ventoſo in litore, tandem
Exitiale mihi reſpiciens pelagus.

Sic latine vertit Marchio Maffejus multo felicius, quam P. Montfauconius in Diario Italico. Latina, & Graeca in Novo Theſauro valde corrupta habentur.

X V I I I.

Ex Muſ. Veron. LXIV.

ΦΛΩΡΟCΚΑΙΚΙΛΙΟΥCΤΑΚΤΗCΘΑΜΑΔΕΥΡΥΠΟΚΕΙΤΑΙ
ΕΞΑΛΛΟΥΤΥΜΒΟΥΔΕΥΤΕΡΑΚΛΑΙΟΜΕΝΟC
ΕΞΕΤΕΩΝΩΡΗCΟΛΙΓΟΝΔΕΜΑCΑΛΛΑΙΕΛΗΟΝ
ΘΡΕΠΤΗΡCΙΝΛΕΙΠΩΝΗΛΙΚΙΗCΕΛΕΟΝ
. . . . ΔΟΥΚΑΚΛΑΥΤΟΝΕΧΩΝΤΑΦΟΝΟΥΔΕΓΑΡΕΝΘΑ
ΦΕΙCΑΝΤΟΠΡΟΤΕΡΩΝΜΝΗCΑΜΕΝΟΙΔΑΚΡΥΩΝ
ΔΕΙΛΑΙΟΙΤΡΟΦΕΩΝΚΕΙΝΑΙΧΕΡΕCΑΙCΥΝΕΛΕΞΑΝ
ΤΗΝΟΛΙΓΗΝCΠΟΔΙΗΝΟΥΚΟΛΙΓΗCΟΔΥΝΗC

Φλῶρος Καικιλίου Στάκτης θ' ἅμα δεῦρ' ὑπόκειται
Ἐξ ἄλλου τύμβου δεύτερα κλαιόμενος·
Ἓξ ἐτέων ὥρης, ὀλίγον δέμας, ἀλλὰ πολὺν
Θρεπτῆρσιν λείπων ἡλικίης ἔλεον.

Δού-

Δεύτερα δ' οὐκ ἄκλαυτον ἔχων τάφον, οὐδὲ γὰρ ἔνθα
Φείσαντο προτέρων μνησαμένοι δακρύων.
Δείλαιοι τροφέων κεναὶ χέρες, αἳ συνέλεξαν
Τὴν ὀλίγην σποδίην οὐκ ὀλίγης ὀδύνης.

Ita vertit Maffejus, & paulo aliter Salvinius apud Gorium *Inſcr. Ant. Etr. Part. I. p.* 464.

Florus Caecilii, & Stactes jacet heic, tumulo actus
Ex alio, atque novas promeritus lacrimas.
Natus ſex annos, exilia membra, ſed apta;
Aetatis florem flevit uterque parens.
Nec caruit lacrimis iterati cura ſepulcri,
Luctus nam memores anterioris erant.
Vix legere altores potuerunt urna ab inani
Exiguum cinerem, at non dolor exiguus.

In eodem lapide.

CN. CALPVRNIVS
HELENVS
V. A. XXIIII

XIX.

Romae in domo Martii Columnae ad SS. Apoſtolorum. *Gorius in Don. Inſcr. Cl. X. p.* 354. *n.* 2.

D M
LABERIAE . ALEXAN
DRIAE . QVAE . VIX. AN. X.
M. V. D. VII. ET SILVANO
Q. V. AN. VI M. V. D. XIII
HOC . IN . SARCOPHAGO
GENITRIX . DVO . CORPORA
NATOS . CONDIDIT . INFELIX
SEMPER SVBITVRA DOLORE
QVOS . SVPERAT . VIVET . VITAMQ.
MISERRIMA . DVCET . CONIVGE
PRAEREPTO . GENITOR . QVIBVS
IPSE MISELLIS *& ſibi*
Condiderat vivens commune ſepulcrum.

Gu-

Gudius *p.* 239. 5. hunc ſarcophagum extitiſſe ait in domo principis Chiſii, & pertinere exiſtimat ad aevum Caracallae, aut circa. Sine ulla Gudii mentione extat hic titulus in Inſcr. Donian. *Cl. X.* & apud Murator. *p.* 1181. 4. a quo ponitur in domo Martii Columnae ad SS. Apoſtolorum.

X X.

Arimini. *Fabrett. III. p.* 238. *n.*636.
Ex Clementini Commentariis.

FVNERE NON AEQVO PVER IMMATVRVS OBIVI
MARMOREISQVE MEIS HIC IACEO TVMVLIS
NON POTVI PARVVS PVERILEM IMPLERE IVVENTAM
NEC VESTIRE MEAM FLORE NOVO FACIEM
NEC SENIOR CAPITI NIVEOS MVTARE CAPILLOS
AT FATO VICTVS SORTE PVERPERII
1. HEV CRVDELE NEFAS QVAE ME GENERAVERAT HORA
HAEC EADEM VITAE TERMINVS HORA FVIT
NON EGO QVOD PERII DOLEO SED PARVVLVS INFANS
QVOD CVM PLVS SAPEREM SPEM MERVI DVBIAM
SI VITA INCOLVMIS POTVISSET VINCERE FATA
CREVISSET GENERIS GLORIA MAGNA MEI
FORTVNA INVISA EST SPES EST FRVSTRATA IACENTEM
MORS CVNCTA ERIPVIT DIRA QVIES HOMINVM

1. Vid.*inſcr. VIII. & not. Cl. VI.* unde ediſces, eundem ſaepe natalem ſimul & fatalem fuiſſe diem, horam rariſſime.

X X I.

In oppido Fabrica in Faliſcis. *Grut.p.669.*

HIC AQVILAE CINERES MISERABILIS VRNA SEPVLTOS
CONTEGIT ET FATIS EXPROPERATA NIMIS
OCCIDIT INFELIX COEPTO MODO FLORE IVVENTAE
QVAM FINIT ANNVS SEPTIMVS ET DECIMVS
FORMOSVS FRVGI DOCTVS PIVS A PATRE MOESTO
ACCEPIT TVMVLOS QVOS DARE DEBVERAT

Muratorius *p.* 1134. ponit hunc lapidem in regno Neapolitano in menſa cujuſdam Eremitae; & *v.* 3. legit CEPTO pro *coepto*.

Digitized by Google

XXII.

Utrariae in Baetica. *Murator. Vol. I. p. ult.*

PYLADES ANNI NOVATI PATRIS H. S. F
SVBDVCTVM PRIMAE PYLADEN HAEC ARA IVVENTAE
INDICAT EXEMLVM NON LEVE AMICITIAE
I. NAMQVE SODALITII SACRAVIT TVREA FVTVRVM
NOMINIS INDICIVM NEC MINVS OFFICII
DICITE QVI LEGITIS SVBITO DE MORE SEPVLTO
PRO MERITIS PYLADES SIT TIBI TERRA LEVIS

De quo ſodalitio hic ſermo ſit, latet; id certum eſt, ſodalitates Romae primum inſtitutas a Numa, qui ſuos unicuique conventus, & religiones praeſcripſit, & illud aſſequutus eſt, *ut omnibus cum omnibus conveniret*. Plutarch. *in Num.* Fabrettus *Ant. Inſcr. p.* 43. contra Reineſium probat *ex Cic. de ſenect.* haſce ſodalitates fuiſſe ſacras. Poſtquam Caeſarum potentia invaluit, ſodalitates inviſas habuit, quarum nulla vel univerſitatis, vel collegii, vel arcae communis jus habuit, ſine Principum privilegio: iccirco in lapidibus haud raro id legitur Q. E. S. C. C. I. *quibus ex ſenatus conſulto coire licet*. Vid. *Plin. Epiſt. X.* 93. 94. *Cujac. Obſerv. VII.* 30. *Heinecc. Diſſ. de Colleg. & Corp. Opiſ. I.*

XXIII.

Gruter. p. 1126.

NVNC PATER ET MATER NATO FECERE SEPVLCRVM
ſic OSAQVE FVNESTIS FLVCTIBVS ADLVERVNT
SED QVONIAM MVLTI TALEM SENSERE DOLOREM
NEC QVISQVAM LETI VINCERE VIM POTVIT
DESINITE EXTINCTVM DVLCES ME FLERE PARENTES
DESINITE ET FATI TRISTIA IVRA QVERI

XXIV.

Grut. p. 677. 8.

HIC . PVER . OCTAVO . FRAVDATVS . CLAVDITVR . ANNO
IMPIA . QVEM . FATO . SACRA . RVINA . PREMIT
NOMEN . ERAT . CLEMENS . MINIME . LAEDENDVS . ET . ANNIS
SPES . ERAT . IN . PVERO . NVNC . CINIS . ET . GEMITVS

XXV.

XXV.

Romae. *Grut. p. 658. 10.*

D M

MVSICA . CVM . CANTV . RESONARES . CARMINA . MIRE
ADTAS*ſic* . PARVE . PVER . DVLCI . CELEBRATVS . AMORE
MORTE . GRAVI . RAPTVS . TETRA . DEFVNGERIS . ORA
IMMERITVS . DECIMO . PRAEGRESSVS . NOBILIS . ANNO
SET . TE . NOSTER . AMOR . MEMORI . PIETATE . REFORMAT
AT . QVANTVS . TE . TERRA . TEGAT . MISERABILIS . IMA
SIC . DOLOR . IN . PARVO . CRESCIT . REFERENTE . SEPVLCRO
Q. BVSCVS . CRESCENS . ET . MINDIA . FORTV
1. NATA . ALVMNA . BENEMERENTI . FECER
FILIO . MARTIALIS

1. Lipſius *Epiſt. VIII. Cent. I. ad Belg.* alumnos cenſet inter ſervilia, aut viliſſima certe capita numerandos, utpote feris avibuſque expoſitos a parentibus, & praetereuntium pietate enutritos educatoſque. Vid. *Plin. Epiſt.* 71. *lib. X. ad Trajan. & ipſius Trajan. reſponſ.* At alumnos, niſi ſervile nomen retineant, vel in altore patronum agnoſcant ſuum, inter liberos colloco, Fabretto auſpice & vade *Ant. Inſcr. V. p.* 351. *ſeq.* quum praeſertim alumni gens ab educatore, nutricique diſtinguitur, ut puer hic noſter, quem Creſcens, & Fortunata alumnum vocant, Martialis filium.

XXVI.

Fabrett. IV. p. 284. n. 188. ex ſched. Barberinis.

CINVRA . MATER . SIBI . ET
FILIIS
HOC . EPIOS . TVMVLO . CINIR . EST . CVM . PATRE . SEPVLTVS
1. ANTE . SVOS . ANNOS . QVOS . TEGIT . ATRA . CINIS
2. HIS . TVMVLVM . PARVVM . MATER . CVM . CARMINE . FECIT
INGENIO . QVORVM . TERRAM . OPTATE . LEVEM

Cinis fem. gen. alias occurrit *Cl. IV. inſcr. XII.* Catullus *carm. 68 v. 90.*

Troja virum ac virtutum omnium acerba cinis.

2. Huic praevius ibidem titulus ſoluta oratione *n.* 187.

 ita

ita concluditur - OPTAMVS . CVNCTI . SIT . TIBI . TERRA . LEVIS
Ejuſdem concluſionis per ſimplices notas S. T. T. L. uſum creberrimum Vid. *Fabr. p.* 285. *ſeq.*

XXVII.

Gudius p. 231.

Q. CAECILIO
Q. F. PAL. OPTATO
VIXIT AN. II. ME. VI
Q. CAECILIVS . Q. ET . Ɔ. L.
1. HERMES SEVR
ET LICINIA REPENTINA
2. PARENTES PIISSIMI POSVER. ET
Q. CAECILIVS . Q. F. PAL
PAELINVS PATER
HIC . IACET . OPTATVS . PIETATIS . NOBILIS INFAS *ſic*
CVI . PRECOR . VT . CINERES . SINT . LILIA . SINTQVE . ROSAE
TERRAQ. QVAE . MATER . NVNC . EST . TIBI . SIT . LEVIS . ORO
NAMQ. GRAVIS . NVLLI . VITA . FVIT . PVERI
ERGO . QVOD . MISERI . POSSVNT . PRAESTARE . PARENTES
NVNC . TVMVLVM . NATO . CONSTITVERE . SVO

1\. SEVR . Sexvir Auguſtalis , de quo munere *Cl. III. p.* 276.

2\. Q. Caecilius Palatina tribu parentes vocat Q. Caec. Hermetem , & Liciniam Repentinam : qui ergo & ejus pater dicitur Q. Caec. Paelinus ? Similis huic lapis extat apud *Fabrett. p.* 121. quem aenigmatis loco eruditioribus diſſolvendum proponit ;

D. M
L. CALPVRNII . HYPNI
VIX. ANN. V. M. VI. D. XIII.
HYPNVS . ET . PRIMA
ET . M. CASTIVS . FAVSTVS
PARENT. FIL. DVLCISSIMO
FECERVNT

Ob matrum fecundas nuptias Optatum , & Hypnum ſuſpicor ſe filios vocare pariter , & privignos .

XXVIII.

XXVIII.

Romae. *Joann. Vignolius de Col. Antonini Pii p.* 223.

D . M

C. ACILI . EROTIS . ET

ACILIAE . ROMANAE

QVAMVIS . INSCRIPTVM . FERALI . CARMINE . SAXSVM *ſit*

SAEPE . LEGAS . NOSTRO . NIL . PVTO . FLEBILIVS

SISTE . GRADVM . PARVAMQVE . MORAM . CONCEDE . VIATOr

ASPICIES . QVANTAS . LIQVERIMVS . LACRIMAS

VNA . FORTE . DIE . DVPLICI . NOS . PONDERE . MATER

EDIDIT . HEV . SIMILES . HEV . MALE . DISSIMILES

*in*VIDA . BIS . DENOS . LACHESIS . CONCESSERAT . ANNOS

NONDVM . ALIO . PLENO . QVOD . DEDERAT . RAPVIT

*n*OMINE . ACILIANVS . QVO . NOMINE . NVNC . SOROR . OR*ba* . EST

VIVAT . ET . A FATIS . SIT . PROCVL . VSQVE . MEIS

. . . . ADHVC . MISERO . QVOD . ERIT . MIS . . . . . .

Reliqua deſiderantur.

Cl. Muratorius *p.* 1622. dat ex Vignolio hunc titulum; ſed quae ſupplevit Cl. Vignolius, dat litteris majuſculis, tanquam ſic in lapide exarata.

XXIX.

Romae. *Grut. p.* 670. 2.

Q. ARICINIVS . Q. F. BASSVS

VIXIT . ANN. XXV

DEBVIT . HOC . PATRIS . NATVS . DVO . CORPORA . HVMARE

CORPORA . SEMIANIMES . CORPVS . INANE . COLVNT

QVI . QVIA . NON . POSSVNT . DONIS . AEQVARE . MERENTEM

RESPONDERE . QVEVNT . BASSE . TVIS . MERITIS

V. C. CVRTIVS . C. L. ANTIO

CHVS . PATER

DEBVIT . HOC . NATVS . NOBIS . PRAESTARE . DVOBVS

VT . CINERES . PATRIOS . DEDERET . INFERIIS

SED . QVONIAM . DIRAE . GENVERVNT . FATA . VOLVCRES

TE . BASSE . EREPTVM . FLEVIMVS . ANTE . ROGVM

V. ARICINIA . NAIS . MATER

XXX.

X X X.

Nemauſi. *Ant. Gall. Scip. Maff. Epiſt. XI.*

D M

C. VIBI LICINIANI

V. ANN. XVI. M. VI

C. VIBIVS

AGATHOPVS ET

LICINIA NOMAS

FIL. OPTIMO PIISSIM

ΑΝΘΕΑΠΟΛΛΑΓΕΝΟΙΤΩΝΕΟΔΜΗΤΩΕΠΙΤΥΜΒΩ

ΜΗΒΑΤΟϹΑΥΧΜΗΡΗΜΗΚΑΚΟΝΑΙΓΙΠΥΡΟΝ

ΑΛΛΙΑΚΑΙϹΑΜΨΟΥΧΑΚΑΙΥΔΑΤΙΝΗΝΑΡΚΙϹϹΟϹ

ΟΥΕΙΒΙΕΚΑΙΠΕΡΙϹΟΥΠΑΝΤΑΓΕΝΟΙΤΟΡΟΔΑ

Ἄνθεα πολλὰ γένοιτο νεοδμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ,
Μὴ βάτος αὐχμηρὴ μὴ κακὸν αἰγίπυρον,
Ἀλλ' ἴα, καὶ σάμψυχα, καὶ ὑδάτινη νάρκισσος,
Οὐΐβιε, καὶ περὶ σοῦ πάντα γένοιτο ῥόδα.

Latine vertit idem Maffejus.

Plurimus hunc tumulum flos induat, inque recentem
Haud rubi horrentes, aegipyruſque mala,
Sed properent violaeque, & amaracus, & narciſſus,
Vibi, atque omnis humus te prope jam roſa ſit.

X X X I.

Fabrett. X. p. 732. n. 452.

M. IVNIO . M. F. PAL. RVFO

SOTERICHVS . PEDAGOG. FECIT

1.HAE . SVNT . PARVAE . TVAE . MEAEQ. SEDES

HAEC.CERTA.EST DOMVS.HAEC.COLENDA.NOBIS

HAEC . EST . QVEM *ſic* . MIHI . SVSCITAVI . VIVVS

In faſcia, quae inter figuras marmori inſculptas exporrigitur.

SIQVA TAMEN PIETAS GELIDOS MOVET *anxia manes*

RVMPE MORAS *ſpes haec* SOLA EST MIHI GRATIA *vitae*

1. Ad ſcalas in domo Emi Cardinalis Carpinei exiſtebat hic titulus, quem Gruterus mutilum, Sponius depravatum habet *Miſcell. p. 229.* emendatum Fabrettus tradit: lacunas imple-

implevit Joannes Vincentius Gravina. In marmore Paedagogus ſedens volumen porrigit ſtanti puero. Retro puerum faſciculus eſt Voluminum, nempe *magno comites in faſce libelli*, ut ait Juvenalis.

XXXII.

Romae in Muſeo Kircheriano.

In anteriore parte.

ΠΡωΘΗΒΗΝ ΕΤΙ ΚΟΥΡΟΝ ΕΤΙ ΧΝΟΑΟΝΤΟϹ ΙΟΥΛΟΥ
ΔΕΥΟΜΕΝΟΝ ΦΘΟΝΕΡΗ ΜΟΙΡΑ ΚΑΘΕΙΛΕ ΒΙΟΥ
ΠΟΛΛΑ ϹΟΦΗϹ ΧΕΡΟϹ ΕΡΓΑ ΛΕΛΙΠΟΤΑ ΒΑϹΚΑΝΕ ΔΑΙΜΟΝ
ΟΙΑϹ ΟΥΚ ΟϹΙωϹ ΕΛΠΙΔΑϹ ΕΤΕΤΑΜΕϹ
ΑΛΛΑ ϹΥ ΓΑΙΑ ΠΕΛΟΙϹ ΑΓΑΘΗ ΚΟΥΦΗΤ' ΑΚΥΛΕΙΝῼ
ΚΑΙ ΔΕ ΠΑΡΑ ΠΛΕΥΡΑΙϹ ΑΝΘΕΑ ΛΑΡΑ ΦΥΟΙϹ
ΟϹϹΑ ΚΑΤ' ΑΡΑΒΙΟΥϹΤΕ ΦΕΡΕΙϹ ΟϹΑ ΤΕϹΤΙ ΚΑΤ' ΙΝΔΟΥϹ
ωϹ ΑΝ ΑΠ' ΕΥΟΔΜΟΥ ΧΡωΤΟϹ ΙΟΥϹΑ ΔΡΟϹωϹ
ΑΓΓΕΛΛΗ ΤΟΝ ΠΑΙΔΑ ΘΕΟΙϹ ΦΙΛΟΝ ΕΝΔΟΘΙ ΚΕΙϹΘΑΙ
ΛΟΙΒΗϹ ΚΑΙ ΘΥΕωΝ ΑΞΙΟΝ ΟΥΧΙ ΓΟωΝ
ΕΙΚΟϹΕ ΤΗ ΤΟΝ ΠΑΙΔΑ ΘΟ ΗΚΑΤΕΝ ΗΡΑΤΟ ΜΟΙΡΑ
ΚΑϹΤΙΝΕΝ ΕΥϹΕΒΕωΝ ΗΝ ΔΙΑ ϹωΦΡΟϹΥΝΗΝ

Πρωθήβην ἔτι κοῦρον, ἔτι χνοάοντος ἰούλου
Δευόμενον, φθονερὴ μοῖρα καθεῖλε βίου,
Πολλὰ σοφῆς χερὸς ἔργα λελοιπότα. Βάσκανε Δαῖμον,
Οἵας οὐκ ὁσίως ἐλπίδας ἐξέταμες.
Ἀλλὰ σὺ γαῖα πέλοις ἀγαθὴ, κούφη τ' Ἀκυλείνῳ,
Καὶ δὲ παρὰ πλευραῖς ἄνθεα λάρα φύοις.
Ὅσσα κατ' Ἀραβίηστε φέρεις, ὅσα τ' ἐστὶ κατ' Ἰνδούς.
Ὡς ἂν ἀπ' εὐόδμου χρωτὸς ἰοῦσα δρόσος.
Ἀγγέλλῃ τὸν παῖδα Θεοῖς φίλον ἔνδοθι κεῖσθαι
Λοιβῆς καὶ θυέων ἄξιον, οὐχὶ γόων.
Εἰκοσέτη τὸν παῖδα θεὸν κατενήρατο μοῖρα,
Κάστιν ἐν εὐσεβέων ἦν διὰ σωφροσύνην.

Sic vertit Torquatus Barbolanius ex Comitibus *di Montauto in Diſſ. Cl. Bajulivi Gregorii Rhedii Vol. II. Academ. Corton.*

Impubem rapuit puerum mors invida, longo
Aevo qui vitam ducere dignus erat.

Do-

Doctae multa manus ſuperant opera, improbe Daemon,
O tua ſpes quales abſcidit invidia!
Tu vero ſis terra levis, bona ſis Aquilino,
Ac ſuavi exornes veris honore latus.
Floribus emiſſis, quot Arabs miratur & Indus,
Ros ut odorato e corpore proſiliens.
Intus Djs carum condi, libamine dignum
Et ſacris puerum, non gemitu, moneat:
Viginti puerum annorum cita Parca peremit,
1. *Coetibus & virtus aſſerit alma piis.*

1. De animae ad Deos, ſive ad originem reditu *Diſſ. II. num. XVIII.* & ſaepe in notis ad inſcr. nunc tantum ex Virgilio mutuabor haec pauca *Georg. IV. v.* 221.

Deum namque ire per omnes
Terraſque tractuſque maris, caelumque profundum:
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas,
Scilicet huc reddi deinde ac reſoluta referri
Omnia, nec morti eſſe locum, ſed viva volare
Sideris in numerum, atque alto ſuccedere caelo.

Ideo Genii in viris, Junones in feminis animae dictae ſunt, habitaeque Dii Adhaerentes, de quibus confer P. Anſaldum, & Rhedium.

XXXIII.

Grut. p. 680. 8.

FLORENTEM . SPECIEM . RAPVERE . NOVISSIMA . FATA
FORMA . RVDI . PVERVM . PRISCVM . AGNOMINE . QVONDAM
QVEM . GENITOR . CIVES . CVNCTI . FLEVERE . PROPINQVI
L. DESTINIVS EPIGONVS . PATER . INFEL
FILIO : DVLCISSIMO . INNOCENTISSIMO

XXXIV.

Romae. *Fleetwod. p.* 330.

QVOD . VIXI . FLOS . EST . SERVAT . LAPIS . HIC . MIHI . NOMEN
NOLO . DEOS . MANES . FLOS . SATIS . EST . TITVLO

Digitized by Google

X X X V.

Lugduni *Sponius Miſcellan. Erudit. Antiq. Sect. V. pag.* 173.

MVRRAE ET VERECVNDO MVRRANI FILIS *ſic*

QVI LEGIS HAS PVERI MORIBVNDAS
PERLEGE VOCES
MVRRA PATRIS PRIMVM REFERENS
E NOMINE PATREM
BIS MIHI SEPTENOS AETAS
OSTENDERAT ANNOS
CVM SVBITAE *mortis* PRO FALLAX CAVSA
FVISTI
NAM TEMERE EMISSVS NON AD
MEA FVNERA CLAVVS
. . . . PRIMVM PERCVLSI VOLNERE
MANES
. . . . POSVISTIS FVNERE NATI
. . . . . VOCARVNT

ET LACHRYMAM PATIS DA
GEMITVMQVE MEIS
AMBORVM EFFICIEM MATRE
FAVENTE TVLI
CERTAQVE IAM NOSTRI FAMA
PVDORIS ERAT
LVSVS ET AEQVALIS NON INIMICA
MANVS
HAESIT ET IN TENERO VERTICE
DELITVIT
PARCITE IAM LVCTV SOLLICITARE
MEOS
TRIMVS ET IN DECIMO MENSE
SEPVLTE IACES
IMMVNES NOSTRIS OSSIBVS VRNA
SAT EST

X X X V I.

In vinea Caeſarina olim Boſii. *Fabrett. V. p.* 418. *n.* 473.

Q. VIX *viri jacentis imago* ANN.
XX. XX.

1. HIC . SITVS . ILLE . EGO . MERVLATOR . PVBLIVS . IPSE
QVOD . VOCITATVS . ERAM . BAEBIVS . COGNOMINE . PATRIS
ROMA . MIHI . PATRIA . NOMEN . MEV . PRIMVS . IN . AEVOM
HOS . VERSVS . FRATERQVE . SOROR . TVMVLOQVE . DICARVNT
QVI . PIETATE . SVA . MERITO . LAVDEM . POSVERE
P. BAEBIVS . P. F. PAL. MYRTILVS
ET . POMPONIA . SPICA . VNICO
FRATRI . DIGNISSIMO . ET . PIO
FECERVNT

1. Muratorius e ſchedis Ptolomeis, nulla Fabretti mentione habita, dat hanc inſcr. *p.*1442. habetque in 1. *v.* EGO SVM. in 3. MEVM. in 4. DICARVNT.

Digitized by Google

XXXVII.

Tarraconae. *Ferrett.* 307.

D . M

CAMILLVS . AQVILEIVS . SE . VIVO . SCRIBI . IVSSIT . SIC

NON . FVI . DEINDE . FVI . MODO . NON . SVM

ASPICE . QVAM . SVBITO . MARCET . QVOD . FLORVIT . ANTE

ASPICE . QVAM . SVBITO . QVOD . STETIT . ANTE . CADIT

NASCENTES . MORIMVR . FINISQVE . AB . ORIGINE . PENDET

ILLA . EADEM . VITAM . QVAE . INCHOAT . HORA . RAPIT

XXXVIII.

Romae in porticu S. Mariae Trans Tiberim.
Murator. Vol. III. p. 739. 10. *ex Donio.*

M. ANNAEVS . M. F. ESQ

1. LONGINVS . MACCVS . VIXIT

2. DVLCISSIME . CVM . SVIS . AD . SVPREMVM . DIEM

C. GAVIVS . PRIMIGENIVS . VIX. ANN. VII

DESINE . IAM . MATER . LACRIMIS . RENOVARE

QVERELLAS . NAMQVE . DOLOR . TALIS . NON . TIBI . CONTIGIT . VNI

1. Cl. Gorius *Inſcr. Antiq. Etrur. Part. II. pag.* 177. habet ad laevam omnes lineas aequales, & quintam ac ſextam litteris minoribus exaratas; notatque ex vetere lingua Oſca idem fortaſſe fuiſſe *Maccus*, ac itala *Pulcinella*. Revera eruditi interpretantur *maccum* quaſi fatuum, unde Apulejus in Apol. *macci prorſus, & buccones videbuntur*. Maccus ſeu *pulcinella*, ejuſdem judicio Gorii, repraeſentatur aerea icuncula, quam in ſuis cimeliis repoſuit Alexander Gregorius Marchio Capponius, *ann.* 1727. in Eſquiliis reperta, cujus oculi, & ſannae in utroque labroſi oris angulo ex argento ſunt: naſus aduncus & prominens: gibbus in pectore, & in dorſo: ſocci in pedibus conſpiciuntur. Sannae vetuſtate detritae globulis ſimiles videntur, ſed revera ſannae, vel dentes ſunt ex argento. Nunc extat icuncula in Muſeo Collegii Romani. Longinus hic noſter confirmat, quod extat apud Grut. *p.* 331. 7., ludiones hiſtrioneſque interdum civitate donatos & in tribu Eſquilina cenſos.

Digitized by Google

2. Gorius & Cl. P. Lupus legunt SVPREMAM. In 5. linea P. Lupus MATRI. in 6. Lucas Antonius Gentilis QVERELAS & COMPETIT.

XXXIX.

In Caſtello S. Viti in Praeneſtina Dioeceſi.

Ex Epitom. Graec. Paleograph. P. Gregorii Placentini Hieromonachi S. Baſil. M. c. IV. p. 27.

Θ К

ΠΑΤΡΙΔΟϹ ΕΚΖΜΥΡΝΗϹ ΒΡΟ
ΤΟΙΜ ΕΥΘΑΛΕΑΚΑΛΕΕϹΚΟΝ
ΕΙΝΕΚ ΕΜΗϹ ΩΡΗϹ ΚΑΙ ΜΕΓΕ
ΘΟΥϹ ΕΡΑΤΟΥ.
ΑΛΛΑΜΕ ΜΟΙΡΟΛΟΗΠΡΙΝ ΙΟΥΛ
ΟΙϹ ΠΛΗϹΑΙ ΠΑΡΕΙΑϹΗΡΠΑϹΕ
ΠΑΡΦΙΛΙΩΝ ΟΥϹ ΤΡΟΦΕΑϹΕΚΑ
ΛΟΥΝ.

Idem P. Greg. Plac. vulgaribus typis exprimit.

Πατρίδος ἐκ Ζμύρνης βροτοί μ' Εὐθαλέα καλέεσκον
Εἵνεκ' ἐμῆς ὥρης, καὶ μεγέθους ἐρατοῦ.
'Αλλά με μοῖρ' ὀλοὴ πρὶν ἰούλοις πλῆσαι παρειὰς
Ἥρπασε παρ' φιλίων, οὓς τροφέας ἐκάλουν.

Sic ego vertebam metrice.

Diis Manibus.

Smyrna mihi patria eſt: Beneflorens nomen ob illam,
Quae fuit in pulcro corpore amabilitas.
Ante ſed heu! veniat nova quam lanugo, ab amicis
Vis rapit atra, quibus dulcis alumnus eram.

Ex characterum forma citatus Auctor Cl. ad *III.* vel *IV.* ſeculum pertinere poſſe arbitratur hoc epigramma, in quo praeter nonnulla licenter uſurpata Z ponitur pro Σ in Smyrna, urbe a Tantalo condita, ab Amazonibus amplificata, *Plin. H. N. V.* 29., quae num patria Homeri extiterit, conſulendi ſunt Allatius, Dacerius, Spanhemius, F. Urſinus, & alii. Vid. *Diſſ. V. p.* 365. *ſeq.*

X L.

Mevaniae e ſchedis Barberinis. *Fabrett. III. p.* 189. *num.* 438.

B M
T. AELIVS . HOSPES
HIC . SITVS . EST
1. MEVAN . NATVS ,
VIXIT . ANN. XII. D. III
SINE . CRIMINE . VITAE
FLORENTES . ANNOS
SVBITO . NOX . APSTVLIT *ſic*
ATRA . VIVITE . FELICES
MONEO . MORS . OMNIBVS
INSTAT
T. AELIVS . PRIMITIVV
FILIO . PIENTISSIMO

Hic ſitus eſt Mevan. natus ſine crimine vitae.

1. MEVAN. pro Mevaniae ratione metri, res inuſitata, ſed minime admiranda pro temporum, ac verſificatorum licentia, quam tradit Cicero, confirmant lapides, fuiſſe maximam.

X L I.

Extabat apud Franciſcum Ficoronium. *Ex Muſ. Veron. p.* 295.

D M
FILIVS . HIC . SITVS . EST
IVLI . BASSI . BASSIANVS
ANNOS . QVI . VIX. X
1. ET . XIIII SOLES
QVEM . QVONIAM
2. MANES . VT . ALVMNV̄M
DI . RAPVERVNT
NE . CALCARE . VELIS
NEC . GRABIS *ſic* . ESSE
LOCO

1. Non minus rara haec dierum notatio, quam alia horarum apud Fabrettum *cap. VIII. p.* 582. ubi puer mortuus enunciatur *hora noctis X.* GRABIS ſaepe in lapid. B pro V.

2. Ac-

2. Accurſius, qui *alumni* nomine altorem deſignari contendit, jure arguitur a Joſ. Caſtalione *in calce var. lect.* cui favet inſcr. haec ipſa, & aliae plures *Grut. pag.* 658. *Fabrett. p.* 351. *Martian. Capell. ſub init. l. IX. & Apulejus Metam. lib. VI.* habent *alumnatus* pro educatus. *Adoleſcens meis manibus alumnatus*.

XLII.

In S. Poli ſupra Tibur. *Fabrett. X. p.* 702. *n.* 235.

HEV CRVDELE NIMIS FATVM DVA *ſic* FVNERA MAERENS
  PLANGO VIR ET GENITOR FLE: ILE MERSA DEO
1. SAT FVERAT PORTMNEV CVMBA *ſic* VEXISSE MARITAM
  AEREPTAMQVE MIHI SEDE IACERE TVA
ADIECIT CHLOTO ITERATVM RVMPERE FILVM
  VT NATVM RAPERET TRISTIS VT ANTE MIHI
ME DECVIT MORTI PRIVS OCCVBVISSE SVPREMAE
  TVQVE MIHI TALES NATE DARE OBSEQVIAS *ſic*
AD TV NE PROPERA SIMILI QVI SORTE TENERIS
  DVNC *ſic* ANNOS TITVLO NOMINA VT IPSE LEGAS
ILLA BIS VNDENOS VIXIT NATVS QVOQVE SENOS
2. NOMEN HVIC PRORVS EST HVIC QVIDEM ATHENAIDIS
QVAS EGO QVAS GENITOR PRO TE DABO NATE QVERELLAS *ſic*
  RAPTVM QVEM STYGIO DETINET VNDA LACV
QVAM BENE BIS SENOS FLOREBAS NATE PER ANNOS
  CREDEBANTQVE DEIS VOTA PLACERE MEA
STAMINA RVPERVNT SVBITO TVA CANDIDA PARCAE
  ABSTVLERVNTQVE SIMVL VOTA PRECESQVE MIHI
CVM TE NATE FLEO PLANTVS *ſic* DABIT ATTICA AEDO
ET COMES LACRIMIS VENIET PRO CONIVGE SIREN
SEMPER VT ALCIONA FLEBIT TE VOCE SVPREMA
ET TRISTIS MECVM RESONABIT CARMEN ET ECHO
OEBALIVSQVE DABIT MECVM TIBI MVRMVRA CYCNVS

1. V pro Y frequenter in lapid., MARITAM pro *uxorem* vid. *Fabr. p.* 299. ubi *uxor* dicitur & pro viro.

2. Omnia fideliter exſcripta ſunt. Athenaidis, & Prori nomina ſervitutem ſubolent; tota vero inſcriptio ſeculum

& poe-

& poetam verboſum potius, quam diſertum.

XLIII.

Romae. *Fletwod. Syllog. p.* 268.

D • M

NOMINE QVO GENITOR MIHI DICITVR HOC EGO VIXI
TELEPHVS EST GENITOR TELEPHVS IPSE FVI
AVGVSTINA PARENS QVARTO ME FLEBILIS ANNO
TER DECIMOQVE DIE PERDIDIT ORBA SATVM
NON IGITVR LECTOR LACRIMAS DECEPIT VTROSQVE
1. MAXIMA MENDACIS FAMA MATHEMATICI
TELEPHI DVLCITI

1. De Aſtrologorum, aut *Mathematicorum*, ut ii olim appellabantur, Genethliacis, ſeu potius ſomniis ita *Hiſt. VII.* Tacitus: *Genus hominum petentibus, ſperantibus fallax, quod in civitate noſtra vetabitur ſemper, & ſemper retinebitur*.

XLIV.

Fabrett. III. p. 189. *n.* 437. *inter. Marm. Oxonienſia*.

QVINTVM ANNVM ET DECIMVM
NARCISSVS FLORE IVVENTAE
HOC IACET ABREPTVS
CONDITVS IN TVMVLO
QVISQVIS ADES LECTOR
FATVM MISERABILE CERNIS
PARCAE NAM IMPVBEM QVEM
RAPVERE MIHI
MAERET CARA SOROR
QVAE FRATREM LVGET
ADEMPTVM
MATER HABET NATVM
FLORVM LVX CANDIDA
TORQVET
1. HIC SEPTIMVM DECIMVM
FRVMENTVM PVBLICVM
ACCEPIT
SEXTVM DECIMVM

1. Fa-

1. Fabrettus in notis *pag.* 234. *perturbata*, inquit, *& confuſa remanet frumenti publici diſtributio ob contrarietatem inter iſtos duos numeros epigramma claudentes. Ut ut res ſe habeat, eam puto ad Trajani inſtitutionem referendam, de qua Plin. in Panegyr. num.* 223., *& ibi Lipſius, & nos ad Col. Trajan. II. p.* 36. Hactenus Cl. interpres, qui exiſtimat iis numeris diem deſignari, & oſtium horrei, ſeu publici aedificii, unde frumentum accipiebatur.

X L V.

Romae ad theatrum Marcelli. *Smetius pag.* 130. 19.	Emendatiorem dat ex Ligorio Muratorius *p.* 1704. *n.* 7.
1. ΘΕΟΙC ΧΘΟΝΙΟΙC	1. ΘΕΟΙC ΚΘΟΝΙΟΙC
2. ΝΥΝ ΒΑCΙΛΙΟC	2. ΝΥΝ ΔΑCΙΛΙΟΙC
ΕΓω ΒΡΕΦΟC	ΕΓΩ ΒΡΕΦΟC
ΑΙΛΙΝΟΝ ωΔΕ	ΑΙΛΙΝΟΝ ΩΔΕ
ΜΑΚΡΕΙΝΟC	ΜΑΚΡΕΙΝΟC
ΠΑΤΡΟC ΜΑ	ΠΑΤΡΟC ΜΑ
ΚΡΕΙΝΟΥ	ΚΡΕΙΝΟΥ
ΓΛωΚΕΡΑC	ΓΛΥΚΕΡΑC
ΜΗΤΡΟC ΜΗΤΕ	ΜΗΤΡΟC ΜΗΤΕ'
ΚΟΥCΗC ΟΚΤω	ΚΟΥCΗC Φ ΟΚΤΩ
ΤΗ ΠΛΗCΑΓ ΠΡΟC ΜΗ	ΕΤΗ ΠΛΗCΑC ΠΡΟC ΤΟΥ
ΤΟΙC ΝΗΝΑC Β. ΜΥ. Α	ΤΟΙC ΜΗΝΑ ΕΒΙΩ. Α

Diſtinguit in verſus emendatque Cl. Hagenbuchius.

Θεοῖς καταχθονίοις.

Νιῦ Βασίλιος ἐγὼ βρέφος αἴλινον ὧδε Μακρεῖνος,

Πατρὸς Μακρείνου, Γλυκερᾶς μητρός με τεκούσης.

Ὀκτὼ ἔτη πλήσας, πρὸς τούτοις μῆνα βίωσα. Aut μῆν' ἐβίωσα.

Aut Ὀκτὼ πλήσας τρεῖς τεσσάρεσ' ἐνιαυτοῖς μῆνας.

Sic ego metro ſerviebam.

Djs Manibus.

Cum luctu Baſilius ego nunc hicce Macrinus,

Macrino genitus, Glycera & de matre puellus.

Octo vix annos, & menſem viximus unum.

1. In hanc inſcr. multa commentatur Jo. Gaſpar Hagenbu-

buchius *Diatriba Tiguri edit.* 1744. *de Graec. Theſ. Nov. Murator. marmoribus quibuſd. metricis*, itemque Jo. Henricus Leichius Lipſienſis *ſpecimen notar. & emendation. ad Graec. Inſcr. a cel. Muratorio ed.* Sed in hoc ille nonnulla arguit. Tute utrumque confer. In fronte ſive χθονίοις cum Smetio, & Grutero, ſive κθονίοις cum Ligorio, & Muratorio legas, idem prorſus eſſe Hagenbuchius evincit auctoritate H. Stephani *Theſ. Ling. Graec. T. IV. p.* 520., Sponii *Miſc. p.* 322. Scaligeri *in animadverſionibus Euſebianis, & indice Gruteriano*, ac Montfauconii *Paleogr. Gr. II.* 4. In voce καταχθονίοις num Ligorius, qui prior lapidem vidit, magis ad fidem marmoris exſculpſerit Κ, an Smetius Χ, divinatione opus eſt: certe hic dat rectius priora ſaxi, ille poſteriora.

2. Cl. Muratorius ΝΥΝ ΒΑCΙΛΙΟΙC perperam intruſa ultima vocali Ι, & interpretatus *Nunc Regibus* (meis) & opinatus pueri parentes una cum filio ſepultos eſſe, tum *Glyceria matre* pro *Glyceriae matris* vertens, deſperatiſque duabus voculis ΜΗ ΤΕΚΟΥCΗC, ac *ſupervixi* pro *vixi* legendum ratus, erroris ab Hagenbuchio graecae linguae Profeſſore commendatiſſimo jure arguitur emendaturque. Ceterum ne laus negetur cuique debita, hujus correctio lapidis, quam Muratorius dedit, tradita jampridem erat in Gruteri Addendis, ſive illa Gruterus ipſe, uti Holthenus putat, ſive Scaliger elaboraverit, ut P. Burmanno placet.

XLVI.

Ex Muſ. Veron. p. 63.

ΠΛΕΙΣΤΗΝΔΗ
ΘΝΗΤΩΝΑΡΕΤΗΝ
ΠΑΤΡΙΜΗΤΡΙΤΕΔΕΙ
ΞΑΣΕΙΘΗΡΑΚΛΕΙ
ΔΕΣΟΦΙΛΩΝΟΣ
ΔΗΛΙΟΣΩΔΕ

Πλείστην δὴ θνητῶν ἀρετὴν πατρὶ, μητρί τε δείξας,
Κεῖθ' Ἡρακλείδης ὁ Φίλωνος Δήλιος ὧδε.

Sic

Sic vertit Cl. Maffejus.

Qui multa moriens patribus virtute probavit
Se ſe Heraclides Philonis Delius heic eſt.

XLVII.

Ex Muſ. Veronenſi pag. 162. 1.

D M
PHOSTILIO P F POB
1\. CAMPANO VENATORI
PHOSTILIVS TERTINVS DE
CVRIO VERON ET ABIDIA
MAXIMAPARENTES FIL
PIISSIM ET SIBI QVI VIXT *sic*
ANN XXVDXXV SINE CR
IMINE VITAE FLORENTES
ANNOS MORS IPSA ERI
PVIT' VIVITE FELICES
MONEO MORS OMNIB
INSTAT EXEMPLVM
A NOBIS DISCITE QVI
LEGITIS

1\. Venator ſive ſit cognomen alterum, ſive profeſſionem declaret, quadrant figurae inſculptae lateribus, hinc venator haſta aprum in fronte feriens, inde juvenis canem ducens.

XLVIII.

Grut. pag. 685. 3.

D . M
PATER . ET . MATER . TITVLVM
POSVERVNT . FVNERI . ACERBO . GN
GARGONIO . CN. F. PAVLLINO . VIX
ANN. IX. M. VIII
TE . LAPIS . OBTESTOR . LEVIS . VT . SVPER
OSSA . QVIESCAS . NE . TENERAE
AETATI . GRAVIS . ESSE . VIDEARIS
TV . QVI . VIA . FLAMINIA . TRANSIS
RESTA . AC . RELEGE

XLIX.

Romae . *Ferrett. p.* 206.

CAIVS . TVTILIVS . RVFINVS . NOMINOR . ILLE
ANNOS . QVI . VITAE . LINQVO . NOVEM . ATQVE . DECEM
HEV . SCELVS . HEV . CRVDELE . NEFAS . FACINVSQVE . TREMENDVM
CVM . FATIARE *sic* . VIDES . QVAM . MISER . EST . GENITOR
QVI . ME . CONSPEXIT . MORIBVNDVM . QVI . MEA . CLAVSIT
LVMINA . DIVERSIS . AETATIS . VICIBVS
QVOS . NON . ILLE . PRIVS . QVA . NON . EGO . VOCE . ROGAVI
INFELIX . SVPEROS . NEC . VALVERE . PRECES
SED . VIS . MAIOR . AGIT . MORTIS . IAM . IAMQ. PARENS . AVT
MECVM . SEMPER . ERIS . AVT . DOLOR . VNA . OBIET
HOC SEPVLCRVM T. FL. EVTICHIANVS M. M. RVFINI
ALVMNI SVI FEC. L.

M. M. *maeſtae memoriae*

L.

Ex Muſ. Veron. pag. 62.

Μ Α
ΕΥΤΥΧΟϹ
ΑϹΚΛΑΠΩΝΟϹΑΙΞΩΝΕΥϹ
ΠΟΤΑΜΙΛΛΑΛΟΥΚΙΟΥΑΖΗΝ . . .
ΔΝΕΙΩΠΕΠΟΛΛΩΝ . . . .

Priores duo, & tres poſtremi verſus evanuerunt, ſuperſunt hi.

ΑΛΛΑΕΙΜΑΤΗΝΟΥΠΑΝΤΑΒΟΥΛΕΥΗϹΦΩϹ
ΕΤΑΤΕΙϹΑΚΟΥΕΚΑΙΛΟΓΟΙϹΠΕΙΡΑΝΜΑϹΩΝ
ΖΗΘΟΙΤΟΝΕΠΙΛΟΙΠΟΝΕΝΒΙΩΧΡΟΝΟΝΚΑΛΩϹ
ΕΙΔΩϹΟΤΙΚΑΤΩΠΛΟΥΤΕΩϹΤΑϹΩΜΑΤΑ
ΠΛΟΥΤΟΥΓΞΜΟΥϹΙΜΗΔΕΝΟϹΧΡΗΖΟΝΤΑΟΛΩϹ

. . . .

Μάρκος Αὐρήλιος Εὔτυχος Ἀσκλαπίωνος Αἰξωνεὺς.
Ποτάμιλλα Λυκίου Ἀζηνίεια.

. . . .

Ἀλλὰ εἰ μάτην οὐ πάντα βουλεύῃ, σαφῶς
Ἐτά τ' ἐπάκουε, καὶ λόγοις πεῖραν μάσων.
Ζῆθι τὸν ἐπίλοιπον ἐν βίῳ χρόνον καλῶς

Εἰδὼς

Εἰδὼς ὅτι κάτω Πλυτέως τὰ σώματα
Πλύτυ γέμυσι, μηδενὸς χρήζοντα ὅλως

. . . .

M. Aurelius Eutychus Aslaponis Filius Aexonenſis.
Potamilla Lucii filia Azenienſis.

. . . .

At mente ni praepoſtera uti gaudeas,
Quae vera ſunt audi, & fidem verbis habe.
Vitam optimam vivas hilaris in poſterum
Sciens in inferis nihili eſſe indigum
Quemcumque Diis ſervum, at eſſe divitem

. . . .

L I.

Romae. *Gorius Donian. Inſcr. p.* 148.

ΤΕΡΜΑ ΒΙΟΥ . ΤΕΛΕΣΑΣ
ΠΡΙΣ ΤΑΙΕΙΟΣ ΕΝΘΑΔΕΚΕΙ
ΜΑΙ ΑΣΚΗΣΑΣ .... ΕΙΔΟΣ ΥΠΟ
ΚΡΙΣΕΩΣ ΩΚΤΟ ΚΑΙ ΔΕΚ. Ε
ΤΗ ΖΗΣΑΣ . ΒΙΟΝ . ΑΣΚΛΗΠΙΟΔΩ
ΡΟΣ . ΓΗΣ ΩΝ ΠΡΟΣΘΕ ΓΟ
ΝΟΣ ΜΗΤΕΡΑ ΓΑΙΑΝ ΕΧΩ

Τέρμα βίυ τελέσας τριεταῖνος ἐνθάδε κεῖμαι
Ἀσκήσας κωμικῆς εἶδος ὑποκρίσεως.
Ὠκτὼ, καὶ δέκ᾽ ἔτη ζήσας βίον Ἀσκληπιόδωρος,
Γῆς ὢν πρόσθε γόνος, μητέρα γαῖαν ἔχω.

Ita vertit Cl. Salvinius.

Confecta vitae meta puer hic ſitus ....
Exercens ſpeciem comicae hyprocriſeos.
Octo atque decem vixi Ann. Aſclepiodorus:
Te ante ſatus terra, terra parens, teneo.

L I I.

Romae. *Ferrett. p.* 180. *Fleetwod. p.* 300.

D M

VERVEX . ET . PVERI . PVER . VNVS . SPONSA . MARITVS
CVLTELLO . LYMPHA . FVNE . DOLORE . CADIT .

Ferrettius ita hoc epigramma interpretatur . Pueris cum ariete colludentibus , eorum unus capri inſolentia laeſus eum vulnerat : puer arietis dominus ob ejus mortem ſe fluvio tradit : mater laqueo : pater maerore interit . In hunc fere modum Virgilius luſiſſe fertur :

Sus , juvenis , ſerpens caſum venere ſub unum :
Sus jacet ex ictu : ſerpens pede : & ille veneno .

Aliter .

Anguis , aper , juvenis pereunt vi , vulnere , morſu :
Hic fremit , ille gemit , ſibilat hic moriens .

Aliter .

Sus , ſerpens , juvenis pariter periere viciſſim :
Dente perit juvenis , ſerpens pede , porcus ab ictu .

L I I I.

Fabrett. VI. p. 425.

Θ K

ΜΗ ΠΩ ΓΕΥΣΑΜΕΝΟΣ ΗΒΗΣ
ΩΛΙΣΘΟΝ ΕΣ ΑΔΟΥ . ΔΑΚΡΥΑ
ΚΑΙ ΣΤΟΝΑΧΑΣ ΛΕΙΨΑΣ ΑΙΩΝΙ ΓΟ
ΝΕΥΣΙΝ . ΔΥΣΜΟΡΟΣ ΟΥΔΕΝ ΟΗΣΑ
ΒΡΟΤΩΝ ΨΑΥΣΑΙ ΒΙΟΤΟΙΟ . ΕΠΤΑ
ΜΟΝΟΥΣ ΛΙΚΑΒΑΝΔΑΣ ΔΙΩ
ΚΑΙ ΜΗΝΑΣ ΕΖΗΣΑ . ΩΝΤΡΕΙΣ
ΕΞΕΤΕΛΟΥΝ ΔΙΟΝΥΣΩ ΟΡΓΙΑ ΒΑ
ΖΩΝ . ΗΡΟΦΙΛΟΝ ΔΕ ΚΑΛΟΥΝ ΜΕ
ΠΑΤΗΡ ΚΑΙ ΠΟΤΝΙΑ ΜΗΤΗΡ . Ε
ΓΝΩΣΩ ΠΑΡΟΔΕΙΤΑ ΤΙΣ ΗΜΗΝ
ΟΥΚ ΕΓΕΝΗΘΕΝ

Μὴ πῶ γδυσάμθμος Ἥβης ὤλίσθον ἐς ἅδυ
Δάκρυα , καὶ σόναχας λείψας αἰῶνι γονεῦσιν .
Δυσμορος ὐδὲν ὅησα βροτῶν ψαῦσαι βιοτοῖο ·
Ἑπτὰ μόνης λυκαβάντας δύω , καὶ μῆνας ἔζησα ;
Οὗ τρεῖς ἐξετέλυν Διονύσω ὄργια βαζων ,
Ἡρόφιλον δὲ καλῶν με πατὴρ , καὶ πότνια μήτηρ ;
Ἐγνώσω παροδεῖτα τὶς ἦμην , ὐκ ἐγένηθεν .

La-

* Latine vertit Cl. Abbas Nicolaus Nicaſius.

Diis Manibus.

Puberis haud dum aevi compos demittor ad orcum
Aeternas patri lacrimas gemituſque relinquens
Infelix, nec noſſe datum mihi munera vitae:
Septem tantum annos gemino cum menſe peregi,
Orgia me Bacchi tres detinuere colentem,
Me Herophilum veneranda parens genitorque vocabant.
Qui fuerim noſti, genitum ne dixeris, hoſpes.

1. In lapide Fabrettus refert, ad angulum ſiniſtrum ſuperne tintinnabulum extitiſſe, cujus in bacchanalibus uſus erat: in angulo dextro gramen ſeptem internodiis praeditum, ſacrorum ſymbolum, aetatiſque demortui typus: deorſum erat crinibus ſolutis caput, & hordacea corona diſſoluta immaturae mortis indicium.

2. Primo haec ſacra feminis, nuſquam viris patuiſſe, teſtatur Livius *XXXIX.* 13. deinde Paulam Miniam Campanam omnia immutaſſe, primamque ſuos filios initiaſſe Minium, & Herennium. Plura ibidem Livius de his ſacris, quae an. V. C. 568. a Poſtumio ſublata, poſtea recruduerunt. *Tertull. Apolog. VI. S. Auguſt. de C. D. VI. 9.* Vid. *Matthaeus Aegypt. in S. C. de Bacchanal.*

L I V.

Romae. *Spon. Miſcell. Erud Antiq. pag. 376.*
Fabrett. IV. p. 287. n. 214.

ΚΙΡΙΛΛΟϹ ΤΟ ΔΕ ϹΗΜΑ ΦΙΛω ΠΟΙΗϹΑΤΟ ΠΑΙΔΙ
ΚΛΕΟΦΟΡω ΤΡΙΕΤΕΙΟΝ ΑΦΕΙΛΑΤΟ ΜΟΙΡΑ ΚΡΑΤΕΡΗ
ΠΡΙΝ ΓΛΥΚΕΡΟΥ ΒΙΟΤΟΙΟ ΕϹ ΗΛΙΚΙΗϹ ΠΕΛΟϹ ΕΛΘΕΙΝ
ΑΛΛ' ΕΙΓΕΝ ΦΘΙΜΕΝΟΙϹ ΤΙϹ ΑΙϹΘΗϹ Ϲ ΤΕΚΝΟΝ ΕϹΤΙΝ
ΚΟΥΦΟΝ ΕΧΟΙϹ ΓΑΙΗϹ ΒΑΡΟϹ ΕΥϹΕΒΙΗϹ ΕΝΙ ΧωΡωΙ

Κιρίλλος τόδε σῆμα φίλῳ ποιήσατο παιδὶ
Κλεοφόρῳ τριέτειον ἀφεῖλατο μοῖρα κραταιὴ,
Πρὶν γλυκεροῦ βιοτοῖο ἐς ἡλικίης τέλος ἐλθεῖν:
Ἀλλ' εἴγ' ἐν φθιμένοισι τις αἴσθησις τέκνον ἐστιν,
Κοῦφον ἔχοις γαίης βάρος εὐσεβίης ἐνὶ χώρῳ.

La-

Latine vertit Emmanuel Martinius apud Fabrett. *IV. p.* 287. *n.* 214.

Haec nato dulci poſuit monumenta Cyrillus ,
Cleophoro , rapuit quem mors violenta triennem ,
Ante quam dulcis tetigiſſet limina vitae :
Praedita ſed nati ſi nunc eſt ſenſibus umbra ,
Sit tibi terra levis ſancta in regione piorum .

Fabrettus in primo *v.* pro ΦΙΛω habet ΦΙΛΩΙ, in 2. ΚΛΕΟΦΟΡΩΙ , & ΚΡΑΤΑΙΗ , in 3. ΤΕΛΟC , in 4. ΦΘΙΜΕΝΟΙCΙ .

L V.

Aquilae in Suburbano . *Murat. e ſchedis ſuis p* 1476. 5.

D. LAELIVS . D. F. PAL. MARSILIVS
D. LAELIO . MERCATORI . FRAT.
D. LAELIVS . MERCATOR . PATER
LAELIA . NEBRIS . MATER . FILIO
QVOD . TV . DEBVERAS . FRATER . POST . TEMPORA . NO . . .
MAIORVM . VT . FACERES . MORTE . SVPREMA . MI . . .
FECI . EGO . CVM . MISERIS . MISEROS . QVOS . DEN . . .
INVIDA . QVOD . PIETAS . LEGE . SINISTRA . TVLIT

L V I.

Tibure ex P. Kircherio . *Murator. p.* 1129. 9.

HIC SITVS AMPHION
EREPTVS PRIMA IVVENTA
NONDVM TERDENOS
NVMERABAT TEMPORIS ANNOS
HEVS IMMATVRA MORS
PROPERATA SIBI
C. MARCIVS PAVLVS C
NATO PIENTISSIMO

L V I I.

Ferrett. pag. 49.

HOSPES DISCE NOVVM MORTIS GENVS IMPROBA FELES
DVM TRAHITVR DIGITVM MORDET ET INTEREO

Non abſimile infortunium eſt apud Martial. *III.* 19.

LVIII.

L V I I I.

Romae . *Apud Ficoronium lib.* delle Maſchere *p.* 22.

perſona D *perſona* M *perſona*

TI. CLAVDIVS . ESQVILINA . AVG. TIBERINVS

HIC . SITVS . EST . FECIT . TAMPIA . HYGIA . MATER . FILIO . PIENTISSIMO

TV . QVICVMQVE . MEI . VEHERIS . PROPE . LIMINA . BVSTI

SVPPRIME . FESTINVM . QVAESO . VIATOR . ITER

PERLEGE . SIGNVM . QVAM . DOLEAS . PRO . FVNERE . ACERVO

INVENIES . TITVLO . NOMINA . FIXA . MEO . ROMA . MIHI . PATRIA . EST . MEDIA

DE . PLEBE . PARENTES . VITA . FVIT . NVLLIS . TVNC . VIOLATA . MALIS

GRATVS . ERAM . POPVLO . QVONDAM . NOTVSQVE . FAVORE . NVNC . SVM . DEFLETI . PARVA

FAVILLA . ROGI . QVIS . BONA . NON . HILARI . VIDIT . CONVIVIA . VOLTV

ADQVE . MEOS . MECVM . PERVIGILARE . IOCOS . QVONDAM . EGO . PIERIO . VATVM

MONIMENTA . CANORE . DOCTVS . CYGNEIS . ENVMERARE . MODIS

DOCTVS . MAEONIO . SPIRANTIA . CARMINA . VERSV . DICERE.CAESAREO.CARMINA.NOTA.FORO

NVNC . AMOR . ET . NOMEN . SVPEREST . DE.CORPORE . TOTO. QVOD.SPARGIT.LACRIMIS

MAESTVS . VTERQVE . PARENS . SERTA . MIHI . FLORESQVE . NOVOS.MEA . GAVDIA . PONVNT

FVSVS.IN.ELYSIA.SIC.EGO.VALLE.MOROR.QVOD.MEAT.IN.STELLIS.DEIT.HIN.QVOD.PEGASVS.ALES

TOT . MEA . NATALES . FATA . DEDERE . MIHI

Habet hunc titulum Muratorius *pag.* 655. 1. legitque in 2. *v.* FESTIVVM , & in penultimo DEDIT . HINC . Hunc vero Tiberium Claudium Eſquilina tribu Auguſti Tiberinum inter *liber-*

libertos recenſet : ſed forte libertinus fuit, quia Romae *media plebe* natus, & tribui adſcriptus. Vixit ſub Tiberio Claudio, ſolitus poetarum veterum ac praecipue Homeri carmina ad potentum convivia canere. Perſonae tres in fronte ſculptae perſuadent perſonatum inceſſiſſe. Egregia de perſonis monumenta edidit Franciſcus Ficoronius.

L I X.

Romae. *Ex Corp. Illuſtr. Poetar. Vol. I. pag.* 93.

DISPAR DAMNA LEGE PARCARVM ET STAMINA DISPAR
HAEC RIDENDA MIHI EST HIC LACRVMANDVS ERIT
HAEC NAMQVE EMERITOS BIS QVADRAGINTA PER ANNOS
VIXIT AT HIC TERTIO CONSVLE NATVS OBIT
CVR MODO TAM PRAECEPS ITERVM TAM SERA FVISTI
FVNERIS AMBORVM DIC REA PERSEPHONE
VIX LVCEM VIDISSE SATIS QVI VIVERE POSSET
VIVERE QVAE NOLLET VIX POTVISSE MORI

L X.

Romae. *Gudius p.* 245. 8.

1. TRAX . PVER . ASTRICTA . GLACIE . DVM . LVDERET . EBRO
FRIGORE . CONCRETAS . PONDERE . RVPIT . AQVAS
DVMQVE . STIMAE . PARTES . RAPIDO . TRAHERENTVR . AB . AMNE
ABSCIDIT . TENERVM . LVBRICA . TESTA . CAPVT
2. ORBA . QVOD . INVENTVM . MATER . DVM . CONDERET . VRNA
HOC . FLAMMIS . PEPERI . CETERA . DIXIT . AQVIS

1. Si poeticum hunc eſſe luſum putare malis, quam antiquum lapidem, per me licet, quum aliquis tribuat C. Germanico Caeſari. Vid. *Catalect. Joſ. Scaligeri p.* 105.

2. Paulus I. C. *l. quum in diverſis D. de relig.* ait, ſi in diverſis locis ſepultus quis ſit, illum eſſe religioſum, ubi caput humatum eſt. Vid. *Diſſ. IV. n. XVII.* Quare haec mater minus infelix, quam ille pater, cujus eſt epigr. Baptiſt. Spagnoli.

Fert lupus infantem prenſa cervice : pater ſe
Proripiens nati pendula crura tenet :
Dum rapit inde fames, pietaſque ardentior iſtinc,
Heu! tulit haec truncum corpus, at illa caput.

SY-

Digitized by Google

SYNOPSIS.

CHoragii etymologia. Queruli cantus ad tibiam Lydiam. Qualis impenſa in pompa virginum funebri? Spectatorum dolor. Virginiae Virginii F. exequiae ſingulares. Florum ſparſio publica cui conceſſa? II. *Puellarum fucata facies in exequiis. De Larvatis funeribus. De comarum ornatu, & veſtium ſplendore.* III. *Emblema virginum cippis inſculpi ſolitum. Crepundia varii generis: ſaepe etiam magni pretii ſepulcris tradita. Crepundiis interdum addita philacteria. Aegyptiis placuere pro philacteriis icunculae figulinae, quandoque aureae, aut ex alia materia; nunquam gemmae caelatae. Hic luxus fruſtra legibus interdictus.* IV. *Quaeſtio de mercedula Charonti data. Cur ab hac immunes fuerint Hermionenſes? Variae illius nummuli appellationes: materia varia, varius locus, ubi reponebatur. Cauſa hujus ritus inquiritur.* V. *Quantus eſſet in filiarum interitu parentum dolor, conjicitur ex viris doctiſſimis Cicerone, & Fundano. An Tulliolae Cicero aedificare voluerit verum fanum? Eruditorum perpenditur diverſa mens. Non de fano, ſed de ſepulcro fani nomine laborabat Cicero, ut populi imperitia abuteretur ad filiam conſecrandam.* VI. *Lacrimarum vis in choragio. Civilis ne lacrimandi ritus, an ſacer fuerit? Vaſa lacrimatoria de ſepulcris, ac funeribus omnino exploſa. Lacrimarum de vaſe in vas tranſmutatio, & earundem nundinae refelluntur.* VII. *Praeficae ſervili e genere, a praefatione nuncupatae, vel praefiſcine. Cur etiam dictae Reputatrices,*

ac Threnodae? Unde in proverbiis Carica muſa? Quandiu praeficarum ejulatus in uſu fuerit? Praeficarum geſticulatio, cantus, praefatio ad Manes, merces, veſtis. VIII. *De Lamentatoribus. Apud Chriſtianos praeficis ſubſtitutae Pſaltriae.* IX. *Quam diverſae poetarum, praeficarumque naeniae? In his repetita interjectio Heu, aut Vae. Genus naeniarum triplex.*

DIS-

Digitized by Google

DISSERTATIO VIII.

De Choragii Pompa.

DUUMVIRIS DOCTISSIMIS

ROMVALDO STERLICHIO ET GASPARI TORRES.

CVm multa prudenter a veteribus & cogitata & facta ſunt, tum illud, niſi me fallunt omnia, ſemper in laude habebitur, quod ſcite admodum conſueverint, quorum amicitiam litterae doctrinaeque muniverant; eorum imagines una ſimul ſive gemmis, ſive marmoribus commendare. Pervetus haec conſuetudo, ut tandiu ubique probabitur, quandiu virtus, ſic cauſa mihi perquam idonea viſa eſt, cur te, Romualde Sterlichi, te Gaſpar Torres, ſi hac mea in inſcriptione conjunctos pariter eſſe volui, nemo me exiſtimet optaviſſe, quod in proverbio eſt, eadem fidelia duos parietes dealbare. Vos quippe ejuſmodi par amicitiae eſtis, cui jure id quod facio ſit apprime accommodatum. Etenim familiae veſtrae affinitatis vinculo conjunctiſſimae ſunt, mores autem, virtutes, litterae, excellens potiſſimum philoſophiae amor veſtros animos ad aequalitatem prope fraternam agglutinavit. Atque haec tanto in vobis certior, quanto eſt ardentior in generoſo pectore ſapientiae amor. De te, Sterlichi, qui quantus quantus, totus ad nobiliſſima ſtudia & factus & natus

Digitized by Google

es, ita ſi parce dixero, ut mentis excelſitas, intelligentiae vis, eruditionis ſive graecae, ſive latinae praeclara decora per me omnia omittantur, haec per ſe praedicat Bibliothecae ſplendor, quae delectu abs te maximo comparata ſic tibi quotidie ſervit, ut, quod benignitatis eſt genus optimum, cunctis quoque pateat amicis tuis, ſeu doctis omnibus, quibus ſemper Theate floruit, civitas, ſi quae alia, & vetuſtate nobilis, & liberaliſſimis diſciplinis. Quam vero aſſidua ſunt ſtudia tua? quanta in iis opera? quis ardor animi? qui vix magna in tenuitate optabilis, nedum rariſſimus in iſto gradu. Avitae familiae opes, quae copioſae oppido lautaeque ſunt, ne quicquam, ut ſaepe uſuvenit, litteris obeſſe poſſint, tu more veterum, quod his praeſertim temporibus permirum eſt, non cibo quotidie bis uti integro, ſed interdiu, ſi oportuerit, quid levius guſtans, praeter coenam ad victum addere nihil ſoles. Iſtuc vivendi genus, bona cum venia dixerim, ſecum ipſi dum reputant, qui te intime norunt, minus interdum cum ceterarum rerum excellentem perfectamque ſapientiam demirantur, tum in metaphyſice, ac univerſa philoſophia progreſſus tantos, quantos nimirum cupis, cupis autem quam plurimos, & egregie magnanimos. Itaque talem te praebes virum, qualem avide optabat, quemque ſi nactus eſſet, illuc Cicero, quo tua te virtus jam pridem rapuit, adduxiſſet, ubi non ſeclusa aliqua aquula teneatur, ſed unde univerſum flumen erumpat. O te, Sterlichi, undique perbeatum! cujus doctrina pereximia eſt, eloquentia autem doctrinae par. Orationem ego tuam quum nuper legerem, non me legere, ſed ita affici ac tam ſuaviter, quam qui maxime,

xime, plane ſenſi. Voluptas haec vero mea ſi nihil ad laudem tuam, facit ad eam hoc ſine plurimum, quod mea de te ſententia communis eſt plane omnium, qui tu s aut colloquiis, aut epiſtolis delectantur, clariſſimorum hominum, ac magni in primis viri, Doctoris Lamii, cujus hoc eſt animi, hoc etiam ingenii proprium, ut quaecunque latent in auguſtiſſimis ſapientiae adytis, ea aut nemo alius, aut ipſe teneat unus omnia. Sed quid opus eſt plura? Fac laudibus invideat omnibus oblivio tuis: Academiae Florentinae graviſſimum de te judicium tanti eſt, ut ingenii tui futura ſit immortalis non modo laus, ſed etiam admiratio. Etenim, quam honoris gratia nomino, Academia cum multis de cauſis in aeterna famae celebritate ubique lucet, tum ea praeſertim, quia viris duntaxat omnem ultra telorum jactum ſua ipſorum gloria conſtitutis ad ſe aditum patere ſinit: illa tamen non ita pridem, quum candidati eſſent plures, iidemque ſumma litteratura, ſummo ingenio & prudentia praediti, qui albo adſcribi cuperent, te illa potiſſimum, ſalva ceterorum fama, te unum duxit Academicorum ſuffragiis omnibus adſcribendum. Si probato placere viro eſt magna laus, quid dicam Academiae, quae Florentiae ocellus eſt, Etruriae ſplendor, Italiae columen, litterariae reipublicae ornamentum, & decus incomparabile? Jam ergo cetera, quae ultro ſe mihi offerunt, non me dicere neceſſe eſt, quum tu praecipue non in honore verborum, ſed in re ipſa, atque in virtute colloces veram laudem. Ac de te etiam, Torres optime, hoc dictum volo. Novi enim, quam per ſe grata eſt tibi virtus, tam parum umbra te duci illius, ac generoſarum volucrum ritu ſemper alte

Digitized by Google

alte ſpectantem, quicquid infra poſitum eſt, id minus te dignum ducere, quicquid ſecus, id ſtudiis, id nervis omnibus comparare, quamobrem ubi a negotiis vacas aut publicis, aut privatis, ſolus te ſapientiae oblectat amor, & mirum, quantum. Quanquam quid dico oblectat? Ab ipſa quoque adoleſcentia in te fuit haec nota mens. Nec porro vereor, ne forte putes, quae tua ingenuitas eſt, a me auribus hoc dari tuis. Teſtes id enim vetant, quorum fides, prudentia, gravitas in meo Ordine probatiſſima ſemper fuit, P. Ildephonſus Tarditius, cui Rhetorices, P. Callixtus Amorettus, cui Geometriae ſimul atque Philoſophiae, Pater Ignatius Ferrius, cui Theologiae primos veluti flores, unde fructus ſuaviſſimi nunc exiſtunt, acceptos refers. Quos vero illi, dum ultro currenti faces ingenio addebant, celeres animi motus ad inventionem acutos, ad ornatum ſplendidos, ad copiam uberes, ad memoriam firmos ſummopere commendabant, ſi quis me interroget, taceo, illud tantum commemoro, unde arguere, qualis futurus eſſes, jam tum licuit hac luce clarius. Juventutis plerumque id moris eſt, altioribus quum diſciplinis vacare coepit, inferiores ſi minus deſpectui, exiguo certe, humiles quaſi ancillulas, in pretio habere. Tu abiiſti in alia omnia. Tantum in te valuit doctrinae ſtudium, ut una ſimul hiſtoricos volutares, a poetis non abhorreres, oratores aemularere, geometris intereſſes, cum philoſophis diſputares, theologos aut accenderes, aut praeires. Hinc filio tuo, qui patriis itineribus ad gloriam pergit, fama tui nominis vires auget in Collegio Nazareno, cujus in praeſens neſcio, ornamento ne magis, an incremento exi-

eximie proſis. Hinc rerum pulcherrimarum eruditio multiplex, cujus gratia, quibuſcum agis, ſive ſapientes ſint, ſive ſapere probe incipiant, utrique, ab ore dum pendent tuo, in caelo ſunt, alii nempe inuſitata cum voluptate, tum ſtupore complentur, alii quibuſdam veluti facibus ad alta quaelibet inflammantur. Romae dum verſarere, te ſaepe alias, & ſemel adii, quum mecum aderant nobiliſſimi adoleſcentes, Petrus Ubaldinius, & Petrus Paſolinius, litterarum uterque amator navus & impiger: poſt brevem de philoſophia diſputationem abs te diſceſſimus; illi doctrinam mirari tuam, ad caelum te efferre laudibus: ſed Ubaldinius, ut fervidus ingenio eſt, & totus ex auro Platonis optimo, hem, inquit, ſapere quam dulce eſt! peream, niſi veſtigiis inſiſtam tuis, niſi te, Torres doctiſſime, aemulabor. Videlicet tantus eſt ſplendor in laude vera, ut lucidiſſimi inſtar ſideris omnium ad ſe oculos animoſque convertat. Itaque virtus tua, quocunque ventum ſit, quam doctis grata, quam etiam probata fuerit, ſi perſequi velim pluribus, vereor equidem, ne, dum officii negligens eſſe nolo, fiam modeſtiae tuae per imprudentiam reus. Jam ideo ſilentio utar, ſed ita tamen, ut, ſi cetera, quae ſunt innumera, miſſa facio, judicium de te illius, cujus ex ſcriptis, ex ore unius ipſam ſua dare oracula ſapientiam ſcimus, omittere nullo modo poſſim. Benedictus XIV. P. M. quum de doctrina, de ingenio tuo praeclara ſentiret omnia, non tuis majoribus, quorum ſunt domi, ſunt in Eccleſia imagines immortales, ſed tibi honorem, tibi, inquam, uni delatum voluit, ubi id minus te cogitantem, abſentem etiam, judicio ac voluntate ſua Conſervatorem Urbis publi-

publi-

publice renunciavit. Nunc a litteris ad amicitiam redeo, ac te, Torres clariſſime, teque, Sterlichi optime, duumviri doctrinae gloria commendatiſſimi, enixe oro, ut quoniam utriuſque in me humanitas eximia eſt, ne hanc grati animi teſſeram repudietis. Recordaminor, quanto in pretio fuerit, ne multis utar, Socrate inſignis, & Alcibiade amethyſtus, quamque gratus in capitolio ſit herma biceps Epicuri, & Metrodori, nec vobis communem meam hanc inſcriptionem veſtri nominis indignam ducite, ſed re ipſa, quod probe facitis, illud Salluſtii, ſuperbiam eſſe ingenitum nobilitati malum, ita refellite, ſicut per vos jam pridem illud Paterculi obſolevit, in perfecto difficilis mora eſt.

I. Ab acerbo liberorum funere, cui multa cum iis, quae nunc aggredimur, communia ſunt, ad Choragium venio, ſive exequias virginum [a], ita nimirum dictas a Κόρη, quae puella eſt [b], vel a choro [c] potius, qui cantus eſt proprie coaevorum [d], qualis in pompa virginum funebri habebatur, quas, utpote fatis properantibus, ut ait Seneca [e], immature ereptas, chorus virginum ſequebatur, quod alicubi quoque in praeſentia tenet, & ſolemne olim fuiſſe Apulejus his verbis indicat [f]: *& cantatrices aviculae in ipſo momento Choragii funeris praepeti celeritate alienam ſepulturam antevortunt*. Querulos hoſce cantus ad tibiam haberi ſolitos idem Apulejus teſtatur [g]: *jam feralium*, inquit, *nuptiarum miſerrimae virgini choragium ſtruitur, & ſonus tibiae zygiae mutatur in que-*

a *Fulgentius de Priſc. Serm.*
b *Turnebus VI. Adv.* 10.
c *Gutber. de Jur. Man. I.* 28.
d *Servius I. Georgic.*
e *Ad Martiam* 17.
f *Metamorph.* 11.
g *De Pſyche Nupt.* 10. *Met.*

querulum lydiae modum, cantuſque laetus hymenaei lugubri finitur ululatu. Zygos enim graece jugum ſignificat, translate nuptias,ac Junonem Oriens Zygiam,Lucinam Occidens appellabat [a]. Hujus in aerarium Romae juſſu Servii Tullii, naſcente aliquo, certi nummi deferebantur [b], ſicut ſumente quopiam virilem togam in Juventutis, moriente in Veneris Libitinae, ideo Svetonius [c] peſtilentia unius autumni triginta funerum millia in rationem Libitinae veniſſe tradit. Qualis eſſet virginum pompa funebris ex eo conjicimus, quod Plinio auctore parentes [d] quicquid in veſtes, margaritas, gemmas fuerant earum in nuptiis erogaturi, nonnunquam in thura, in flores, unguenta, opobalſama, & alia hujuſmodi in ipſo funere impendebant. Quacunque pompa tranſiret, vix ſpectatores a gemitu ac lacrimis temperabant [e]:

Naturae imperio gemimus, quum funus adultae
Virginis occurrit.

Orbitates enim, atque has in primis antiquitas [f] inter maxima fortunae vulnera numerabat. Hac de cauſa & virgines & mulieres, ubi choragium ſtreperet, interdum aut lacrimas fundere, aut flores in lectum jacere conſueviſſe ex Dionyſio diſcimus, qui de funere Virginii filiae haec narrat: *ex aedibus exiliebant & mulieres & virgines caſum illum lugentes, atque aliae flores & coronas in lectum jaciebant*. Sed latius nolim, quam par eſt, traducas hoc Virginiae decus. Illi enim honor, qui injuriae foeditatem compenſaret, publice datus, calamitatis ratione habita, non feralium rituum, quibus acerba funera

 effer-

a *Idem Metam. 6.*
b *Dionyſius Halic. VI.*
c *In Nerone 93.*
d *Epiſt. V. 16.*
e *Juvenalis Sat. XV.*
f *Cicero V. Tuſculan.*

efferri juſſa nondum exorto ſole, atque id temporis flores publice ſparſos eſſe quum vix credibile ſit, hinc docemur, Virginii filiam vel jam ut deſponſam [a], vel privilegii gratia interdiu elatam eſſe, ſicut poſtea Marcellus Augusti ex Octavia nepos, cui & florum honorem, dum efferretur, a populo fuiſſe habitum tacite, niſi fallor, Virgilius aſſerit [b]:

Manibus date lilia plenis
Purpureos ſpargam flores, animamque nepotis
His ſaltem accumulem donis, & fungar inani
Munere.

Quanquam demens ſim, qui tempus imperii comparem cum reipublicae ſeveritate, qua obtinente florum quidem a populo Romano honorem Scipio tantum [c] habuit, Serapio cognominatus, in tribunatu admodum gratus, dignuſque Africanorum familia, cujus in bonis inventa eſt funeris ne impenſa quidem.

II. Ad pompae ſpeciem illud in puellarum funeribus non raro uſitatum, Moreſtellii judicio [d] fuit, quod fuco earum facies oblineretur, ſi alias formoſum ſui ſpectaculum populo praebere non poſſent. Ex eorum funere, qui veneno objerant, eruditi hunc ritum arguunt. Nam Dio tradit, Britannici corpus gypſo oblitum a Nerone, ne livor e veneno appareret: ſed pluviam repente coortam gypſum eluiſſe. Atque ad mortui ſpeciem, quoad ejus fieri poſſet, integram oſtentandam, in more poſitum quandoque fuit, ut auro dentes vincirentur, cujus inſtituti XII. tabulae fidem faciunt, ubi ea lex: [e] ne aurum adderetur: at

a *Livius lib. III. 20.*
b *Aeneadum VI.*
c *Plinius H. N. XXI. 3.*
d *De Pompa Feral II. 10.*
e *Cic. de Leg. II. 60.*

at quoi auro dentes vincti eſſent, ſtatim cum illo ſepelire & urere ſe (ſine) *fraude eſto*. Eadem de cauſa lecticis interdum tectis, ſi foeditas eſſet tanta, quam obtegere non liceret, elata cadavera Kirchmannus putat, auctoritate Dionis motus, qui refert Sext. Condianum, ut ſe condemnatum iri pro certo novit, equum conſcendiſſe, ex eoque delapſum mortem ſimulaviſſe, & pro ejus cadavere arietem elatum eſſe. Idem Kirchmannus, ſi facies eſſet aut aedium ruina, aut alio caſu detrita turpiter ac mutilata, larvarum uſum in funeribus colligit ex vetere epitaphio mariti & conjugis, prima nuptiarum nocte dirutis inopinato aedibus oppreſſorum [a]:

CARI PARENTES NEC LVCTV NEC LACHRIMIS
MISERA AC LARVATA NOSTRA DEFLEATIS
FVNERA &c.

Ceterum quum feminarum feralis pompa velut quaedam triumphi ſpecies [b] haberetur, quumque viri etiam graviſſimi, ut eundem hunc, qui reſtabat actus, pulcre conficerent, morte jam ingruente, malas petitó ſpeculo emendarent [c], dubitari vix poſſe arbitror, quin ſi res, ſi tempus, ſi mortis conditio ſineret, matrum noviſſima ea cura eſſet, ut filiarum formae, non gypſo, aut larva conſultum vellent, ſed potius fuco. De quo quam olim anxie feminae laboraverint, ut Martialem omittam Pollae [d], Taidi [e], Sabellae aliiſque acriter illudenti, teſtes ſunt Plinius [f], Tacitus [g], Juvenalis [h], Xiphilinus [i], Ovidius: atque hic in primis, ubi diverſas hujuſmodi

 medi-

a *Theſ. Grut. pag. 712.*
b *Propert lib. IV. Eleg. ult.*
b *Sveton. Aug. 99.*
c *Lib. III. Epig. 32.*
e *Lib. VI. Epigr. 65.*
f *H. N. XI. 41. XIII 1. XXVIII. 12.*
g *Annal. XIII. de Poppaea.*
h *Sat. VI v. 461. & ſeqq.*
i *In Neronis vita.*

medicaminum ſpecies enumerat, inter quas palmarem hanc eſſe vides, utpote omnium maxime ridiculoſam [a]:

Ordea, quae Libyci ratibus miſere coloni:
Exue de palea tegminibuſque ſuis.
Par erui menſura, decem madefiat ab ovis:
Sed cumulent libras ordea nuda duas.
Haec ubi ventoſas fuerint ſiccata per auras,
Lenta jube ſcabra frangat aſella mola.
Et quae prima cadent vivaci cornua cervo
Contere: in haec ſolida ſexta face aſſis eat.
Namque ubi pulvereae fuerint confuſa farinae:
Protinus in mundis omnia cerne cavis.
Adjice Narciſſi bis ſex ſine cortice bulbos:
Strenua quos puro marmore dextra terat.
Sextantemque trahat gummi cum ſemine Tuſco:
Huic novies tanto plus tibi mellis eat.
Quaecunque afficiet tali medicamine vultum,
Fulgebit ſpeculo laevior illa ſuo.

At enim quid fucus ad puellas, efferri ſolitas prima luce? Acute ſatis. Sed dic, ſodes, ſi acerbo funeri cum fuco nihil, quid cum crinium ornatu? quid cum veſtium ſplendore? Atqui de neutro ambigi ipſi lapides vetant. Primum pauca de crinibus, tum de veſte. Feminarum cadavera ſi integra ſepelirentur, eſt in exemplis, earum comas reticulo collectas eſſe, eodemque pereleganti. Anno 1731. ad [b] ſecundum lapidem in via Claudia praegrandis urna inventa eſt, quam uſque ad operculum implebat totam cadaver feminae ſplendidiſſime amictum. Mirifice quippe tum veſtes nitebant undique, tum pulvillus

a *Fragm. de medic. fac.* 53. b Vid. *Ficoron. de Bull. Aur. part. II. p.* 58.

villus. Sed dum ſibi foſſores plaudunt, vix tacta in pulverem abiere omnia, excepto reticulo, quod rubros colligebat crines, eratque intextum ex filis aureis, ponderis unciarum ſeptem, tantique habitum, ut cum quibuſdam vaſculis opere non vulgari, libationum cauſa in urnae operculo extantibus, ab Eminentiſſimo Cardinali Annibale Albano dono datum fuerit ampliſſimo Comiti de Wackebartz tunc Poloniae Regis oratorem extraordinarium in urbe agenti. Crinium ornatui non impar fuit veſtium ſplendor. Antonius Franciſcus Gorius doctrina interpres, & virtute ſacerdos optimus monumentum producit [a] pervetus, ubi feralis lectulus, in quo agens animam puella jacet: ad eam ſiniſtro pede lectuli ſuppedaneo impoſito accedit mater, oculos ut claudat, caput pallio obvoluta: adfert pater ſupremum munus, tribus bullis ornatum torquem. Eodem typo diſtincta eſt urna Volaterris eruta, nunc Florentiae inter lautitias muſei Antinoriani. Ille autem torques, quia & Dearum erat in Etruria [b] ornatus, an pro futurae divinitatis ſymbolo habendus ſit, eruditi viderint, id certe muneris erat puellae feralis ſplendor, prudenterque Gorius [c] explicationem rejecit, quam in primi Voluminis praefatione ediderat, in funebri [d] hoc typo Achillem interpretatus ſub virginis habitu latitantem in Lycomedis aula. Sicut torquibus, ita armillis, inauribus, ceteriſque blanditiis, & ſplendidis pro conditione veſtibus exornatas vel rogo imponi, vel ſepeliri virgines conſueviſſe, tum ex iis, quae modo de pueris dicta ſunt, argui commode poteſt, tum ex lautitiis,

a *Muſ. Etr. Tab.* 133. *num.* 2.
b *Vol. I pag.* 38.
c *Ibid. Vol. III Diſſ. III. pag.* 174.
d *In cit. Muſ. pag.* 28.

tiis, quae generatim in feminarum loculis, nec minus virginum, quam matronarum inventae ſunt, de quibus etſi jam alibi prolixe diximus, videtur hic tamen locus, ut aliqua recenſeantur.

III. Ludicra id genus inveſtigantibus adeunda primum emblemata viderentur, quae vel ritus inſculpſit, vel amor patrius in puellarum cippis. Sed hujuſmodi in ornamentis eadem puerorum, de quibus ſupra [a], eſt ratio habita, ac puellarum, niſi quod harum in monumentis Potterus [b] animadvertit, aqualiculum in manu virginis inſculpi ſolitum, ad deſignandas aquae libationes, quae Diis earum Manibus mittebantur. Nihil porro earundem in loculis familiarius, quam multiplici ex materia, & ſaepe ex auro acus, diſcriminalia, inaures, annuli, fibulae, digitalia, ſpecula, & alia illi aetatulae convenientia. Placuit in primis hic mos Etruriae, cujus illuſtrator Gorius in ſuo Muſeo [c] vaſculum ad rem producit, in quo cum ſpeculo ſtanneo, & fragmento armillae aereae inaures aurei reperti ſunt miro opere abſoluti. Apud antiquam Falarim in ſepulcro pervetere ac magnifico, cujus meminit Bonarrotius [d], & quod idem Gorius ſuſpicatur [e] ad gentem Memmiam pertinere, anno 1507. inter cetera viſu digna eſt inventa protoma muliebris ex alabaſtro, dextera tenentis pateram inauratam, ibique ſuper menſam diverſa mundi muliebris ornamenta, ſpeculum, pretioſi lapilli, inaures ex auro, diſcerniculum, monilia, aheneum vas cum annulis, & folia pene innumera ex argento. Inter cetera crepundia tam ab Ethnicis,

a *Diſſ. VII num.*
b *Archeolog IV 7.*
c *Vol. III. Cl. III. Tab. 33.*
d *Append. ad Opus Dempſter §. 44.*
e *Muſ. Etr. Vol. II. Diſſ. II. p. 79.*

nicis, quam a veteribus Chriſtianis [a] in utriuſque ſexus puerilibus monumentis imagunculae quaedam, quarum uſus & in praeſentia tenet, nunc eburneae, nunc oſſeae recondebantur, brachiis, clunibus, cruribuſque in omnem partem mobilibus, quae cum trunco filum ferreum ſubtiliſſimum conjungebat. Inventa quoque iis in loculis fictilia vaſcula [b], vulgo *Dindaruoli*, undique occluſa, excepto uno & perexiguo foramine, quo utuntur pueri ſtrenas a parentibus excepturi. Praeter haec luſoria interdum cum cineribus philacteria fuiſſe abdita ex iis, quae diximus, quum de bulla aurea, compertum eſt. Kircherius [c] tradit, non extrinſecus modo ſepulcris idola affigere ad tutelam, ſed ea etiam intrinſecus una cum faſciis conſuere placuiſſe Aegyptiis, ut ejuſmodi philacteria, ne qua cadaveri injuria fieret, prohiberent. Qui Aegyptiorum regiones luſtrarunt, eos ad hunc uſum ſcribunt icunculas figulinas, ut plurimum uſurpaſſe, nonnunquam aureas, aut ex alia materia; ſed gemmas caelatas philacteriorum loco cadaveribus adjeciſſe in id uſque temporis obſervavit nemo; quare Carolus Schlaegerus [d] gemmam Iſiacam in mumiae ventriculo inventam, non ad tutelam putat fuiſſe repoſitam, ſed ad indicandum artis genus, qua demortuus victum quaeſierat, nempe ſculpturam, in Aegypto antiquiſſimam teſtimonio Ariſtophanis, [e] Diodori [f], Aeliani [g]. Veſtes pretioſiſſimas recondi in loculis conſueviſſe eſt multo certius, quam probatione opus ſit.

At-

a *Canonic. Boldett. II 15. Marangon. de reb prof. ad Eccleſ. uſum. 75.*

b *Ibidem Boldett & Marangon.*

c *Oedip. Aegypt. Volum. III. Syntagm. XIII. 5.*

d *Comment. de Nummo Hadr. Plumb. & Gemma Iſiaca. Helmeſtad. 1742.*

e *Ad Pluti. v. 926.*

f *Bibl. Hiſtor lib. I.*

g *Hiſt. Var. XIII. 34.*

Atque id moris ad Chriſtianos etiam promanaſſe multae leges affirmant in Codice Juſtiniani, una quoque ex Codice Viſigothorum, quam Pithaeus [a] publicavit, ubi hic luxus in funeribus eſt ſaepiſſime interdictus. At fruſtra quidem, ſi illuſtres feminae, praeſertim ex domo Caeſarum, interirent. Exemplo eſt arca Mariae Stiliconis filiae, quae Honorio imperatori conjux deſtinata fuerat. In Sancti Petri Vaticana Baſilica [b] ad eam ſpeciem, quam Julius II. P. M. propoſuerat, aedificanda, marmorea inventa eſt urna A. D. 1544., ubi cadaveris, exceptis dentibus, nil erat reliquum. Ex veſte & panno, quo fuerat velatum caput, combuſtis quadraginta librae auri puriſſimi expreſſae ſunt. Intus argentea erat capſula, & multa vaſa ex cryſtallo, & achate, aurei praeterea annuli quadraginta variis gemmis nitentes, in iis ſmaragdus caput habens inciſum viri, fortaſſe Honorii. Adde intertextam gemmis bullam, hiſce diſtinctam litteris MARIA NOSTRA FLORENTISSIMA: adde laminulam auream graece hoc ſenſu inſcriptam *Michael*, *Gabriel*, *Raphael*, *Vriel*. Prae ceteris eminebat nodus ſmaragdorum, variarumque gemmarum, ac ornamentum ex puro auro ita inſcriptum ex uno latere DOMINO NOSTRO HONORIO, ex alio DOMINA NOSTRA MARIA. Sorex demum ex celidonia, patera ex cryſtallo, conchilia multa, multiplex gemmarum numerus, unde jam nemo in dubium revocet, quin acerbo in funere, ut dicebam, tantum ferme olim ab Ethnicis impenderetur, quantum eſſet ipſas in nuptias erogatum. Perſuaſum facile id habebit quicunque de divitiis victimiſque olim ſolemnibus in pompa funebri apud Graecos, Romanos,

a *Lib. II. Tit. II.*

b *Lucius Faun. Antiq. Vrb. Rom. V. 10. & alibi.*

Digitized by Google

nos, Gallos, Germanos, Scythas, & populos fere omnes, concorditer id affirmantibus Ezechiele [a] Propheta, Homero [b], Luciano [c], Plinio [d], Julio Caeſare [e], Herodoto [f], Tacito [g], Plauto [h], Phaedro [i], Strabone [k], Curtio [l], Pomponio Mela [m], aliiſque compluribus, quos & nos alias teſtati ſumus, & abunde Chifletius in Childerici Anaſtaſi [n] enumeravit. Ad riſum me hic vero provocat Petrus Diaconus [o], qui ſingulares haſce litteras in conditoriis I.M.I.ST.B.ABSC. ita interpretatur: *in monumento iſto ſunt bona abſcondita*: item IN.M.I.ST.D.AVGI. *in monumento iſto ſunt divitiae Auguſti*: tum IN. HC. MM. S. P. S. *in hoc monumento ſunt pecuniae ſacrae*: demum IN. HC. MM. S. P. SN. FN. *in hoc monumento ſunt pecuniae ſine fine*. An erant veteres ita ſtupidi, ut, quas a furum injuria tutas eſſe cupiebant opes, earum vellent indicem eſſe titulum? Quoniam vero nonnullos, quibus aegre acquieverim, opinio tenet, theſauros cum mortuis conditos occaſionem dediſſe obolo, vel trienti cadaveribus indito, rem paucis inquiram.

IV. Ritus, ad quem digredior, tam longe lateque patuit, ut populorum ferme omnium communis fuerit, ſi Hermionenſes excipias ad ſinum Argolicum ſitos, qui nullum cadaveribus nummulum, ſeu mercedulam Charonti pro naulo dandam, adjecerunt teſtimonio Callima-

a *Cap. 32. conf. Joh. Doughteii analecta ſacra pag. 471. ſeq.*
b Vid. *Everb. Feithius antiquit. Homericar lib. I. cap. 14.*
c *De luctu Vol II.*
d *Lib. IV. Epiſtolarum. 2.*
e *De bello Gallico. VI. 19.*
f *In Melpomene cap. 7.*
g *De Moribus Germanor. cap. 27.*
h *In Pſeudolo Act. I. Sc. 4. v. 11.*
i *Lib. I. Fab. 27.*
k *Geograph. XI.*
l *Lib. X. cap. 13.*
m *De ſitu Orbis III. 2.*
n *Cap. 3. Conf. Bartholinus. Antiquit. Danic. II. 10.*
o *Tractat. de litt. Rom. not.*

chi [a], & Strabonis [b], quia illic eſſe Ditis oſtium fama erat, ſive terrae hiatum altiſſimum, qua animae recta ad inferos pervenirent, vel, ut Suidas [c] perhibet, quia illos ab eo tributo liberos feciſſet Ceres facta ibi certior de filiae raptu. Ubi in uſu fuit ſepulcralis hic nummulus, varias appellationes ſortitus eſt. Lucianus [d], & Ariſtophanes [e] vocant vecturae praemium, Propertius aeris nomine [f] deſignat, Juvenalis modo naulum [g], modo trientem [h], Graeci plerumque obolum [i] dictum volunt: veteris Galliae habitatores appellarunt *iſporon*, vel *iſtillu*, quas voculas in duabus icunculis obſervatas interpretatus eſt Montfauconius [k]. Errant igitur Natalis Comes [l], & Antonius Bannerius [m], quorum alter ab Athenienſium imperatoribus, ne multitudini aequarentur, Charontem tradit triobolum accepiſſe, alter tres nummos aureos. Ariſtophanes quidem [n] duorum obolorum mentionem facit, ſed Tib. Hemſterhuis [o], & Ludolph. Kuſterus [p] tacite alludi putant ad conſuetam Athenis mercedem judicum, non Charontis. Lucianus [q] autem ubi duas memorat a Pſyche ſtipes Charonti datas, alteram ait in acceſſu, alteram in reditu perſolutam. Jam locus, ubi id numiſma reponebatur, fuit varius. Plerumque ori fuiſſe inditum docent citati auctores; populos, quibus cadave-

rum

a *Fragm. CX. Caſaubonus in not. ad Strabonis Geogr. VIII.*

b *Ibidem Caſaubon. in lectionib. Teocrit. IV.*

c *In. v.* πορθμεῖον.

d *In Dialogis mortuor.*

e *In Raniſ. v. 272.*

f *Lib. III. Eleg. XI. v. 7.*

g *Satira VII. v. 97.*

h *Sat. III. v. 265.*

i *Antholog. Graec. II. 5. & Auctor. cit.*

k *Antiquitè Explic. Tom. I. part. II. pag. 191.*

l *Mithologiae III 4.*

m *Explication Hiſtoriq. de Fables T. I. pag. 264.*

n *In Ranis v. 139.*

o *In not. ad Luciani colloq. ſelecta. pag. 16.*

p *In not. ad Ranar. v. 140.*

q *In Dialog. mort. Apul. Metam. VI.*

rum combuſtio placuit, una cum cineribus nauli pretium abſcondiſſe, infinita teſtimoniorum copia Chifletius [a], Goldaſtus [b], Kippingius [c], & alii bene multi indubitate comprobant. Aliquando cadaveris manui dexterae apponebatur Charontis merces, ſicuti fidem facit apud Golzium [d] nummus aereus Niſaeae, in cujus area altera eſt littera M, & vox ΟΒΟΛΟΣ, in medio extat ſpica, Cereris ſymbolum, cui cognomento Μαλοφόρου littera M indicato dedicatum erat templum [e] juxta portum Megarenſium: in altera pagina eſt homo pene nudus, cymbae inſiſtens, & dextera nummum porrigens, adſcripto nomine ΝΙΣΑΙΩΝ. Nonnunquam etiam vile hoc tributum ſandapilae affigebatur, ſicut in Aegypto factitari ſolitum oſtendit mumia, de qua diſerte ſcripſit Schlaegerus [f], ubi nummum plumbeum cuſum Hadriani imperatoris anno XVIII. eruditiſſime explicavit, inſimulavitque erroris Jac. Martinum [g] exiſtimantem, Aegyptios mortuorum faucibus auri fruſtulum, ſive folium injeciſſe, quod ſemel hactenus inventum eſt in mumiae ore, quam Uratislavienſes aſſervant, & de qua conſulendus eſt Andr. Gryphius [h]. Sed jam, quod propoſui, hujuſce ritus origo quaerenda eſt. Bannierius [i], & Paulus Lucas [k], & alii hunc morem cum Diodoro Siculo [l] ex Aegypto derivant, ubi nauta Charontis nomine per nilum, & acheruſiae lacum ad cryptas deportabat, accipiebatque obolum pro

Nn 2 labo-

a *Deſcription Veſontion. part. I. 6*
b *In not ad Columbani Abbat carmin.*
c *Ant Rom. IV. 6. § 5*
d *Graec & Aſiae M n. Numiſm. T. XIII* 10
e *Pauſanias in Atticis.* 44.
f *Comment. de Numo Hadriani Plumb. & Gemma Iſiaca. Helmſtad.* 1742
g *La religion des Gaulois Liv. v. 7.*
h *Libell de Mumia Uratislavienſi.*
i *Loco ſupra citato.*
k *Itinerar Oriental. V.*
l *Bibl. hiſt. II.*

laboris praemio, unde Charontis inferni fabula. Sunt vero hae merae nugae. Quid enim, obſecro, de Aegyptiis dicas? quibus is ritus in uſu fuit, quanquam nautam, unde cadaveroſi portitoris exorta eſt fabula, non ignorarent. Is ergo ritus ad Charontem nihil, quum ante inſtitutus ſit, quam Ethnicorum theologia tot ineptiis ſcateret. Itaque haec ſuperſtitio altius petenda eſt. Rem *acu* ſe tetigiſſe exiſtimant, qui ad ſtatum animae, de quo alii aliter, poſt hominis obitum confugientes ita argumentantur. Quamvis corpus intereat, animam tamen eſſe immortalem pleriſque veterum perſuaſum fuit, iidem vero quum multa quidem, ſed male ſcirent, in eam dementiam inciderunt, ut apud inferos iiſdem rebus animae opus eſſe, quibus corpus commode alitur, ſomniarent, adeoque, ne quicquam ipſi animae, tranquille ut degeret, deeſſe ſinerent, veſtes, gemmas, annulos, aurum, argentum, ſuppellectilem omnis generis, ſervos etiam, coquos, & arma vel flammis traderent, vel una cum cadaveribus ſepelirent, fruſtra id nunc decemviris [a], nunc imperatoribus [b] ſeveriſſime interdicentibus. At quod legum auctoritas impedire non potuit, ipſa vel neceſſitas, vel ratio ſuſtulit. Nefas ſcilicet viſum eſt, quae viventibus fructum afferre poſſent, ea cum mortuis ſepeliri; itaque heredes ne nocerent vivis, neve deeſſent mortuis, ad id officii uno tantum obolo, aut minuto numiſmate uſi ſunt. Parſimoniae hic amor, aut avaritiae multo latius patere coepit, quam divitiarum. Porro [c] Schlaegerus cauſam hanc eſſe exiſtimat, cur demortuis nummulus adde-

a Vid. *Cunr. Rittershuſii dodecadeltos pag 33.*

b *Lib. III. § 6. D. ad leg. Juliam de peculatu.*

c *Diſſ. de Num. Hadriani Plumb.*

deretur. At vero, quid minus credibile, quam quod non dico heredes, ſed parentes, ſed liberi, ſed amici, quum ſuos vita functos nullius rei non indigere arbitrarentur, eorum inopiae unius ſubſidio nummuli conſultum eſſe voluerint? Adde, quod & qui divitias tumulis committere conſueverant, minime a ceremonia, qua de nunc agimus, abſtinebant. Non ergo hic ritus ab heredum parſimonia derivandus. Unde nam igitur? Mea quidem ſententia altius petendus eſt. Et quoniam Cicero [a] *neſcio quomodo*, inquit, *nihil tam abſurde dici poteſt, quod non dicatur ab aliquo philoſophorum*, ideo cauſam hujuſce ritus philoſophiae potius tribuendam puto, quam heredum aut parſimoniae, aut providentiae. Philoſophi quum viderent, mortalium mores, ingenium, indolem tam eſſe variam, quam corpora, ora, inceſſum, habitum, hac de cauſa naturam hominis cum metallorum varietate comparaverunt, quoſque ingenio tardos, & ad vitium pronos, cum plumbo, cum ferro, aut aere, quos natura mites, & beata quadam mediocritate praeditos, cum argento, quos natos ad ſumma omnia cognoviſſent, eos cum auro adaequandos rati locum dedere tritis dicendi formulis, puta ingenium ferreum, argentea aetas, vir ex auro Platonis. Iidem vero philoſophi quum pariter intelligerent, ubi extremus advenit dies, metallorum varietatem adimi, morte ſcilicet omne diſcrimen tolli, & vita functos, quicunque antea fuerint, non aliud praeterea eſſe, niſi pulverem, umbram, nihil, voluerunt id vili numiſmate deſignari. Quadrare hoc dixeris cum ſtatua Nabuchodonoſorris. Erat illa ex auro, argento, aere, ferro, ac teſta: vix

a *De Divinatione II.*

vix eam vero percuſſit lapis de monte abſciſſus, *tunc* [a] *contrita ſunt pariter ferrum, teſta, aes, argentum & aurum, & redacta quaſi in favillam aeſtivae areae, quae rapta ſunt vento.* Hac opinione admiſſa, facile poetis fuit cadaveroſum fingere & bene barbatum ſenem, cui pro naulo tenuis mercedula ſolveretur. Haec hactenus, nunc ad Choragium redeo.

V. Parentum dolor in filiarum interitu quantus eſſet, ne diu lateque pervager, palam faciunt exempla duo, quae per ſe plurimum valere debent, Fundani ſcilicet, ac Ciceronis. De illo enim Plinius, *eſt quidem*, ait [b], *eruditus & ſapiens, ut qui ſe ab ineunte aetate altioribus ſtudiis artibuſque dediderit: ſed nunc omnia, quae audiit, quaerit; ſaepe, quae dixit, aſpernatur; expulſiſque virtutibus aliis, pietatis eſt totus.* Cicero poſt mortem Tulliolae vitam ſilentio ſolitudinique mandavit [c]; *in hac ſolitudine*, inquit, *careo omnium colloquio, quumque mane me in ſilvam abſtruſi denſam & aſperam, non exeo inde ante veſperum.* Alibi fatetur omnem conſolationem imparem eſſe dolori ſuo, quanquam nihil de maerore minuendo [d] ſcriptum ab ullo eſſet, quod non ipſe perlegiſſet. Alibi ſe ſe ait daturum operam, ut, quantum iis temporibus [e] tam eruditis fieri poterit, ab omnium ingeniis Tulliola conſecretur, & omni genere monumentorum & graecorum & latinorum. Demum de aedificio cogitat Fani nomine dedicando. Num porro ei propoſitum fuerit, ut verum fanum Tulliolae conſecraret, eamque ad Deos extolleret, dubitatur. Affirmant id ex una parte duo viri doctrina ſpectatiſſi-

a *Daniel. II. 35.*
b *Epiſt lib. V. 16.*
c *Epiſt. ad Attic. XII. 16.*
d *Ibidem Epiſt. 15.*
e *Epiſt. 18.*

tiſſimi, interpres [a] nimirum Ciceronis epiſtolarum, & vitae ſcriptor [b]: negat ex alia elegantiſſimi ac peracuti ingenii Aldus [c] Manutius. Huic ſane favent, quae Tullius ſcripſit *de Natura Deorum* III., ubi palam pernegat, immortales, ſive Deos, eſſe ullos, qui aliquando homines fuerint: illis vero adſtipulantur, quae idem II. de Legibus edidit, ubi homines inter Deos referendi conſuetudinem non refutare videtur, quod hinc & ad virtutem incitamenta depromantur, & animorum immortalitas evincatur. In fragmento etiam, quod Lactantius protulit, conſolationis, haec ſunt ejus verba: *ſi Cadmi, aut Amphitryonis progenies, aut Tyndari in caelum tollenda fama fuit, hujus* (Tulliolae) *idem honos certe dicendus eſt*. Jam templi honor quum facile omnium, qui darentur mortuis, maximus haberetur, ideo ut Tulliolae memoriam aeternaret, populari hac ſuperſtitione uti voluit, & fanum ei dedicare, de quo conſulit Atticum in toto fere libro epiſtolarum XII., licet id operis ob civilia bella, quae ſequuta ſunt, perficere non potuerit. En momenta, quibus diverſa auctorum opinio innititur de fano Tulliolae erigendo. In qua quaeſtione, ſi licet, placet paululum immorari. Certe non debuit Cicero ignorare, conſecratum in urbe neminem eſſe erecto templo, niſi pontificum collegio adhibito, neque hoc fuiſſe unquam adhibitum, niſi ad eos conſecrandos, quos ſenatus populuſque adſcribi Deorum numero voluiſſet. Hoc ſi Tullium haud praeteriit, cur ergo toties ſuo cum Attico de fano agit? Ineſt hic quidem nodus, ſed non Gordianns. Solicitus pa-

a *Mongault. Not. I. ad Att. XII. 18.*
b *Conyers Middleton. Vol. III.*
c *In Ep. ad Att. XII. 19.*

pater de filiae monumento ait, *nollem* [a] *illud alio nomine, niſi Fani, appellari*. Quotus jam quiſque non hinc intelligit, hoc fuiſſe propoſitum Ciceroni, non ut verum fanum Tulliolae conſecraret, ſed ut ejus ſepulcrum fani appellatione diſtingueret, quod etſi revera fanum non eſſet, in honore tamen, ſaltem ipſius gratia nominis, haberetur. Multo deinde apertius mentem voluntatemque declarat ſuam. *Sepulcri*, inquit [b], *ſimilitudinem effugere non tam propter poenam legis ſtudeo, quàm ut maxime aſſequar apotheoſin*. Gorius [c], ubi inſcriptionem Etruſcam, ſepulcro Peruſino appoſitam interpretatur, eadem hac Ciceronis auctoritate utitur, ut ſepulcra comprobet ab Etruſcis & Latinis olim fuiſſe communiter fani nomine appellata. Sed Ciceronis hoc loco eſt alia mens: rem quippe indicat ſingularem, ac vulgo minime uſitatam. Nam ſynonyma ſi fuiſſent ſepulcra & fana, jam, ſepulcri ſimilitudinem ut effugeret, nullius erat conſilii, ſepulcrum velle fano ſimile extruere, ac fani nomine nuncupare. Aliud igitur ſepulcrum erat ac fanum, ſive formam inſpicias, ſeu nomen ipſum. Nec vero id putes, me inficias ire, quod & tonſores norunt, complura veterum mauſolea, ſi minus nomine, certe ſplendore, ſpecie, amplitudine templorum aemula extitiſſe, imo ut ſaepe alias, iterum id affirmo. Poena enim fuerat conſtituta, qua unuſquiſque quo plus inſumſiſſet [d] in monumentum, quam quod lege concederetur, dare tantundem populo tenebatur. Hinc viri nobiles, eam ut poenam vitarent, ſeu legem potius deluderent, ſepulcra templis [e] ſimillima

a *Loc. cit. ep.* 35.
b *Loc. cit. ep.* 36.
c *Muſ. Etr. Vol. III. Diſſ. II. cap.* 4.
d *Cic ibid. ep.* 35.
e *Fabrett. Ant. Inſcr. III.*

ma aedificabant. Et id genus ſepulcri eſt, quod Ciceroni in mentem venerat, non verum fanum. Etenim de ſupradicta poena, qua ſe alioquin fatetur non magnopere commoveri, non ſemel Atticum [a] conſulit, de ſenatu, de populo, de collegio pontificum ne verbum quidem. Non ergo fanum, ſed ſepulcrum fano ſimile meditabatur. Ultro equidem fateor, in epiſtolis XVIII. XIX. XX. XXV. XXXV. & alibi expreſſe de fano ſcribere, ac XLII. *majore religione, quam quiſquam fuit ullius voti, obſtrictum* ſe putare: ſed ubi agit de monumenti loco, ait ſe vereri, ne, ſi fanum in villa faceret, propter futuras dominorum mutationes; rurſus villa ex fano fieret. At inanis hujuſmodi fuiſſet timor, ſi verum fanum extruere potuiſſet; nam quae ſemel ritu ſolemni ac legitimo conſecrata fuerant, ſemper fuiſſe pro ſacris habita, ſatis fuſe docuimus in Diſſ. I. De duobus praeterea maximopere anxius erat, de loci celebritate, ac de monumenti magnificentia; ideo ſaepe Atticum urget de hortis trans tiberim in loco celebri coemendis [b], ac de columnis e marmore Chio non ſolum ad elegantiam, ſed etiam ad firmitatem: illae enim columnae & diſtinctae erant [c] maculis verſicoloribus, & reliquis firmiores. Volebat quippe ad magnificentiam, qua paſſim nobiles utebantur, & ſepulcri firmitatem, & loci ipſius celebritatem addere, neque his contentus monumentum ipſum Fani nomine appellare, ut illud non re ipſa ſacrum, ſed *quaſi conſecratum*, ut ipſe ajebat [d], *remanere* poſſet. Itaque hoc propoſitum habuit, ut ad filiam quadam veluti apotheoſi donandam populi imperitia

Oo abute-

a *Ibidem epiſt. XXXVI.*
b *Ibid. ep. XIX. XXII.*
c *Plin. H. N. XXXVI. 6.*
d *Loc. cit. ep. XIX.*

abuteretur, non quia verum ei fanum dedicare contenderet, quod, utpote juris pontificii peritiſſimus, ſalvis legibus ſe facere nullò modo poſſe intelligebat, ſed quia, ſi ſepulcrum fani nomine extrueret, hinc ſperabat, ut populus id monumenti decurſu temporis verum fanum, & filiam crederet veram Deam. Quando nam Acca Larentia Dearum numero adſcripta eſt? Nunquam ſane, quanquam ego Minutii auctoritatem ſequutus alibi [a] id affirmaverim. Neque enim Romae Diis parentabatur. Atqui nihil ſcribit Cato publice Larentiae datum praeter ſepulcri magnificentiam, & parentationis honorem. Illa tamen, poſtquam ab Anco & in Velabro ſculptà eſt, & ſolemni ibidem ſacrificio honorata, quo *Diis Manibus ejus* vel per Flaminem, ut ait Macrobius [b], vel per Pontifices, ut affirmat Cicero [c], quotannis ſacrificabatur, illa, inquam, paulatim id honoris aſſequuta eſt, ut Dearum in numero haberetur ab univerſo populo, & teſte quidem Minutio Felice [d], quem non video, cur ab aliquo [e] erroris inſimuletur, qùum non ſuam ille ſententiam ferat, ſed populi de more ſuo dementiam arguat. Interea vero ſi rerum imperiti, quum Larentiae aram & ſacrificium cernerent, eandem vocabant Deam, nihil facilius erat, quam quod ſepulcrum fano ſimile, & fani nomine nuncupatum videntes, cum monumentum ducerent verum fanum, tum Tulliolam veram Deam, atque ita, quanquam non vero fano aedificato, quod non licebat, tamen fuiſſet Cicero voti compos, quoad filiae apotheoſin, de qua ſummopere laborabat.

VI. Si

a *Vol. I. pag.* 150.
b *Saturnal I.* 10.
c *Epiſt. ad M. Brutum*. 19.
d *Contr. Gent. in Octavio*.
e *Card. Noriſ. ad Cenot. Piſan. Diſſ. III.* 5.

VI. Si Cicero, & Fundanus de extremis filiarum honoribus adeo ſoliciti extiterunt, quid parentes & delicatulos & ſui impotentes feciſſe credimus? quibus nihil erat antiquius, quam quod vetat Chryſippus, ad recentes quaſi tumores animi remedium [a] adhibere. Quomodo dolori cederent, aut quibus ritibus uterentur, indiſerte quidem, copioſe tamen & hoc ipſo in loco probatum reor, & ubi de liberorum funere dictum eſt, cui multa cum Choragio communia ſunt. De puellarum extremis honoribus quid venire in ſcenam poſſit, nil reſtat amplius. Occurrit ſane, qui ſummus erat, maternus dolor, ſed & hunc ſuperior diſſertatio plane exhauſit, niſi exiſtimes in his funeribus nullum lugendi finem feciſſe matres, quibus accommodari poſſet hyperbolica illa Corippi amplificatio:

Funduntur lacrimae ritu nivis, imbre madebant
Cunctorum veſtes, proprioque in fonte natabant
Manantes oculi, vultuſque ſinuſque rigabant.

Illa autem phraſis, cum promiſcue in aliis quandoque obvia, tum puerilibus in titulis familiariſſima, nempe *cum lacrimis poſuit*, vel *poſuere*, aut *lacrimas poſuit* &c., an ad vaſcula & ampullas ſpectet, quae lacrimales ſive lacrimatoriae audiunt, multorum opinio eſt, ſpecioſa quidem, fortaſſe etiam probabilis, ſed non probata; utpote veterum teſtimoniis deſtituta prorſus ac nuda. At vero ſi antiquitas haſce ineptias admiſiſſet, non litterati tacerent lapides, non anaglypha, non picturae, non ipſa hiſtoria, non demum in primis naeniae poetarum. Auctoritatem, quae nulla ſuppetit, ſupplere poteſt ne ratio quidem.

Oo 2 La-

a *Cic. Tuſculan. IV. 29.*

Lacrimarum ritus vel civilis tantum, vel ſacer erat: ſi primum, eorum, credo, quotquot in exequiis non odere lacrimas, communis omnium extitiſſet; ſi ſecundum, Aegyptus illam, quaecunque eſſet, ſuperſtitionem noſſet, ac nuſquam non modo barbari [a], ſed viri docti lacrimas in funeribus eſſe vetitas voluiſſent. Platonis tamen eſt illa lex [b] in urbis praefectorum funere, *indumenta omnia alba; luctus ploratuſque nullus*, ejuſdemque ſententia eſt, *fleri mortuum jubere, aut vetare abſurdum eſt: plangere vero, & voces ac lamenta extra aedes mittere, vetandum*. Quid? quod circa hunc ritum, pro varia philoſophiae ſecta, ſaepe etiam in una eademque urbe variatum fuit? Exemplo eſt Roma, ubi laudi non paucis datum, quod voluerint eſſe ſuorum [c] obitus illacrimabiles, & ubi ex ſepulcris, quae pene innumera aperta ſunt, multa erant vacua ſive ampullis, ſive titulis lacrimarum teſtibus. In Aegypto lacrimae quam diuturnae in funeribus quam ſolemnes eſſent, affirmant ſacrae litterae de Patriarcha Jacob, quem cum Joſepho *flevit Aegyptus ſeptuaginta diebus* [d], & exportato trans Jordanem cadavere in campum Arad, iterum ibi exequias celebravit in ſeptem dies, ac tanta plane lacrimarum vi, ut terrae incolis obſtupefactis vocatum ſit nomen loci illius *Planctus Aegypti*. Illa autem regio, quanquam & magiſtra errorum, in luctuque pertinax, nec tamen ſuperſtitionem, ſi quae lacrimis inerat, nec luctus indices ampullas novit. Is ergo ritus non ſacer erat, ſed civilis tantum. Imo nullus omnino. Etenim phialae, quae in muſeis extant, non illae anſa-

a *Diſſ. IV. pag.* 289. 290.
b *Leg. XII.*
c *Val. Max. II.* 6.
d *Geneſ.* 50.

anſatae quidem, ſed quarum forma eſt oblongior, collum ventre anguſtius, os patulum & incurvum, ſi ad ſtillatim colligendas lacrimas extructae fuiſſent, in aliqua ſane, quarum multae in lapidibus ſunt adhuc reliquae, pompae funebris deſcriptione, cum triſti luctuque pleno liberorum choro, ſervorumque grege, aliqua identidem appareret aut ancilla, aut libera, quae phialam arreptam ſtrictamque manu teneret altera, & ſub oculis poſitam implere lacrimis, veluti per ſtillicidium, cunctanter manantibus videretur. Spectaculum id genus nuſquam: nuſquam poetae, dum lacrimas aut veras explicant, aut falſas rident, nuſquam liberum dolore perditum, aut captatorem gemitibus implentem omnia, intus plaudentem ſibi, lacrimali cum phiala deſcripſerunt, eademque perlucida, ſeu mavis *diaphana*, ut ſui vim doloris alter cognoſceret, oſtentaret alter. Vaſcula igitur, de quibus ſermo, non lacrimarum inſtrumenta erant, ſed libationum. Namque hujus fere generis ac formae vaſculum apud Boiſſardum [a] in quodam Priapi ſacrificio videre licet, quo ſacerdos liquorem fundit. Doctiſſimus Paſſerius in Achorontico [b], lacrimatorias ut ampullas omnino neget, Bartholi [c] utitur lucerna vetere, in qua arae ſepulcrali Genii hinc inde adſtant, altera manu e cornu potorio libamina effundentes, altera vas aquae luſtralis inſtar parvae ſitulae ſuſtinentes, cui ſimillimum eſt vas luſtrale, quod inter ſacra Camillus tenet. Praeclariſſimus P. Jo: Franciſcus Baldinus [d], ubi de ſepulcralibus quibuſdam vaſculis pro eruditione, qua plurimum valet, acute diſſerit,

a *Vol. V.* 1. *part.* 2. Vid. *Antiq. Middleton. pag.* 95.

b *Muſ. Etruſc. Vol. III. cap. VIII.*

c *Tab. XIII. & XIV.*

d *Academ. Corton. Vol. II.*

ſerit, ab iis, qui lacrimales tuentur phialas, tam longe diſtat, eorum ut opinionem merum eſſe vulgi commentum putet. Sed rem auctoritatibus non agi oportet. Jam ipſa vaſcula conſulamus. Secus ac nos qui ſentiunt, eas ampullas nunquam fictiles, ut Leibnitius putabat, ſed vitreas fuiſſe exiſtimant [a], aut ex materia perlucida, ut quiſque lacrimas videret ſuas,

Quandoquidem lacrimae lacrimis ſatiantur ab ipſis.

Quid jam reſpondeant Ficoronio? qui vaſcula & quidem vitrea [b] nactus eſt, in quibus liquoris aliquid videbatur, non certe lacrimarum, quibus nihil areſcit citius. Quid Gorio? qui rei teſtis oculatiſſimus [c] ait, *liquores interdum in vaſculis his ſepulcralibus compertos eſſe*, unguenta ſcilicet mitti ſolita in favillas parentantium lacrimis madefactas [d]:

Miſſa bibunt molles lacrimis unguenta favillae.

Non addo de unguentis plura, quam quae in antecedenti diſſertatione, quum de libationibus, congeſta ſunt. Atque illa vaſcula ſeu fictilia, ſeu vitrea, aut quacunque tandem ex materia eſſent, quod ſaepe in Chriſtianorum coemeteriis Aringhus [e], Boldettus [f], Marangonius [g], aliique invenerint, nonnulli argumentum hinc palmare ſe hauſiſſe exiſtimant ad pernegandum, eorum uſum ad recondendas lacrimas ſpectaviſſe, qui certe ritus nuſquam in Eccleſia [h] tenuit. Nam S. Cyprianus [i] fratres mortuos deſiderari, non plangi jubebat, ne occaſio gentilibus

a *Baruffaldus de Praefica.*
b Bolla d'Oro *pag. 66.*
c *Monum. libert. Liv. Aug. p. 49.*
d *Ovid. Faſt. III. 571. Propert. III. 15.*
e *Rom. Subterr. vol. I. pag. 502.*
f *De Coemet. cap. 34.*
g *Opere cit. cap. 71.*
h *Bonannius Muſ. Kircker. pag. 115.*
i *De Mortalitate.*

bus praeberetur, ut noſtros merito reprehenderent, quod quos vivere apud Deum dicebant, ut extinctos, ut perditos complorarent. Ac S. Hieronymus in Paulae funere *non ululatus*, inquit, *non planctus, ut inter ſeculi homines fieri ſolent, ſed pſalmorum linguis diverſis examina concrepabant*. Si nullus erat in morte luctus, an reconderentur in ſepulcro lacrimae? multo minus. At enim vero ſi nunquam lacrime, ne unguenta quidem reponebantur, ſed ſanguis Martyrum, de quo ritu ſuus alibi erit locus. Petita igitur a coemeteriis ratio, judicio quidem meo, nihil ad rem. Quis enim dixerit, Chriſtiani phialas, ut ſanguinem conſervarent, non ut lacrimas, adhibebant, ergo Ethnici, ut unguenta? Quod lacrimales ampullas jubet omnino rejici, ſilentium eſt conſentiens auctorum omnium, quin Petronius quicquam nobis obeſſe poſſit, quum matronae Epheſinae virum in hypogaeo cuſtodienti ancillulam aſſediſſe tradit, eidemque lacrimas commodaſſe. *Aſſidebat*, ait, *aegrae fideliſſima ancilla, ſimulque lacrimas commodabat lugenti, & quoties defecerat in monumento lumen renovabat*. Ubinam, obſecro, arbitrere (Baruffaldi [a] ſententia eſt) niſi in vaſis lacrimas commodari? Equidem, per tanti doctrinam viri ſi res integra mihi eſſet, τὸ *commodabat* exiſtimarem aliter interpretandum, quod nempe ancillula, ceſſante domina, lacrimas inſtaurabat, ut perpetuus in hypogaeo, ſicut lumen, ſic luctus eſſet, ſingultus ululatuſque alternante nunc domina, nunc ancilla. At enim *lacrimas commodabat lugenti*. Fateor, ſed lugere & lacrimari non idem eſſe, matronae docent, quae Brutum, ut parentem, annum [b] luxerunt.

Sed

a *Graev. & Gronov. ſuppl. Vol. III. p. 774.* b *Livius lib. II.*

Sed eſto : tota in lacrimis fuerit maeſta conjux : nae Juvenalis iterum exclamaret [a] :

Mirandum eſt , unde ille oculis ſuffecerit humor.

Suffecerit tamen : imo & ancilla vere lacrimas commodaverit , quanquam iis ultro lugenti dominae non opus erat: unius autem exemplo ad communem omnium regulam decernendam aegre equidem cum Baruffaldo utar , multoque id ſinam aegrius perſuaderi , olim tenuiſſe morem de vaſe in vas fundendi elutriandique lacrimas , quas ancillae dominis commodabant , ut dolori exſaturando ſuppetias ferrent . Quod autem Leibnitius autumat , ſervatas olim lacrimas in ampullis , ut in funeribus venderentur , credat Judaeus apella : hoc quidem ſenſit ex eruditis nemo , quum incredibile prorſus ſit , publicas lacrimarum nundinas extitiſſe , quae in exequiis , aut parentalibus vix obortae ſtatim ſupra cadaver , aut cineres fundebantur . Quaeſtio jam oritur inter eos , qui pro phialis lacrimalibus certant , an praeficarum lacrimae ampullis traditae in ſepulcro reconderentur ? Affirmat in *luctu mortuali* Lanſonus , negant ceteri ad unum omnes . Etenim praeficae , ut ſtatuae indicant , vacuis manibus in pompa funebri procedebant , & libere ſinebant lacrimas per genas fluere perque ſinus . Quoniam ad id rei ventum eſt , ultro ſe mihi obtrudunt , quibus & in Choragio fuiſſe locum mox Aeſopi apologus demonſtrabit , praeficae , lamentatores , naeniaeque lugubres , de quibus abunde alii , copioſiſſime Baruffaldus in tractatu de praeficis diſertiſſimo , cujus hic trado epitomen craſſo filo .

VII. Praeficae ſervili e genere vel a praefatione ſic dictae

[a] *Satira X. v. 32.*

dictae ſunt, quam in naeniis habebant, vel à praefiſcine, qua voce veteres amoliebantur faſcinum, utebanturque [a] praeficae initio laudationis, vel demum a praeficiendo nomen ſortitae ſunt, quod nimirum praeirent reliquos ejulatu. *Reputatrices* quoque ac *Threnodae* appellabantur, quia illis canentibus ſpectatores defuncti merita reputabant, & quia threnorum, ſive naeniarum callebant artem, unde in ſacris litteris legimus [b]: *vocabunt ad planctum qui ſciunt plangere*, quod idem eſt, Theodoreto interprete, ac *qui ſciunt lamentationem*. Romae ólim, auctore Servio, ſi captivus deeſſet ſanguis [c], aut gladiatorius, quo Diis ſatisfieret, cum horrifico ejulatu, & genarum laceratione cadavera efferebantur. Quod ubi vetitum eſt ea lege *mulieres genas ne radunto*, tum e Caria in urbem praeficae deductae ſunt. Hinc in Manutii adagiis *Carica muſa*. Earum ejulatus uſque ad Imperatorem Juſtinianum tenuiſſe legitur. Stato elationis die ad demortui fores praefica praeſto erat, ibique nacta mulierum adſtantium turbam, potiores defuncti virtutes & egregié geſta a familiaribus edocebatur: tum humi proſtrata & quibuſdam inſidens pellibus cantum lamentabilem exordiebatur a voce *heu*, ut Baruffaldus conjicit ex epigraphe Fl. Quartillae praeficae, & ex Plauto [d]:

Heu mihi! nequeo quin fleam.

Perraram prodit inſcriptionem inter Donianas Gorius [e], ubi feminae mentio fit, cujus officium ac munus erat *ſupra lamenta*:

a *Muretus Var. Lect. IX.*
b *Oſeae cap. V.*
c *Aeneadum III. & XII.*
d *Mil Act IV. 5. 12.*
e *Cl. X. pag. 385.*

TIPHVSATIA SVPRA LAMENTA
SIBI . ET
EGNATIAE EROTINI MATRI

Hieronymus Baruffaldus, multae lectionis vir, hunc ſi lapidem adſpexiſſet, nunquam libere affirmaſſet [a], de praeficis facere antiqua marmora ne verbum quidem. Atqui ex hoc lapide conſtat, Tiphuſatiae fuiſſe proprium femineos ejulatus & naenias moderari. Videlicet choragi ritu lamentis praeerat, & capillos nunc ſcindens, nunc conſpergens pulvere deformabat genas, plangebatque pectus, & amare cum ancillis flebat, ac multo quidem vehementius, quam qui vere dolerent [b]:

Ut qui conducti plorant in funere, dicunt
Et faciunt prope plura dolentibus ex animo..

Feſtivus ad rem eſt Aeſopi apologus: *dives duas habens filias, altera mortua praeficas conduxit: quum vero altera dixiſſet, ut nos miſerae ipſae, ad quas luctus pertinet, lamentari neſcimus! hae vero non neceſſariae ſic vehementer plangunt: mater ait, ne mirere, filia, ſi hae ita lamentantur: nam nummorum gratia id agunt*. Hoc flendi ordine, aliis feminis & ancillis laudem ac fletum alternantibus, praeficae ululatus tandiu perdurabat, quandiu cadaver igne conſumtum eſſet. Collectis cineribus praefabatur Manes, ter invocato demortui nomine, paucis animam cum adſtante populo alloquebatur. Quod ne perperam faceret, verba ex tabula recitabat. Ita apud Dempſterum [c], & Gorium [d] funeri adſtat Praefica, quae ad tibias & cytharam aliquid ex tabella profert adſtantibus

bus

a *De Praefic. cap. V.*
b *Horat. in Art. Poet.*
c *Tabula IX.*
d *Muſ. Etr. Vol. I. tab. 172.*

Digitized by Google

bus de more [a] cum lituo auguribus, niſi propter anaglyphi exilitatem non lituos putes, ſed aut tibias, aut funales rogo ſupponendos. Praeficae ad mortuum alloquutio, ſeu praefatio conjunctam adorationem habuit, ac perbrevem precationem, quod animam in ſuam originem rediiſſe crederent, atque hac de cauſa inter Deos venerabantur Manes, quare Tibullus [b]:

Praefatae ante meos Manes, animamque rogatae.

Virgilius quoque fortaſſe huc ſpectabat, quum cecinit [c]:

Sic o ſic poſitum affati diſcedite corpus.

Alia eſt hujus ritus interpretatio apud Epiphanium in Anchoratu, cujus haec ſunt: *non enim ſepelimus animas in monumentis, ſed corpora, quae ubi poſita ſunt, accedunt, & inclamant nomina proferentes mortuorum, dicenteſque reſurge, comede & laetare.* Conditis demum cineribus alta voce *Ilicet* pronunciabat, quibus peractis, facie protinus immutata domum defuncti ingreſſa laute epulabatur, parata ad novos luctus [d]:

Uberibus ſemper lacrimis ſemperque paratis
In ſtatione ſua vult expectantibus illam
Quo jubeat manare modo.

Mercedem porro fuiſſe exiguam Donatus [e] edocet. Antiquos enim in omnium operariorum mercede parcos oſtendit bajulus ille apud Plautum, non ſatis ſibi eſſe conquerens, ut medicum ſolvat, qui caput ſibi fuſte diſruptum ſanet [f]:

Nummo ſum conductus: plus jam medico mercede opus eſt.

Quod ſpectat ad praeficarum veſtem, eae quidem, ſi la-

a *Stat. Thebaid. VI.* 85.
b *Lib. III Eleg* 2.
c *Aeneadum II.* 644.
d *Juvenal Sat. VI* 272.
e *Ad Terent. Andr. A. II.* 5. 2.
f *In Aulular. A. III. Sc.* 5.

Digitized by Google

pides conſulantur, ad funera procedebant ſemivelato capite, cucullo ab occipite pendente, comiſque effuſis, ut Baruffaldus animadvertit ad ſuam Quartillam. Reliquum veſtis in lapidibus non apparet, ſed ex Pompejo apud veterem Scholiaſtem Juvenalis conſtat, feminas funus curantes praetextam pallam adhibuiſſe, quam ſaepe laceratam prae dolore legimus [a]:

ut primos edere planctus
Caſſandra inciperet, ſciſſaque Polyxena palla.

Vetulae ſtatua in muſeo capitolino lucem afferre aliquam huic loco poſſet, ſi vere Praeficam, quod nonnulli exiſtimant, repraeſentaret.

VIII. Ex illo Horatii, *ut qui conducti plorant in funere*, functos & olim viros praeficarum munere, perperam Menochius infert [b]. Nam quotquot Horatium interpretes illuſtrarunt, omnes hunc locum adſcribunt feminis, excepto Porphyrione, qui eruditionis gratia de Threnodis loquitur, quorum munus non erat lugere & ejulare, ſed threnos duntaxat canere, ſive lamentationes. Nec videtur excuſandus Kirchmannus, qui, Horatium ut probet de feminis loqui, maſculinum genus in femininum vertit, legitque, *ut quae conductae plorant in funere*. Legitimus enim Horatii textus eſt ſupradictus, ubi generice loquitur perinde ac ſi dicat, quicunque illi ſint, qui conducti plorant; quae loquendi ratio aeque ad viros pertinet, atque ad feminas, quarum proprius apud veteres erat in funeribus luctus: illae quippe

Ut flerent, oculos erudiere ſuos.

Sa-

a *Juvenal. Sat. X. 261.*

b *Stuore P. II. 60.*

Sacrae litterae [a], ac S. Hieronymus [b] utriuſque ſexus mentionem faciunt, nempe lamentatrices ſimul, ac lamentatores memorant; ſed id non prohibet, quo minus lacrimarum nundinas in pompa funebri praecipue feminis tribuamus. Nam propheta Amos de cantoribus tantum ac threnodis agit, Hieronymus autem unius explicat provinciae morem, & de praeficis facit altum ſilentium, quarum partes erant fundere cum threnis lacrimas, quas ſemper habent in excubiis feminae [c],

Quoque volunt plorant tempore, quoque modo.

Porro lamentatores, vulgo *Piagnoni* non moris eſſe veteris, ſed Chriſtianorum temporum tum multae regiones [d], ubi in praeſentiarum adhuc id inſtituti viget, tum SS. Patrum ſanctiones docent eam inſaniam interdicentes auctore Apoſtolo: *nolumus autem* [e] *vos ignorare de dormientibus, ut non contriſtemini, ſicut & ceteri, qui ſpem non habent*. Apud Chriſtianos quoque praeficis pſaltriae ſunt ſubſtitutae, non quae argutando aures animoſque obtunderent, ut apud Nonium [f]:

Superaboque omnes argutando praeficas,

ſed quae canerent hymnos, ut Corippus meminit in exequiis Juſtiniani Imperatoris [g]:

Omnis in exequias ſexus convenit & aetas:
Quis memorare poteſt tantae miracula pompae?
Hinc Levitarum venerabilis ordo canentum,
Virgineus tonat inde chorus: vox aethera pulſat.

IX. Praeficas naenia ſequitur, ſive lugubre carmen. Ab

a *Paralip.* 2. *Amos V.*
b *In Proph. Amos V.* 36.
c *Ovidius de Arte III.*
d *Baruffald. cap.* 13.
e *I Theſſalon.* 4. 12.
f *Plaut apud Non. in Frivol.*
g *Lib. III.*

Ab inſula, ubi natus Simonides, Horatius naeniam dixit *Caeam*, cujus ille auctor fertur; ſed poetarum inter praeficarumque naenias tantum interfuit, quantum inter omnes muſarum gratias, & carmen ludicrum inconditumque, unde comicis dicteriis acceſſit illud [a]:

Haec non ſunt nugae: non enim mortualia.

Siquidem mulierculae frivolo ſibi compacto carmine eandem cantilenam in omni funere uſurpabant, tantummodo novum aliquid ad rem praeſentem frigidiſſimis argutiis infarciebant, ejulanteſque dictitabant quicquid in buccam veniret, more quorundam, in quos ita invehitur A. Gellius [b]: *vos philoſophi mera eſtis, ut M. Cato ait, mortuaria gloſſaria: namque colligitis lexidia res tetras, & inanes & frivolas, tanquam mulierum voces praeficarum*. Fungerus [c] ſcribit non ſemper ad praeficas ſpectaſſe naenias, ſed in iis tantum funeribus, in quibus propinquae mulieres deſiderarentur, quae *Funerae* dicebantur, quaeque vero dolore affectae veriora de mortui laudibus praedicabant. At ſaepe id quidem, non ſemper admiſſum reor. Nam praeficarum, ac reliqui gregis mimici, de quo ſuperius [d], eadem erat ratio. In flebilibus cantilenis iterum atque iterum interjectio adhibebatur *Heu*, aut *Vae*, ſaepe in luctu obvia, paſſim rei exempla praebentibus ſacris litteris, nedum poetis, atque, quod caput eſt, ipſius Quartillae praeficae inſcriptione [e]:

HEV
FL. QVARTILL.
PRAEFICA
V. ANN. LXI.

In

a *Plautus in Aſin. IV.* 1.
b *Noct. Att. XVIII.* 7.
c *Lex. Philolog. ad. v. Naenia.*
d *Diſſ. III. pag.* 206.
e *Baruffald cap. I.*

In ſacris litteris habetur nunc *heu*, nunc *vae*: exempli cauſa, qui Prophetam a leone occiſum [a] ſepelivit, *Planxit cum heu! heu! mi frater*: de Joachim vero legitur [b]: *Non plangent eum: vae frater . . . . . . non increpabunt ei, vae domine! vae inclyte!* Intercalari *heu heu* magnus etiam Petrarcha uſus eſt in illo epigrammate, quod notavit cenſoria ſeveritas Alexandri Taſſoni:

Ohimè il bel viſo! ohimè il ſoave ſguardo!
Ohimè il leggiadro portamento altero!
Ohimè il parlar, ch' ogn' aſpro ingegno e fero
Faceva umile, & ogn' uom vil gagliardo!
Et ohimè 'l dolce riſo &c.

Demortui laudem,quae ad rogum habebatur, proprie naeniam vocat Scaliger [c], quae ad tumulum, epitaphium, quae in exequiis, epicedium. Iterum diſtinguit Gutherius naeniam [d], & triplicem fuiſſe exiſtimat, primam nempe a mortui aedibus uſque ad roſtra; ſecundam a roſtris ad rogum; tertiam ad tumulum. Prima defuncti laudes amplificabat; ſecunda preces concipiebat, invocabatque Deam Naeniam; tertia ſupremae precationis formulam continebat, & reſpondente populo a praefica fundebatur, donec conſumto cadavere diceretur *Ilicet*. Tantus ad naeniam tibicinum erat numerus, ut ex XII. Tabulis ad decem redacti ſint, quo poſtea numero iterum abrogato tam magna rurſus & cornicinum, & omnis generis aeneatorum turba in nobilium funeribus perſonare coepit, ut auctore Seneca vel ipſe mortuus ab aeterno ſomno excitari poſſe videretur. Tibicines prope lectum, tubae longius

a *I Reg. III. 13* Vid. *Pintian. Iſagog. P. I aigr. 3. ſect. 7.*

b *Jeremiae 22. v. 18. & 34. v. 5.*

c *Lib I Poetic.*

d *De Jur. Man. [illegible]*

gius procedebant, ne ſuis clamoribus plangorem naeniae ſepelirent, ſeu carmen ludicrum abſorberent, cujus non ſuavitas quidem, quae nulla erat, ſed dicacitas, qua virtutibus permiſta vitia perſtringebantur [a], pergrata populo in primis erat: nam detrectatio & livor pronis auribus accipiuntur. Haec de Naeniis, de tibicinum, cornicinumque ſtrepitu ſatis ſunto. Octava nunc Claſſis ſubit, ubi quae monumenta litterarum ſunt lapidibus tradita, & in aeternam memoriam ſancta atque ſacrata ſunt, ea multo magis, quam ritus funebres, luculenter produnt noviſſimos in filias affectus patrios, qui ſi interdum leviſſimi & plus quam muliebres videbuntur, tempori id dandum eſt, quum viri haud deerant illuſtris nominis, qui muraenas in piſcina mortuas [b], tanquam filias, lugerent, ac ideo minime mirum ſit, ſi filias ipſas pauculos vix annos natas, & cum lacrimis ſepelirent, & aris, ſigniſque earundem ſepulcra ornarent, quemadmodum Vettiae Marcellinae conſultum eſſe parentes dolore perditi voluerunt [c]: D. M. S.

PIETATI. ET. MEMORIAE
VETTIAE. MARCELLINAE
FILIAE. SVAE
VIXIT. ANN. VI. M. II. D. XII.
SEPVLCRVM. ARAM. SIGNVM
MARMOREV *ſic*. FECERVNT
M. VETTIVS. TROPHINVS
PATER. ET. VETTIA. IANVARIA
MATER. ET. SIBI. ET. SVIS
ET. POSTERIS. EORVM.

CLAS-

a *Sueton. Jul. & Veſpaſ.* b *Macrob. Sat. III. 15.* c *Grut. 714.*

Digitized by Google

CLASSIS VIII.

Puellarum Monumenta.

I.

Spoleti. *Grut. p. 908. 1.*

ARTIBVS INGENVIS CVRA PERDOCTA SVARVM
SORTITA EGREGIVM CORPORIS OMNE DECVS
1. NONDVM BIS SEPTEM PLENIS PRAEREPTA SVB ANNIS
2. HAC CORALE CASTA CONDITA SEDE IACET
3. LVDITE FELICES PATITVR DVM VITA PVELLAE
SAEPE ET FORMOSAS FATA SINISTRA FERVNT

Muratorius *p. 1664. 13.* in 1. *v.* SVORVM, in 4. HIC, in ultimo FORMOSAE, tum ſubjungit *an potius* ſcribendum FORMOSAS? debet addere cum Grutero, quem non nominat.

1. Pueri ac puellae paſſim *raptae* aut *praereptae* in lapidibus dicuntur. En tibi brevitas, & elegantia cum affectu certans: *Fabrett. III. 39.* AVE . LVCI . PRAEREPTE . MATRI .

2. *Corale* puellae nomen fortaſſe a corde, nempe pueritiae blandimentum, quaſi parentum corculum.

3. Concluditur epigramma, ut ſaepe alibi, feſtiva acclamatione. Multa de his notatu digna Philippus Bonarrotius *in Vaſa Vitrea Coemeter.*

II.

Hiſpali. *Fabrett. Ant. Inſcr. III. p. 146. n. 174. e Schedis Barber.*

NOME . VISIT^se^ . ANNO . ET . MENSIBVS . VIII. DIEBVS . XII
1. H. S. E S. T. T. L
2. NOME . FVIT . NOMEN . HAESIT . NASCENTI . CVSVCCIA
VTRAQVE . HOC . TITVLO . NOMINA . SIGNIFICO
3. VIXI . PAROM . DVLCISQVE . FVI . DVM . VIXI . PARENTI
HOC . TITVLO . TEGEOR . DEBITA . PERSOLVI
QVIQ. LEGIS . TITVLVM . SENTIS . QVAM . VIXERIM . PAROM
HOC . PETO . NVNC . DICAS . SIT . TIBI . TERRA . LEVIS

 1. Tri-

1. Trita formula: *hic ſita eſt: ſit tibi terra levis*, quae hoc loco id habet obſervatione dignum, quod eadem & initium eſt, & concluſio tituli.

2. De *Coſſutiis* conſule eundem *Fabrett. p. 159. n. 276.*

3. In vocibus *nomen*, *naſcenti*, *utraque*, *vixi*, *parom* & *vixerim* vides, quam incerta apud veteres proſodia.

III.

Romae. *Fabrett. ibid. n. 433.*

MVSA . ET
MEGISTE . ET
ONESIMVS
DOMNAE . DVLCISSIMAE
F
VIXIT . ANNO . VNO . MENS. XI. DIEB. XX.
NATA . SET . IN . LACRIMAS . SOLVM . DOLOR . OMNIBVS . INFANS
HIC . SITA . SVM . VIXI . TEMPVS . INANE . MEIS
ANNVS . ERAT . NATAE . PRIMVS . MOX . DEINDE . SECVNDI
1. LIMINIBVS . RAPVIT . ME . SIBI . PERSEPHONE

Muratorius *p. 1771.* 2. e ſchedis P. Stanislai Bardetti Soc. Jeſu legit in primo *v.* SED & INSTAT pro *infans*: in 2. VITAE pro *natae*.

1. *Limen* pro fine hic ponitur, nova prorſus, quod ego viderim, atque inuſitata uſurpatione. Concluſio hujus tituli lucem, ni fallor, aliquam ſequenti affert marmori. Interea huc facit illud *Ovid. Heroid. epiſt. XXI. v. 46.*

Perſephone noſtras pulſat acerba fores.

IV.

Murator. pag. 1767.

VOLVMNIAE ISIACAE
1. OSSA SVB HAC LAPIDVM FELICIA MOLE QVIESCVNT
2. SACRA ANIMAM INNVPTAE VIRGINIS AVLA TENET

1. Haec *lapidum moles*, ubi *felicia quieſcunt oſſa*, effectus, opinor, lapidationis fuit, non infamis quidem, ſed religioſae. Sepulcri lapidatio, ſi conjunctam haberet execrationem, infamis erat, quod ex Propertio diſcimus *Eleg. IV. 5.*

Quiſ-

Quiſquis amas, ſcabris hoc buſtum caedito ſaxis,
Miſtaque cum verbis adjice verba mala.

Ita Euripides in Electra: *inſultat ſepulcro, ſaxiſque pulſat lapideum monumentum patris*: nec ſecus Virgilius in Baliſta latrone:

Monte ſub hoc lapidum tegitur Baliſta ſepultus.

At ſi lapidatio execratione & contumelia vacaret, perhonorifica habebatur, utpote ſepulturae genus, Petronio auctore, cujus haec ſunt verba; *praeteriens aliquis tralatitia humanitate lapidabit*, i. e. lapidem ad humationem jaciet, quod qui non faceret, impius habebatur. Vid. *Guther. de Jur. Man. l.* 10. Lapidatio id genus fuit, qua Horatiorum ſoror humata eſt. Nam in eum locum, ubi a fratre confoſſa fuerat, Dionyſius *III.* projectam refert, quam praetereuntes terra & lapidibus obruerunt. Et eos non ſine quodam ordine congeſtos reor, quum Livius *l.* 10. tradat *Horatiae ſepulcrum, quo loco corruerat icta, conſtructum eſſe ſaxo quadrato*. Hujuſmodi humationem Hebraeis quoque notam fuiſſe, Abſalonis hiſtoria oſtendit *Reg. II.* 18.

2. Muratorius *Theſ. Antiq. p.* 1767. virginem hanc *Iſiacam* ſacerdotem Iſidis interpretatur: ſed *aulae* nomine vel olla, vel caelum intelligatur, utrobique nodum invenit. Si de olla ſive oſſuaria, ſive cineraria ſermo ſit, animam ibi habere ſedem, vix veterum ſuperſtitio admittit. Si caelum indicet aulae nomen, inuſitata haec plane ſignificatio eſt. An Volumniam, ſicut infantem in praecedenti titulo, a Proſerpina raptam dixeris, quaſi locum in ejus aula formoſae virgines invenirent? Inſcriptionibus, quae ſequuntur, haec ſuſpicio augetur.

V.

Romae in via Nomentana. *Aringhus Rom. Subterran. IV.* 20.

1. ΝΥΜΦΑΙ ΚΡΥΜΝΑΙΑΙ ΜΕ ΣΥΝΗΡΠΑΣΑΝ ΕΚ ΒΙΟΤΟΙΟ
2. ΚΑΙ ΤΑΧΑ ΠΟΥ ΤΙΜΗΣ ΕΙΝΕΚΑ ΤΟΥΤ᾽ ΕΠΑΘΟΝ
3. ΝΗΠΙΗ ΟΥΔΕ ΔΥΟΙΝ ΕΤΕΟΙΝ ΤΕΛΟΣ ΕΞΑΝΥΣΑΣΑ
4. ΦΙΛΗΣΙΝ ΤΗΝ ΚΛΗΣΙΝ ΑΥΣΟΝΙΣ ΓΕΝΟΣ

Νύμφαι κρήνιαιαι με συνήρπασαν ἐκ βιότοιο,
Καὶ τάχα τοῦ τιμῆς εἵνεκα τοῦτ᾽ ἔπαθον.
Νηπίη οὐδὲ δυοῖν ἐτέοιν τέλος ἐξανύσασα,
Φιλησίν τὴν κλῆσιν, Αὐσονὶς γένος.

Aringhus ſic vertit.

E vita Nymphae fontanae, me rapuerunt,
Forte mihi e tali gloria morte venit.
Parvula, quippe alter mihi nondum effluxerat annus,
Romana genere, ſed Phileſia nomine.

1. Fabrettus huic titulo, quem ut ineditum dedit *p.* 192. *n.* 448., jam vulgatum a Reineſio, praeponit *Djs Manibus*, quod in Aringho deſideratur, qui primus epigramma exſcripſit e pariete, cui inſertum erat, in villa nobilis olim cujuſdam Gonir.

2. Puellula fonti immerſa dat locum fabulae, Nympharum amori fuiſſe obnoxiam. Graeci *Nymphas* vocarunt aquas, Latini vero aquarum Deas, ſed ita tamen, ut Graecorum uſu nunquam penitus repudiato, aeque Nympharum templa *Plin. H. N. XXXV.* 12., ac fontes & lavacra *Capitolin. in Gordian.* Nymphea dicerent. Graeca certe ſignificatio in Eccleſiaſtica hiſtoria retenta eſt, ubi diverſa loca, nonnulla etiam ſacra, nuncupantur *ad Nymphas*. *Bibliothec. in Zach. Papa*; *Cencius Camerar. de Cenſibus*; *Aringhus loc. cit.*

3. Animula gratulabunda tacite id ſperare videtur, quod in ſequenti titulo clarius indicatur, eleganti nimirum ſpecie, quaſi Nympharum adſcribendas choro, a Nymphis puellas rapi. Heraclidis Pontici in *V. Odiſſ.* ſententia eſt, forma praeſtantes virgines, atque aetate florentes a Diis rapi amoris gratia, & ſideribus inſeri.

4. Reineſium, & Fabrettum jure Hagenbuchius *Epiſt. Epigr. pag.* 405. improbat, alterum, quia de pentametro verſu ſolicitus, ſic legendum putat, *Commentar. p.* 856.

Φῆλιξ τὴν κλῆσιν, Αὐσονιάς τε γένος,

alterum, quia dat ΑΥΣΟΝΙ ΔΕ ΓΕΝΟΣ, corrupto quintae regionis jambo. Vera eſt Aringhi lectio; ultimus enim verſus ſena-

narius eſt, quem adſtricte magis ita Hagenbuchius reddit *loc. cit.*

Philesia fui nomine, & gente Auſonis. vel

Phileſiae cui nomen, & genus Italum.

Uno in titulo diverſa metra veteribus placuiſſe, noſtrum hoc Opus ob oculos haud ſemel ponit.

V. I.

Romae in domo Marchionis Alexandri Capponii.

Murator. p. 1502.

ΟΥΧ ΟΣΙΩΣ ΗΡΠΑΞΕΣ ΥΠΟ ΚΟΙΡΑΝΕ ΠΛΟΥΤΕΥ
ΠΕΝΤΑΕΤΗ ΝΥΦΗΝ ΠΑΣΙΝ ΑΓΑΛΛΟΜΕΝΗΝ
ΟΙΑ ΙΑΡ ΑΡΧΟΜΕΝΟΝ ΡΟΔΟΝ ΕΥΠΝΟΟΝ ΕΙΑΡΟΣ ΩΡΗ
ΕΞΕΤΕΜΕΣ ΡΕΙΖΗΣ ΠΡΙΝ ΧΡΟΝΟΝ ΕΚΤΕΛΕΣΗ
ΑΛΛΑΓ ΑΛΕΞΑΝΔΡΑ ΚΑΙ ΦΙΛΤΑΤΟ ΜΗΚΕΤ ΟΔΥΡΜΟΥΣ
ΕΙΜΕΡΤΗ ΚΟΥΡΗ ΣΠΕΝΔΕΤΕ ΜΥΡΟΜΕΝΟΙ
ΕΙΧΕΝ ΓΑΡ ΧΑΡΙΝ ΕΙΧΕΝ ΕΦΗ ΕΥΧΡΟΙΣ ΠΡΟΣΩΠΟΙΣ
ΑΙΘΕΡΟΣ ΩΣ ΤΕ ΜΕΝΕΙΝ ΑΘΑΝΑΤΟΙΣΙ ΔΟΜΟΙΣ
ΤΟΙΣ ΠΑΡΟΣ ΟΥΝ ΜΥΘΟΙΣ ΠΙΣΙ ΕΥΣΑΤΕ ΠΑΙΔΑ ΓΑΡ ΕΣΘΛΗΝ
ΗΡΠΑΕ ΑΝΩ ΣΤΕΡΠΑΙΗΝΝΑΔΕΣ ΟΥ ΘΑΝΑΤΟΣ
ΤΙΝΕΙΑ ΥΓΕΤΑ ΤΗ ΙΔΙΑ
ΘΡΕΠΤΗ ΦΙΛΤΑΤΗΙ
ΜΝΗΜΗΣ ΧΑΡΙΝ

Minus digne exſcriptum, latineque verſum, emendatiorem dat hunc titulum Hagenbuchius, addita verſione metrica.

Epiſt. Epigr. ad Gorium p. 403.

1. Οὐχ ὁσίως ἥρπαζες ὑπ᾽ ὄχθην, κοῖρανε πλούτου.
   Πενταέτη Νύμφην, πᾶσιν ἀγαλλομένην.
2. Οἷα γὰρ ἀρχόμενον ῥόδον εὔπνοον εἴαρος ὥρῃ
   Ἔξτεμες ῥίζης, πρὶν χρόνον ἐκτελέσῃ.
3. Ἄλλαγ᾽ Ἀλεξάνδρα, καὶ φίλτατε, μήκετ᾽ ὀδυρμοῖς
   Εἰμέρτῃ κούρῃ σπένδετε μυρόμενοι.

Εἶχεν

Εἶχεν γὰρ χάριν, εἶχεν, ἔφη, εὐχέρμοσι προσώποις
Αἴθερος; ὥστε μένειν ἀθανατοῖσι δόμοις.
Τοῖς πάρος ἢν μύθοις πιστεύσατε. Παῖδα γὰρ ἐσθλὴν
Ἥρπασαν, ὡς τέρπνην, ναΐδες οὐ θάνατος.

4. Τινεία Ὑγεία τῇ ἰδίᾳ
Θρέπτῃ, Φιλτάτῃ,
Μνήμης χάριν.

A te non bene, rex Pluto, ſub litora rapta eſt
Quinquennis virgo, cui decor omnis erat.
Coepit oriri, ceu ſuavis roſa tempore verno:
Hanc eradicas, perdis & ante diem.
Ne libetis, Alexandra, & Philtate, fletus
Natae praeſtanti, voce dolente nimis.
Nam geminat, placuit, placuit pulcherrima Nymphis.
Sedibus aeternis digna locata manet.
Fabellas veteres jam credite: namque venuſtam
Najades, non mors, hanc rapuere ſibi.
Tyneja Hygia Alumnae ſuae
Phyltatae, fecit
Memoriae cauſa.

1. Prima tituli pars accuſationem continet, confutationem altera: nam de raptu puellae accuſatus Pluto eam feſtive dicit non ab ſe, ſed ob formae praeſtantiam a Nymphis raptam. In Plutonis ſaevitiem extat epigramma in Anthol. *III. c. 9. n. 2.* quod Obſopoeus ita latinum reddit:

Quinquennem Pluto rapuit me ſaevus acerbo
Curarum expertem funere Callimachum:
Parce tamen lacrimis, modico ſi tempore vixi:
Et modicae vitae nec mala multa tuli.

2. Immature extincti quam ſaepe cum floribus comparentur, Triſtanus copioſe docet *Hiſtor. Vol. I. p.* 350. 351., ſacris & profanis teſtimoniis in rem adductis: inter poetica quodnam Virgiliano illuſtrius? *Aenead. IX.*

Volvitur Euryalus letho, pulcroſque per artus
It cruor, inque humeros cervix collapſa recumbit,

Pur-

Purpureus veluti cum flos ſucciſus aratro
Langueſcit moriens, laſſove papavera collo
Demiſere caput, pluvia dum forte gravantur.

3. ΑΛΕΞΑΝΔΡΑ ΚΑΙ ΦΙΛΤΑΤΕ peſſime Muratorius *p.* 1511. *n.* 11. vertit *o Alexander & dilectiſſime* (*ejus vir*), quum judice Hagenbuchio *loc. cit. p.* 406. vocativi ſint parentum puellae, cui mater fuit *Alexandra*, & pater *Philtatus*. Gruterus *p.* 36. 11. dat C. PETTI. C. F. PAL*atina tribu* PHILTATI.

4. Errat iterum Muratorius, qui lineas ante poſtremam duas ita vertendas putat: *Tynejae Ygetae*, vel *Tineja Eugetae Alumnae Suae Dilectiſſimae*. Cui non arrideat in nominandi caſu *Tyneja Ygeja*? nimirum nutrix, quae *alumnae ſuae Philtatae* monumentum fecit, liberalitate non ingenuis, non patriciis modo, ſed imperatoriis etiam cineribus perjucunda. *Sveton. in Neron.* 57. *& Domit.* 17. Puellulae porro nomen fuit a Patre Philtato: paterni enim nominis ex maſculino in femininum genus inflexio eſt in lapidibus paſſim obvia.

VII.

Romae in villa Caeſarina. *Fabrett. V. p.* 377. *n.* 29.

1. VMBRARVM . SECVRA . QVIES . ANIMAEQ. PIOR*um*
LAVDATAE . COLITIS . QVAE . LOCA . SANCTA . EREBI
SEDES . INSONTEM . MAGNILLAM . DVCITE . VESTRAS
PER . NEMORA . ET . CAMPOS . PROTINVS . ELYSIOS
RAPTA . EST . OCTAVO . FATIS . INSTANTIBVS . ANNO
CARPEBAT . VITAE . TEMPORA . DVM . TENERAE
FORMOSA . ET . SENSV . MIRABILIS . ET . SVPER . ANNOS
DOCTA . DECENS . DVLCIS . GRATAQVE . BLANDITIIS
PERPETVO . TALIS . GEMITV . LACRIMISQ. COLENDA
INFELIX . AEVO . TAM . CITO . QVAE . CARVIT
2. AN . FELIX . AEGRAE . POTIVS . SVBDVCTA . SENECTAE
SIC . HECVBA . FLEVIT . PENTESILEA . MINVS

1. Scite Fabrettus ait, nullum cum muſis commercium illi eſſe, ſi cui non placeat hoc epigramma vel ipſo Catullo dignum. Muratorius e ſchedis Ptolomeis dat eandem inſcr. *Vol. III. p.* 1705. 6. nulla Fabretti mentione habita.

2. Ci-

2. Cicero *l. Tuſc. quaeſt.* ut puerorum interitum aequo animo ferendum putet, ait vitam longam non niſi longiorem fletum dicendam eſſe, & Callimachi auctoritate utitur, dicentis *ſaepius lacrimaſſe Priamum, quam Troilum*. Videlicet, ut Juvenalis inquit, *Sat. X. v.* 243.

Haec data poena diu viventibus, ut renovata
Semper clade domus multis in luctibus, inque
Perpetuo maerore, & nigra veſte ſeneſcant.

Huc facit imprecatio ſepulcralis QVISQVIS . HOC . EVSTVLERIT . AVT . IVSSERIT . VLTIMVS . SVORVM . MORIATVR inſculpta pectori icunculae muliebris, quam affert Sponius *Sect. I. Art. IV. Miſcell.* exiſtimatque Termini effigiem. Falſo. Sepulcrale omnino monumentum eſſe Fabrettus evincit *I. p.* 4. *inſcr.* 19. auctoritate Oiſelii *tab.* 41.

VIII.

In oppido Arcignano agri Vicentini.
Muratorius ex Marzario pag. 1744. 6.
In ſiniſtro latere.

HEVS TV QVI TRANSIS SECVRA MENTE VIATOR
SISTE GRADVM HOC TVMVLO VERBA NOTATA LEGE
ANTILLA HIC IACEO NONDVM TRIETERIDE PLENA
1. BIS MIHI CVM VITA CARIOR OMNIS ERAT
Deeſt integrum Diſtichon.
FOECVNDVM NOVIES ROMAE NATAM OBRVIT ALTAE
POST DVO ME NATOS ARCIANENSE SOLVM
SERGIA MI NOMEN FVERAT VOLVMNIVS INQVAM
CONIVX FATA CVIVS FAVSTA FVERE PARVM
In dextro.
Lucius INGENTI *Romana* STIRPE VOLVMNVS
QVO CERNE INGENTEM FATA TVLERE MEA.

Ferretius *in Muſ. Lapidar. p.* 105. habet tantum primum tetraſtichon, cujus in fronte inſcripſit Antillae Puellulae. Sed elogium hoc eſt puellae ſimul ac matris Sergiae, & patris L. Volumnii, qui cauſa metri Volumnus dicitur.

IX.

Digitized by Google

I X.

Romae in domo Bartholomaei a Valle. *Fleetwod. p.* 236.

D . M

C. CLODIAE . FILIAE . DVLCISSIMAE

DECIPIMVR . VOTIS . ET . TEMPORE . FALLIMVR . ET . MORS

DERIDET . CVRAS . ANXIA . VOTA . NIHIL

Murat. *p.* 1193. 8. habet in fronte DIS MANIBVS in 2. lin. PAVLINAE VALERIAE FILIOLAE in 3. DVLCISSIMAE PARENTES MOESTISSIMI, in fine VITA pro *Vota*. Vid. *Gruter. pag.* 712. 4.

X.

Romae. *Grut. pag.* 697. 7.

NINNIA CRONIS

VIX. AN. III. M. X. DIES . XXV.

QVOD DECVIT NATAM PATRI PRAESTARE SEPVLTO

HOC CONTRA NATAE PRAESTITIT IPSE PATER

X I.

Romae. *Grut. pag.* 718. 1.

VERIVS HVNC TVMVLVM MATRI TV NATA DICASSES

QVEM MATER MISERAE NVNC TIBI NATA FACIT

BIS SENOS COMPLETAM ANNOS TE FILIA MATRI

ERIPVIT MISERAE MORTIS INIQVA DIES

OBTESTOR MANES MERITAE SANCTAEQVE PATRONAE

COMPRECOR VT LENI TERRA TEGAT TVMVLO

X I I.

Gruter. p. 1148. 17.

1. HAVE . SEPTIMA . SIT . TIBI

TERRA . LEVIS . QVISQ*uis*

HVIC . TVMVLO . POSVIT

ARDENTE *sic* . LVCERNAM

ILLIVS . CINERES . AVREA

TERRA . TEGAT

1. Syllabarum quantitas non obſervata, verſuſque inchoati, ſed, quaſi dolore ac luctu carmina abrumpente, minime ad finem perducti ſaepe occurrunt. ARDENTE pro *Ardentem* ſubintellige eliſam *m* more ſaepe apud veteres uſitato.

XIII.

Sutrii. *Ex Donian. Inſcr. Cl. X. p. 357.*

D . M

SALVSIAE L. F. MERVLAE ANN. XIV. D. V
PROH . DOLOR . ET . LACRYMAE . MERVLA
MATER . INFELICISSIMA . SIBI . IPSA . ET . SVIS
V. . F

XIV.

Saxoferrati. *Ibidem p. 372.*

HIC MAXIMA IACET NVNC . . .
. . . . . FVNERE ACERBO RAPTA PA
TRI ET MATRI RAPTAQVE SORORI
DVO ET QVATERNOS VITAE COMPLEVERAT
ANNOS HAEC IACET IN TENEBRAS *ſic*
QVAE VIXIT ANNIS VI. MENSIBVS IIII
1. DIES VII. ORA SECVNDA HVNC TITV
LVM POSVERVNT PARENTES CARISSIMI

1. Horarum enumeratio quandoque legitur in ultima etiam exactaque aetate, ſed frequentius in infantia atque adoleſcentia, cujus non horae modo notatae ſunt, ſed interdum & ſemiſſes, & ſcrupuli. Vid. *Fabrett. Ant. Inſcr. II. pag. 96.* ubi varias horarum diviſiones ex Graecis, ac Latinis colligit, & ſervata inter menſuram ponderis, ac temporis analogia, horam dividit in ſcrupulos XXIV. At horae primae, vel ſecundae, ut in hoc titulo, ſingularis eſt annotatio.

XV.

Ex Muſeo Veronenſi p. 61. 5.

ΣΗΜΑΜΕΝΕΝΣΤΗΛΗΓΛΥΠΓΗΘΕΣΑΝΗΝΙΚΕΠΩΜΕΝ
ΑΕΛΙΟΥΓΛΥΚΕΡΗΝΑΕΙΠΟΝΕΠΕΣΧΑΤΙΗΝ
ΡΗΝΕΙΗΣΔΕΜΕΔΕΚΤΟΜΥΧΟΣΚΑΙΑΔΑΜΠΕΤΟΝΟΥΔΑΣ
ΑΙΔΕΩΜΑΡ . . . . ΥΠΟΣΚΟΤΙΗΝ
ΠΑΤΡΟΣΜΕΝΔΗΜΟΣΘΕΝΕΟΣΕΤΕΩΝΔΥΟΚΕΙΚΟΣΙΜΟΥΣΑΝ
ΙΣΤΕΔΕΜΕΤΗΙΤΑΙΗΝΗΜΑΤΟΣΟΛΛΥΜΕΝΗΝ
ΩΜΗΤΡΟΣΓΥΓΕΡΗΣΚΑΙΑΔΕΛΦΕΟΥΕΙΝΕΚΕΜΕΙΟ
ΝΟΥΣΟΣΑΚΩΛΥΤΩΙΜΟΡΣΙΜΟΛΕΙΛΕΓΥΧΗ

Ita

Ita diſtinguit, & latine vertit Cl. Marchio Maffejus.

Σῆμα μὲν ἐν στήλῃ γλυπτῇ θέσαν, ἠνὶ κ' ἔπω μὲν
'Αελίυ Γλυκερῆνα, εἶπον 'Επεσχατίην.
'Ρηνείης δέ με δέκτο μυχὸς, καὶ ἀλάμπετον ὖδας
Αἴδεω . . . . ὑποσκοτίην.
Πατρὸς μὲν Δημοσθένεος ἐτέων δύο κ' εἴκοσι μ' ὄντα
Ἶσε δέ με τριταίην νήματος ὀλλυμένην.
Ὦ μήτηρ συγερῆς καὶ ἀδελφεῦ εἵνεκ ἐμεῖο,
Νῦσος ἀκωλύτῳ μόρσιμον εἷλε τύχῃ.

In cippo nomen ſculpſerunt : en Glycerena
Aelj dicta fui, dicta & Epeſchatia :
Me Rhenea ſuo, vix cognita terra, receſſu
Excepit, Ditis dum feror ad tenebras.
Viginti atque duos quum agerem annos, tertia patrem
Orbavit, Parca fila ſecante, dies.
O qui me amiſſa, mater, fraterque doletis,
Morbus me, & fatum, & ſors domina abripuit.

X V I.

Extabat Romae prope S. Bibianam in Exquiliis. *ibidem*.

ΚΛΑΥϹΑΤΕΠΑΛΤΕϹΕΜΟΝ . . . . ΕΡΟ . . . .
ΡΟΝΟΙΠΡΙΟΝΤΕϹϹΤΑΝΤΕϹΕΜΗϹ . . . . .
ΡΟΝΠΡΟϹΘΕΛΥΓΡΗϹϹΠΟΔΙΗϹ
ΚΛΑΥϹΑΤΕΤΗΝΔΥϹΤΗΝΟΝΕΦΗΜΕΓΑΠΕΝ . . .
ΕΧΟΥϹΙΝΝΧΚΤΙΚΑΙΗΕΛΙΩΔΥϹΓΟΚΕΕϹΤΟΚΕ . . .
ΗϹΖΥΓΟΝΟΥΚΕΙΔΟΝΤΟΓΑΜΗΛΙΟΝΟΥΔΥΜΕ
ΝΑΙΟΝΗϹΕ . . . ΟΙΝΟΧΑΡΗϹΠΡΟϹΘΕΜΕΝΩΝ
ΘΑΛΑΜΩΝ

Ita diſtinguit, emendatque Maffejus.

Κλαύσατε πάντες ἐμὸν συγερὸν μόρον οἱ παριόντες
Σάντες ἐμῆς μικρὸν πρόσθε λυγρῆς ἀποδιῆς.
Κλαύσατε τὴν δύστηνον ἐφ' ἧ μεγα πένθος ἔχουσιν
Νυκτὶ καὶ ἠελίῳ δυστοκέες τοκέες.
Ἧς ζυγὸν οὐκ εἴδοντο γαμήλιον οὐδ' ὑμέναιον
Ἧς ἔτι Οἰνοχάρης προσθέμενων θάλαμον.

Idem latine reddit.

Interitum plorate meum, qui inceditis, omnes.
Pauxillum ſtantes ante meos cineres.
Plorate heu miſeram, miſeri quam flere parentes
Maerore ingenti nocte dieque ſolent.
Cujus amici optatos haud videre hymenaeos,
Nec ſponte oblatos Oenocarae thalamos.

In Inſcriptionibus Ant. Etruriae *parte I. pag.* 463. numerus linearum eſt idem, ſed varius ordo: verba etiam illic diſcreta ſunt: Graeca demum non fideliter exſcripta, & ita latine reddita a Cl. Ant. M. Salvinio.

Flete viatores, noſtrum deflebile fatum,
Adſtantes paulum funereo cineri.
Me miſeram deflete: ſuper quam plurima lugent
Nocte dieque ſimul maeſtus uterque parens.
Non videre jugale jugum, neque concinuit quis.
Vir vinoſus hymen ante manens thalamos.

XVII.

Ibidem pag. 258. 2.

HIC SVM BASSA SITA PIA FILIA
VIRGO PVDICA EXCEDENS
CVNCTAS INGENIO AEQVALES
CVM MIHI BIS QVINOS ANNOS MEA
FATA DEDISSENT VNDECVMVM ME
NON LICVIT PERDVCERE ANNVM
CVMQVE PATER MATERQVE DEOS PRO ME
1. ADVLARENT AT SAEVOS PLVTO RAPVIT
ME AD INFERA TEMPLA
ſic OPSIDE ME PARCAE FINEM FECISSE VIDENTVR
CVM ANTE ALIOS VERNAS TRES RAPVERE MIHI
SIQVIS FORTE MEA GAVDET DE MORTE INIQVA
HVIC SIT INIQVA CERES PERFICIATQVE FAME
CAECINIAE. S. F. BASSAE

Muratorius *p.* 1645. 6. ex Ficoronio legit in 1. lin. FI . . . in 2. EXCEDEN. in 3. AEQVALIS, in 12. SI. QVIS, in poſtrema SEX. F.

1. Vo-

1. Vota, quibus parentes praeſertim matres Deos fatigabant, erant plurima. Gravidae adhuc in Lucinae delubrum quotidie conveniebant, ibique ex Platonis lege *lib. VI. de leg.* tertiam horae partem commorabantur. Pauſanias *in Corinthiac.* addit, ſumma cum religione, tum hoſtiis, tum odoribus ac donis quam plurimis Lucinam quotidie fuiſſe cultam, quin tamen ſignum ulli, niſi iis, quae rem divinam facerent, conſpicere fas eſſet. Partu jam vero inſtante, ter Deae numen invocatum dicit Horatius *III. Od.* 22.

Montium cuſtos nemorumque virgo,
Quae laborantes utero puellas
Ter vocata audis.

Imo quandoque ſepties imploratam Lucinae opem teſtatur Nonnus *in Dionyſiac. lib. I.*

Septies Ilithyan ſuo vocans partui.

Ilithyan, ſive Lucinam, aut Dianam, quas idem numen fuiſſe diximus, Carolus Schlaegerus *in Diſſ. de Diana Solvizonia pag. 65. ſeqq.* non diſtinguit a monſtro illo Judaeorum Lilith, de quo eſt mentio apud Iſaiam. Porro illam quoque in montibus, ut Dianam, habitare fabulabantur, & adeo infantibus noxiam fingebant, ut, vix mulier partum enixa erat, illico in conclavis parietibus hinc inde inſcriberent, & hodiedum etiam alicubi inſcribant, *Adam*, *&* *Chava*: *apage te Lilith*, additis trium Angelorum, ſalutis praeſidum, nominibus *Senoi*, *Sanſenoi*, *Sammangeloph*. Quod de Lilith Judaei, id de Ilithya ſive Diana Pauſanias *in Meſſenic.* Homerus *Iliad. XXI. v.* 463. Nonnus *in Dionyſiac. lib. XXXV. v.* 65. Si porro infantem ſoſpes puerpera edidiſſet, tum moris erat, zonas, ſive cingula, neque haec tantum, ſed veſtimenta omnia Dianae, vel Junonis aris ſuſpendere. Sic Callimachus *Hymn. in Jovem v.* 77. & Jo. Meurſius *in Syntagm. de puerperio cap. 6.* Zonae, ſeu ceſti elegantiae impenſe feminas ſtuduiſſe, praeter ſexcenta teſtimonia; vel inde ediſcimus, quod Graecis Εὔζωνος γυνὴ, ſeu pulcre zonata tantundem erat, ac *formoſiſſima mulier*. Hinc proverbio locus de forma egregia apud Libanium

ni

in enarrationibus de pulcritudine, κέστον ἔχει τῆς Ἀφροδίτης; *ceſtum Veneris habet*. Dictum id voluit, ut pateret, non quid exigui puerperas dediſſe Dianae, quum ei ceſtos venuſtatis indices & delicias conſecrabant. Filiae autem adoleſcere ut ſemel coeperant, tum pro iis Veneri cognomento Junoni, Jovi, Suadae, Gratiis, Dianae a matribus litatum legimus in Etymologico *ad Vocab.* Γαμήλια, apud Plutarchum *Quaeſt. Rom.* Perſium *Sat. II. v.* 70. & ſaepe alibi.

XVIII.

In Oppido Fabrica. *Ex Joanne Matthaeo Toſcano.*

QVOD DVLCIS NATI QVOD CARA PIGNORA PRAESTANT
CONTINET HIC TVMVLVS MEMBRA QVI PARVA RETENTAT
DOLOREM SINE FINE DEDIT FELICITAS ISTO
CLAVDITVR INFELIX FALSO COGNOMINE DICTA
NAM CVI PRIMA DIES IN LVCEM PROTVLIT ANNOS
QVATVOR ET MALE CVM QVINTVM SVMERET ORTVM
ABSTVLIT ATRA DIES ET FVNERE MERSIT ACERBO
HAEC MATER ET GENITOR CONSCRIBVNT CARMINA BVSTO
QVO LEGENTI SIMVL REDEAT SVB CORDE FIGVRA
ET SICCATO SAEPE MADESCANT LVMINA FLETV
SIC MEDICATVR AMOR NEC CVRANT CARMINA MANES

XIX.

Apud Humagum Iſtriae. *Ex Gudio p.* 249.

FELIX . HAEC . VISA . EST . NASCENDI . LEGE . PVELLA
QVOI . NON . EST . MISEROS . TVM . SORTITA [a] . LARES
SED . LEGEM . FATIS . PARCAE . DIXERE . CRVENTAM
1. PRIMVS . NATALIS . CONDAT . VT . OSSA . SVA
2. COGNOMEN . PATER . HVIC . FVERAT . NATALE . DATVRVS
SVSTVLIT [b] . ATRA . DIES . VNA . CVM . CORPORE . NOMEN

a Murat. *p.* 1234. 1. TVM .... TITA. b *Ibid.* ABSTVLIT.

1. *Primus natalis* dicitur, ut ipſe nativitatis dies intelligatur, diſtinguaturque a ceteris natalitiis diebus, qui quotannis celebrabantur pulte, fritillo, mero, libis, floribus, ſine animali hoſtia, quia id temporis ſanguinem effudiſſe mali portenti erat.

2. Ma-

2. Maribus nono, feminis octavo die, nonnunquam ſeptimo nomen infantibus Romae imponebatur. Quam hujus inſtituti cauſam Plutarchus affert *in quaeſt. Rom.*, Boxhornius tanquam ineptam rejicit. De diebus Luſtricis ac Nominalibus, eorumque ritibus multa Caſaubonus ad *Perſii Sat. II.*, ubi inter cetera illud auctoritate S. Joannis Chryſoſtomi notat, nonnullos, qui ſe Chriſtianos dictitabant, infanti nomen impoſituros, plura lumina accendere conſueviſſe, iiſque nomen imponere cuique ſuum, & ejus, quod aliis extinctis ſupervixiſſet, nomen puero indidiſſe. Quid? Quod apud Troglodytas patrii moris fuit, ut arietis, aut ovis, vel cujuſcunque pecoris, non hominum nomina infantibus apponerent, quod bruta, quorum ope victitabant, ſuos genitores exiſtimarent. Non minus abnormiter in hac re Atlantes Africae populi, a quibus infantes nullo nomine appellabantur, ſed brutorum inſtar anonymi erant. *Alex. Neap. Gen. Dier. II.* 24.

X X.

Extat in muſeo Capitolino. *Ex Muſeo Veron. p. 309. 6.*

VIXIT . AN. X. . . .
IVCVNDA . SVEIS
GRATISSIMA . AMICIS
OMNIBVS . OFFICIOSA
FVIT

X X I.

In Muſeo Schoepſtiano.
Ex Epiſt. Epigr. Hagenbuchii p. 257.

ΣΩΦΡΟΝΑΚΡΗΣΚΕΝΤΕΙΝΑΝΕΧΩΝΤΑΦΟΣΕΝΘΑΔΕΚΕΥΘΩ
ΤΗΝΠΑΣΗΣΑΡΕΤΗΣΚΥΔΟΣΕΝΕΝΚΑΜΕΝΗΝ
ΗΤΙΣΕΝΙΖΩΟΙΣΙΝΟΚΩΣΑΝΕΤΕΛΛΕΝΕΩΟΣ
ΝΥΝΔΥΝΕΙΔΥΠΟΓΗΝΕΣΠΕΡΟΣΕΝΦΘΙΜΕΝΟΙΣ

Ita diſtinguit Hagenbuchius.

Σώφρονα Κρησκεντεῖναν ἔχων τάφος ἐνθάδε κεύθω,
Τὴν πάσης ἀρετῆς κῦδος ἐνεγκαμένην.
Ἥτις ἐνὶ ζωοῖσιν ὅκως ἀνετέλλεν ἑῷος,
Νῦν δύνει δ' ὑπὸ γῆν ἕσπερος ἐν φθιμένοις.

Idem

Idem latine vertit.

Hic Creſcentinam tumulus recondo modeſtam;
Omnis virtutis quae tulit omne decus.
Non magis in vivis illuxit Lucifer, ac nunc
Occidit infernis Heſperus ipſa locis.

Ad hoc marmor eleganter inciſum & optime conſervatum, Romae an. 1727. repertum, devectumque trans Alpes Argentoratum, has notas addit eruditiſſimus Jo. Gaſp. Hagenbuchius, poſterius nimirum epitaphii hujus diſtichon expreſſum eſſe ex Graeco Platonis in Aſterem, quod alteri adjunctum eſt in *Antholog. III. 6. epigr.* 2. at ſejunctum in Laertio *lib. III. Segm.* 29.

Ἀστὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν ἑῷος,
Νῦν δὲ θανὼν λάμπεις ἕσπερος ἐν φθιμένοις.

ubi Menagius Apuleji verſionem affert:

Lucifer ante meus rutilans mortalibus Aſter,
Heſperus a fato Manibus ecce nites.

Auſonius ſic reddit *epigr.* 144.

Stella prius ſuperis fulgebas Lucifer: & nunc
Extinctus caſſis lumine Veſper eris,

ſed nulla Platonis mentione habita, ideo notatus a Salmaſio (ad Spartiani Hadrianum 20.), qui contendit, omnia Auſonii epigrammata vel ex Graecis de verbo ad verbum expreſſa, vel de latinis veteribus adumbrata eſſe; quem Salmaſii locum Almeloveenius in ſyllabo plagiariorum miratur fugiſſe Tollium, quum Auſonium illuſtraret. Hactenus in reſp. ad Epiſt. Bouhierii Hagenbuchius, ubi, quam nos alibi indicavimus, opinionem non improbat Reineſii, aliorumque exiſtimantium, quoſdam veterum poetarum verſus ſaepe in lapidibus legi.

XXII.

Romae. *Murator. p.* 1235. *ex Ligorio.*

RAPTA . SINV . MATRIS . IACET . HIC . MISERABILIS . INFANS
ANTE . NOVEM . PLENOS . LVNAE . QVAM . VIVERET . ORBES
HANC . PATER . ET . MATER . MAESTI . FLEVERE . IACENTEM
PARVAQVE . MARMOREO . CLAVSERVNT . OSSA . SEPVLCRO

XXIII.

XXVIII.

Grut. p. 703. & Gorius Part. II. Ant. Etr. p. 119.

ΟΤΚ . ΕΘΑΝΕϹ . ΠΡΩΤΗ . ΜΕΤΕΒΗϹ
ΔΕϹ . ΑΜΙΝΟΝΑ . ΧΩΡΟΝ
ΚΑΙ . ΝΑΙΕΙϹ . ΜΑΚΑΡΩΝ . ΝΗϹΟΤϹ
ΘΑΛΙΗ . ΕΝΙ . ΠΟΛΛΗ
ΕΝΘΑ . ΚΑΤΗΛΥϹΙΩΝ . ΠΕΔΙΩΝ
ϹΚΙΡΤΩϹΑ . ΤΕΓΗΘΑϹ
ΑΝΘΕϹΙΝ . ΕΝ . ΜΑΛΑΚΟΙϹΙ . ΚΑΚΩΝ
ΕΚΤΟϹΘΕΝ . ΑΠΑΝΘΩΝ
ΟΤ . ΧΕΙΜΩΝ ΑΤΚΕΙϹ . ΟΤ . ΚΑΤΜΑ
ΟΤ . ΝΟϹΟϹ . ΕΝΟΧΔΕΙ
ΟΤ . ΠΙΝΗϹ . ΟΤ . ΔΙΨΟϹ . ΕΧΕΙϹ
ΑΛΛΟΤΔΕ . ΠΟΘΕΙΝΟϹ
ΑΝΘΡΩΠΩΝ . ΕΤΙ . ϹΟΙ , ΒΙΟΤΟϹ
ΖΩΕΙϹ . ΓΑΡ . ΑΜΕΜΠΤΩϹ
ΑΤΓΑΙϹ . ΕΝ . ΚΑΘΑΡΑΙϹ . ΕΝ . ΟΛΤΜ
ΠΟΤ . ΠΛΗϹΙΟΝ . ΟΝΤΟϹ
Π. ΑΙΛ. ΑΒΑϹΚΑΝΤΟϹ . ΑΙΛΙΑ
ΠΡΩΤΗ . ΘΤΓΑΤΡΙ . ΕΖΗϹΕΝ . ΕΤΗ
Ζ̄ . ΜΗΝΑϹ . ΙΑ̅ . ΗΜΕΡΑϹ . ΚΖ̅

Οὐκ ἔθανες Πρώτη· μετέβης δ᾽ ἐς ἀμείνονα χῶρον,
Καὶ ναίεις μακάρων νήσοις θαλίῃ ἔνι πολλῇ.
Ἔνθα κατ᾽ Ἠλυσίων πεδίων σκιρτῶσα τε γήθας
Ἄνθεσιν ἐν μαλακοῖσι: κακῶν ἔκτοσθεν ἀπάνθων.
Οὐ χειμών αὔκεις οὐ καῦμα, οὐ νόσος ἐνοχλεῖ,
Οὐ πίνης, οὐ δίψος ἔχεις· ἀλλ᾽ οὐδὲ ποθεινὸς
Ἀνθρώπων ἔτι· σοὶ βίοτος ζώεις γὰρ ἀμέμπτως,
Αὐγαῖς ἐν καθαραῖς ἐν Ὀλύμπου πλήσιον ὄντος.
Π. Αἰλ. Ἀβάσκαντος Αἰλία Πρώτη θυγατρί.
Ἐζήσεν ἔτη ζ.' μῆνας ιά. ἡμέρας κζ'.

Sic latine vertit Cl. Salvinius *ibid. p.* 120.

Mortua non es, Prima: at loca in meliora migraſti,
Teque beatorum dapibus tenet inſula feſtis.
Elyſia exultans paſſim per plana vagaris

Mollibus in pratis, cura & procul exulat omnis.
Non te laedit hyems, aeſtus, non denique morbus,
Non ſitis, atque fames cepit, vitaeque prioris
Te deſiderium tenet; inculpabile namque
Aevum agitas felix, nitidaque in ſede refulges,
Proxima qua ſedes clarum contingit olympum.

P. Aelius Abaſcantus Aliae Protae Filiae
Vixit Annos VII. Menſes XI. Dies XXVII.

Dat Muratorius, ſed mancam hanc inſcr. effoſſam Romae an. 1590. nunc Tornaci in Biblioth. publ. Cathedralis Tornacenſis. *Habes hic*, ait Muratorius, *elegantem Paradiſi deſcriptionem. Hunc beatitudinis locum Ethnici quoque agnoverunt*, ſed alii aliter. Nam 5. verſus nullum admittit in Elyſiis aeſtum: at in Muſeo Veronenſi *cap. II. Tab. I. num. V.* ſarcophagus eſt Ulpiae Marcellinae, cui ancillula cum flabello adſtat, quaſi eodem, quo in vivis, apud dominam miniſterio fungens. De flabellis pennatis, papyraceis, ſericis, gramineis, eorumque antiquitate nuper multa ex ſcriptoribus, gemmis, vaſculis, anaglyptis collegit doctiſſimus P. Paulus M. Paciaudius in commentario ſingulari *de Umbellae Geſtatione cap. VII.*

X X I X.

Florentiae apud Principem Corſinium.

Ex Gorio. Murator. Vol. II. pag. 1205. 10.

ΟΝ ΟΤΕ ΜΟΥΝΟΝ ΥΓΕΙΝΟΝ
ΑΔΕΛΦΕΟΝ ΟΙ ΜΕ ΤΕΚΟΝΤΕϹ
ΠΕΝΘΕΟΝ ΗΝΙΚ ΕΓω
ΠΕΝΤΑΕΙΗΖΟΜΕΝΗ
ΠΑΡΘΕΝΟϹ ΕΝ ΓΟΝΕϹϹΙΝ
ΕΘΗΛΕΟΝ Η ΑΓΑΠΗΤΗ
ΗΛΥΘΑ ΤΗΝ ΦΡΙΚΤΗΝ
ΕΙϹ ΑΙΔΑΟ ΠΟΛΙΝ
ΟΙ ΕΜΕ ΓΗΝΑΓΙ . . . Η ΜΗΤΕΡ
ΕΝΟΥϹ Ο . . . . . ΑΡΙΤωΝΟϹ
ΠΟΛΛΑΚΙ ΒωωΜΕΝΟΥ
ΧΑΙΡΕ ΠΡΟΚΛΑ ΘΥΓΑΤΕΡ

Ὂν ὅτε μοῦνον Ὑγεῖνον ἀδελφεὸν οἱ μὲ τέκοντες,
Πένθεον ἡνίκ' ἐγὼ πενταετηχόμεθμη.
Παρθένος ἐν γόνεασιν ἐθηλέον ἡ ἀγαπήτη,
Ἤλυθα τὴν φρικτὴν εἰς αἴδαο πόλιν.
Οἱ ἐμὲ γήνατε . . . . ἡ μήτηρ βένυς ὁ . . . Ἀριστώνος
Πολλάκι βοωμένη χαῖρε Πρόκλα θυγάτηρ.

Ita latine reddit Cl. Salvinius.

Tempus erat, quando fratrem luxere parentes
Hyginum ſolum, nunc ego virgo duos,
Ac tres nata annos florebam patribus alma,
Et veni horribilem Ditis ad uſque domum.
Et quae me genuit mater genere . . . . Aritonis
Clamantis ſaepe; o filia Procla vale.

XXX.

In platea Montisbelli Agri Ariminenſis. *Murator. p.* 1756. I.

T. TRVPPICVS T. F. PAPIRIA T. F. TERTIA

Duae natorum effigies.

CERNIS VT ORBA MEIS HOSPES MONVMENTA LOCAVI
ET TRISTIS SENIOR NATOS MISERANDA REQVIRO
EXEMPLIS REFERENDA MEA EST. DESERTA SENECTVS
VT STERILES VERE POSSINT GAVDERE MARITAE

Matris icon.

T. TRVPPICVS T. F. F.

Habet hanc inſcr., ſed corruptam Fabrettus *p.* 652.

XXXI.

In via latina effoſſum Ann. 1739. *Murator. p.* 1768. II.

INVIDA . SORS . FATI . RAPVISTI . VTILEM
SANCTAM . PVELLAM . BIS . QVINOS . ANNOS
NEC . PATRIS . AC . MATRIS . ES . MISERATA . PRECES
ACCEPTA . ET . CARA . SVEIS . MORTVA . HIC . SITA . SVM
CINIS . SVM . CINIS . TERRA . EST . TERRA . DEA . EST
ERGO . EGO . MORTVVA *ſic* . NON . SVM

Puellae nomen cum Cl. Muratorio ſuſpicor fuiſſe *Utilis*. En tibi ſorites, qua puella ſe quaſi Deam jactitat, minimeque mortuam: ſum ego *cinis*, ait, cinis *terra* eſt, & rurſus terra

eſt *Dea*, ergo &c. Captioſam hanc argumentationis ſpeciem Cicero *II. de Divin.* 4. appellat *acervalem*, Perſius *Sat. ult.* in fine *acervum* nuncupat Stoicorum proprium: Salvinius *in verſ. Italic. pag.* 61. interpretatur *Mucchio*.

XXXII.

In Parthenone S. Ambroſii. *Fabrett. V. p.* 418. *n.* 372.

D. M

CVRTIA . HIC . SITA . EST . FABIAE . NATA . FABIAEQVE

CEREALIS . EOREGIAE . GENTIS

NOMEN . CVRTIORVM . FABIORVM . COMPOSITVM

TVMVLO . SEMPER . SVB . TARTARA . VIBVNT.

In I. v. ſuſpicor FABIOQVE vel FABIO.

XXXIII.

E ſchedis Peniae. *Fabr. X. p.* 699. *n.* 208.

SALASIAE . L. F. MERVLAE

ANN. XIII. D. V. PROH . DOLOR

ET . LACHRYMAE . MERVLA

MATER . INFELICISSIMA

SIBI . ET . SVIS . O. V. F

NASCENTES MORIMVR . FINISQVE AB ORIGINE PENDET.

XXXIV.

Romae in S. Pudentianae. *Ald. Manut. Orthogr. p.* 464.

1. MATERIA TALETE VIX. AN. XXVII.

TV PATER ET MATER LACRVMIS RETINETE DOLOREM

2. NAM FATO RAPTAM NON POTES ERIPERE

1. Murat. *p.* 1129. 3. legit ALTERA *Talete*, & LACRYMIS.

2. Ita Virg. *Deſine Fata Deum flecti ſperare precando*.

XXXV.

E ſched. Vaticanis Lilii. *Fabrett. II. p.* 64. *n.* 2.

D . M . S

SVM . CASTAE . CINERVM . LAPIS . PVELLAE

CVSTOS . ME . RELEGENS . PIVS . VIATOR

HVIVS . COGNITA . SI . TIBI . FVISSET

VIRTVS . LACHRYMVLIS . TVIS . RIGARES

EVODIAE . CYPARAE . ANN. VI

XXXVI.

Digitized by Google

XXXVI.

Gudius p. 217.

D . M

AELIAE . P. F. SABINAE . DVLCISSIM

AELIVS . TROPHIMVS . ET . LONGINIA

SABINA . PARENTES . FECERVNT

QVISQVIS . ADES . CELERI . GRESSV PRECOR

1. ITO . VIATOR . ITO . PROCVL . ET . LINQVE . NEFAS

TIBI . DICO . VIATOR . PARCE . OCVLIS . NEC NOSTRA

VELIS [2] . COGNOSCERE . FATA . SANGVINEA

PALLA . QVAE . TEXIT . PRODIGA CLOTHO . ET

PAVIT . RVPISSE . SVAS . QVOQVE . FILA . SORORES

2 *Fabrett.* VELLIS.

In ſiniſtro latere.

LVCTIFICA . PROPERANTE . MANV . IAM

SISTE . VIATOR . NE . TIBI . SIM . PENITVS . QVAE

RENTI . CAVSA . DOLORIS . SEDE . SVB . HAC

PARVA . TITVLO . PARVOQVE . TENETVR

PARVA . *ani*MA . DOLOR . IMMENSVS . CRV

DELEQVE . FVNVS (*patera hic erat*) ORBATVSQVE

PARENS . GEMINVS . SPES . DVRA . TRIENNI

DIRAQVE . SORS . LETI . PLACET . HOC . FORTV

NA . SEPVLCHRVM.

Quicquid ad laevam legitur in Fabretto deeſſe vides *c. III. pag.* 238. *num.* 635.

1. NEFAS non ad *crimen* cum Reineſio *inſcr.* 632. ſed ad infelicitatem referri oportet. Apud Lucil. *Sat. III. nefas* pro *infelix* dicitur. Ita ubi Druſus obiit, caſtra dicta ſunt *ſcelerata Svet. Claud. I.* & Druſi exequiae *facinus* dicuntur *in Conſol. ad Liviam.*

Funera ducuntur Romana per oppida Druſi,
Heu facinus! per quae victor iturus erat.

Hoc ſenſu conſanguinei mortuorum, in primis matres ſe in lapidibus INFELICISSIMAS vocant, nec infelices modo, ſed CRVDELES, IMPIAS, SCELERATAS. *Fabrett. III. p. 236. & ſeqq.* Neque

que ab hac doloris intolerantia vacui prorſus fuerunt primi Chriſtifideles: exempli cauſa vid. *inſcr.* 3. *Claſſ.* X.

XXXVII.

Romae. *Grut. pag.* 895. 10.

VMMIDIAE . MANES . TVMVLVS . TEGIT
ISTE . SIMVLQVE . PRIMIGENI . VERNAE
QVOS . TVLIT . VNA . DIES . NAM . CAPITOLINAE
COMPRESSI . EXAMINE . TVRBAE
SVPREMVM . FATI . COMPETIERE
DIEM
VMMIDIAE . C. F. ET . P. VMMIDIO . PRIMIGENIO
VIX. AN. XIII. P. VMMIDIVS . ANOPTES . FECIT

XXXVIII.

Romae ſub Capitolio. *Grut. p.* 665. 8.

D Θ K M
EIKOCINEΞ . ΛΥΚΑΒΑCΙΝΕΤω
ΖΗCACA . CABEINA
ΚΑΙ . ΜΗCΙΝ . ΤΕΤΡΑCΙΝ . ΕΙΤΕΝ
ΔΕΚΑΤΟΝ . ΠΑΛΙΝ . ΗΜΑΡ.
ΤΗΔΕ . COPω . ΚΕΙΜΑΙ . ΘΥΓΑΤΡΟC . ΜΕΤΑ
ΗΜΕ . ΔΙωΞΕΝ
ΔΙΞΑΜΕΝΗ . CΤΟΡΓΗΝ . ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΑ
ΔΟΓΜΑCΙ . ΜΟΙΡωΝ
HIC . IACET . EXANIMIS . TVMVLIS . AELIA
SABINA
CVM . SVA . NATA . SIMVL . FETV . QVEM
PROCREAT . IPSA
O . FORTVNA . FIDEM . QVANTAM
MVTASTI . MALIGNE
QVEM . GENVIT . GENETRIX . SECVM
TENET . IN LARE . DITIS

Εἰκόσιν ἐξ λυκάβασιν ἐγὼ ζήσασα Σαβεῖνα,
Καὶ μήσιν τέτρασιν, ἔτιν δέκατον πάλιν ἦμαρ,
Τῇδε σόρῳ κεῖμαι· θυγατρὸς μεθ' ἣ μεδιώξεν
Διξαμένη στοργὴν φιλομήτορα δόγμασι μοίρων.

Sic

Sic ego vertebam.

Vixi ego viginti quae ſex anniſque Sabina,
Menſibus & quatuor, rurſus bis quinque diebus,
Cum nata hic jaceo, noſtri quae gloria, amore
In matrem ingenito fuerat, dum fata ſinebant.

XXXIX.

Romae apud Maffejos. *Grut. pag.* 915. 5.

DIS . MANIBVS
IVLIAE . HELPIDIS
OSSA . PIA . CINERESQVE
SACRI . HIC . ECCE . QVIESCVNT

XL.

Romae. *Grut. pag.* 909. 14.

D M
HOC . ANNVLLINAE . MEI
MEMORANTVR . CARMINE
MANES . PARVOLA . QVAE . VIX
DENOS . . . . MENSES . SED . MEA
DIVINA . NON . EST . ITVRA . SVB
VMBRAS . COELESTIS
1. ANIMA . MVNDVS . ME . SVMPSIT
ET . ASTRA . CORPVS . HABET
TELLVS . ET . SAXVM . NOMINE
INANE

1. Haec plane cum iis congruunt, quae ſaepe alias animadvertimus, & quae Socrates apud Platonem in *Axiocho*, ſeu *lib. XXXVI. Tranſis itaque non in mortem, Axioche, ſed in immortalitatem; non in amiſſionem bonorum, ſed in ſynceriorem eorum perceptionem, neque ad voluptates mortali confuſas corpori, ſed ab omnibus prorſus moleſtiis purgatas. Illuc enim ex hoc ſolutus carcere proficiſceris, ubi requieta laetaque omnia, & nulla fatiſcentia ſenecta, tranquillamque illic perages vitam ab omnibus liberam incommodis, ſerena placidam quiete, rerum contemplans naturam, atque philoſophiae non ad turbam, neque in ſpeciem, ſed ad puram germanamque deditus veritatem.*

XLI.

X L I.

Genevae. *Grut. pag.* 713. 4.

D M S

VETVRIAE . C. F. BELLAE

HEV . POSITAE . GNATAE . TRISTES . POSVERE . PARENTES

C. VETVRIVS . Q. F. C. N. OVF*entina*

IVLIANA . D. F. SCAPT*ia tribu*

LIBB. MER

X L I I.

Romae in S. Eraſmo. *Grut. p.* 654. 5.

D . M

IMMATVRA . QVIES . QVOS . ABSTVLIT . HIC . SITI . SVNT . TRES

MATER . CVM . PARVIS . PIGNORIBVS . GEMINIS

POLLIA . SATVRNINA . PARENS . TRIGINTA . PER . ANNOS

1. VIXIT . ET . ENITVIT . DOCTA . SONARE . MELE

OCTO . PVER . TITIVS . PROLES . CITO . RAPTA . PHILIPPVS [a]

ET . FRATRI . TENERO . KARIOR . VNA . SOROR

AELIA . SATVRNINA . OBIT . VNO . INSVPER . ANNO

2. NEC . SALTVS . VITAM . PROTVLIT . AVT . CHOREAE

a In quinto verſu alibi legitur PHILVMNVS pro *Philippus*.

1. *Mele* a melos in plurali uſurpatum eſt a Lucretio *II.*

Ac muſea mele, per chordas organici quae
Mobilibus digitis expergefacta figurant.

Ac iterum eodem libro *v.* 504.

Et cygnea mele, Phoebeaque daedala chordis
Carmina conſimili ratione oppreſſa ſilerent.

2. Aeque matrem ac filiam feciſſe hiſtrionicam dixeris; ſed nobilitas nominis dubitandi anſam praebet ex earum numero extitiſſe, quibus ſuccenſebat Horatius *III. Od.* 6.

Foecunda culpae ſecula nuptias
Primum inquinavere, & genus, & domos.
Hoc fonte derivata clades
In patriam populumque fluxit.
Motus doceri gaudet Jonicos
Matura virgo, & fingitur artibus jam nunc.

SY-

SYNOPSIS.

Stoica ſepulcri contemtio improbata : laudata Romanorum in ſervos pietas . Libertorum ſuperba monumenta . Aconiae gentis origo , opes , ſepulcrum . Praetorianarum cohortium varius numerus ; ubi caſtrum , & ſepulcrum ? Libertorum cippi ſingulares in vinea Quintia . Redemtores ab Aerario : Viatores ad Aerarium . Sepulcri vendendi , vel alienandi ratio ſingularis . II. *Libertorum ſocietas in parando conditorio . Columbaria & ollae ſorte diſtributae . Explicatae formulae* ſine ſorte , & extra ſortem . *Orcus Peregrinus .* III. *Liberti , ſervique a dominis in ſepulcri communionem admiſſi . Damnata quorundam crudelitas in ſervitutem . Ex columbariis turba ſervorum incredibilis comprobata . Ollae ſingulares , & perpetuae . Reineſius , ac Fletwodus emendati . Unde titulorum barbaries ? Soloeciſmorum diverſae ſpecies in Urbe perfamiliares aevo etiam Ciceronis aureo .* V. *Claudii , Antonini , Hadriani , & generatim nimia imperatorum in libertos indulgentia arguitur. Ficoronius de Urbis pomeriis emendatur .* VI. *Liberti , ut novi cives , nomen a patrono deſumebant . Raro ab hac lege deſcitum . Adoptati quomodo darent libertis nomen ? Alia , ac virorum , erat feminarum ratio . Veſtalium liberti nomen a Veſtali maxima mutuabantur . Libertorum , Libertarumque deſignandi ratio ſemper eſt L vel LIB , nunquam LI. Patronorum praenomina , vel cognomina ſequi ſolet L , vel LIB : raro ſecus . Ubi patroni praenomen , ac nomen adeſt , interdum nihil addi ſolet , praeter liberti cognomen .* VII. *Cum*

genitivis patronorum ſi deſint ſigla L vel LIB. ſemper intelligendus ſervus. Fabretti, & Muratorii error. Cur in lapidibus illa formula ſive ſervo, ſive liberto meo? *Negatur ſervis fuiſſe libertos. Nomina inflexa in ANVS non ſemper in libertis prioris patroni memoriam denotant.* VIII. *Servorum diverſa nomina pro varietate locorum. De Puticulis, & Culignis. Sponii notatus lapſus de uſtrino publico.* IX. *Vernarum conditio. Urſati, & Reineſii erratum. Vernis data miniſteria ſelecta. Variae Diſpenſatorum ſpecies numerantur. De paedagogis, & cura veterum in liberis educandis. De ſervis ordinariis, & vicariis.* X. *Servorum, libertorumque officia cognominibus non ſemper poſtponi ſolita. Artium, officiorumque genera in potentiorum domibus innumera. Inter familiae titulos lectiſſimi erant gradus Immunis, Decurionis, Honorati, & Magiſtratus, ſeu Magiſterii.*

DIS-

Digitized by Google

DISSERTATIO IX.

De Libertorum Servorumque Sepultura.

EQVITI ORNATISSIMO

HIERONYMO STACCOLO.

SI de benevolentia, quam quiſque habeat erga nos, prudenter Cicero primum illud eſſe in officio docet, ut ei plurimum debeamus, a quo plurimum diligamur, jure me tibi in primis, Eques optime ac ornatiſſime, tam plane gratum, quam qui maxime, tum videri, tum eſſe oportet. Ac tanto magis, quanto eſt ſuavior ille fons, unde in me tua profecta ſunt non dico officia, ſed merita. Vita ſunt cariores optimi cuique liberi, quales tui, quorum in caritate ſunt omnes tibi repoſitae voluptates. Cauſa quae ſit, jam vides, cur me tibi devinctior vix alter debeat, aut eſſe poſſit. Ea quippe, quam praeceptor ille honeſtatis graviſſimus dicebat Plato, primam haberi & maximam oportere, vehementiſſime te cura urgente, ut filii nimirum tui liberaliter inſtituerentur, non prae ceteris modo, quae ubique lucent, Collegium Nazarenum delegiſti, verum etiam, quod ad me ſpectat, hujus tuae voluntatis ea conditio fuit, ut fidei, diligentiae, curae praecipue meae committerentur.

Digitized by Google

Mihi ſcilicet illa bona, quae, aut nihil in rebus dulce, nihil ſuave eſt, aut ſola omnium jucundiſſima ſunt, tecum eſſe communia voluiſti. De litteris, de moribus, de ſtudiis loquor, quibus ſi excellant liberi, dici vix poteſt, ne fingi quidem, quanta hinc parentibus delectatio. Quos enim fructus adulta jam aetate non ferat animus, cui nihil a primis annis jucundius fuerit, quam vera virtus? Ac tibi ex his fructibus jam eſſe gaudeo in manu alios, alios in ſpe haud dubia. Creſcentinus, qui ſtudiorum curſum multa cum laude emenſus jam ad te rediit, quam ſedulo majora inquirat, quam avide meliora urgeat, ab obedientia vero, quae in iſtius fervore aetatis ſi ſalva ſit, ſalva ſunt omnia, quam diligenter ſtudeat nuſquam deflectere, tu teſtis es, non ſuaſor. Quid Eques Hieroſolymitanus F. Franciſcus, ille amor ac deliciae tuae? Ceteris ut de laudibus conticeſcam, ea plane modeſtia eſt, quam anxie requirit apud Platonem Socrates, commendatque ſummopere in quodam Attico juvene, quem ait ad honeſtatis, ad virtutis, ad litterarum ſtudia non aliter venire ſolitum, atque oleum ſoleat ſine ſtrepitu defluere tranquille ac placide. Talis eſt, mihi crede, omnino hic tuus. Quum igitur, ut dicebam, id mecum boni communicaveris, quo nihil homini melius, nihil homine dignius, neminem fore puto, qui obſervantiam improbet hanc in te meam. An, quod ſolvendo non ſim, officii negligens eſſe debeam? Quanquam equidem non iſtuc appuli, tibi ut gratus eſſem, ſed mihi ut te beneficum invenirem. Huic Diſſertationi ſi per te liceat nomine inſignitam prodire tuo, erit id novi in me promeriti & beneficii loco. Tuam quippe ſive patriam, ſive gentem, ſive, quod caput eſt,

te

te ipſum ſpectem, perhonorifice mecum egeris, niſi iſtam tui nominis inſcriptionem latere jubeas: Ipſum Urbini nomen quantum amplitudinis habet, quantum auctoritatis? Quae civitas tametſi tum dominatu olim celebris, tum vetuſtate cum antiquiſſimis Romanorum municipiis comparanda, civium autem nobilitate, prudentia, moribus, humanitate ſummis quibuſque urbibus ſit plane par, multis longe ſuperior, ſi Pontifex vere O. M., ſi Cardinales, ſi Praeſules iſtic ad gloriam geniti educatique conſiderentur: ſolo tamen ſplendore pulcherrimarum artium & ingeniorum divina vi in tanta nominis celebritate ubique fulget, ut nullae unquam litterae vel tam ingratae, vel tam immemores futurae ſint, quae non illius laudes immortalitatis memoria proſequantur. Quid vero dicam de gente tua? cujus in ſinu, ut perantiqua & maxime generoſa nobilitatis decora miſſa faciam, ſemper litterae ſedem ſtabilem nactae ſunt. Quoniam porro me longius pervagari nec tempus, nec locus ſinit, duo tantum lumina admirabor, Seraphinum ſcilicet, ac pignus ejus digniſſimum Auguſtinum ſuorum Principum apud Sedem Apoſtolicam Oratores. Hic vero & ſoluta oratione, & poeſeos laudibus quantum valuerit, non me profecto dicere oportet, quum ab Innocentio VIII. P. M. epiſtolarum ſuarum ſcriptor [a] delectus fuerit, & inter poetas ſui temporis praeſtantiſſimos [b] commendetur. Seraphinus autem qui vir, Deus immortalis! cujus doctrinam omnes illorum

a *Ciampinius pag XIII. Philipp. Bonamicus de Cl. Pontific. epiſt. Scriptorib pag 103. & 211.*

b *Federic. Ubaldinius in vit. Angeli Colotii pag. 56. Campanus epiſt lib. VI. pag. 49 56. & IX pag. 70 Jacobus Cardin. Ticinenſis epiſt. 212. Marius Creſcimben. Vol. I. pag. 31.*

lorum temporum [a] hiſtorici perhonorifice praedicant; Albertus autem [b] tam ſingulariter, ut nihil ſupra. Ubi de Urbino loquitur, in clariſſimorum hominum tanta copia, quantam iſtic ſemper floruiſſe conſtat, ab ſe ſatis exiſtimat nobiliſſimae civitatis gloriam in ſuo lumine collocatam, ſi duos tantum cives commemoret, Seraphinum nempe, cujus inter Advocatos Conſiſtoriales nunquam deficiet laus, & Sancium Raphaelem ubique gentium immortalem. Nec imagines iis ſimiles non plures enitent domi tuae. An ideo minus tu laude dignus, quia fortes creantur fortibus? Imo hac de cauſa optimo cuique te ſimillimum judico. Editus illo ſanguine, cujus egregia vis ad magna, ad ampla quaelibet omnes inde genitos rapit, nihil antiquius habuiſti, quam ut accepta a majoribus glorioſa decora, poſſeſſionemque honoris tot ſeculis incorruptam non conſervares modo, verum etiam augeres, & nobilitatis ornantia ceteros praeclara inſignia tuis ipſe virtutibus exornares, quod & excellenter antea praeſtitiſti, & ita quotidie praeſtas, ut nemo magis. Nam ſi de virtutibus his lenioribus ſermo ſit, comitate, modeſtia, temperantia, facilitate, eas in te non dicam neminem deſiderare, ſed non admodum laudare, colere, admirari: ſi dotes animi ſpectem, in quibus id ſitum eſt, quicquid philoſophi honeſtum, quicquid decorum nuncupant, earum in te non ſimulacrum aliquod, ſed ipſa res, eademque perfecta cernitur, ſummis, infimis, mediocribus perjucunda. Quis autem doctrinae amor? quis litterarum? is nimirum, qui patriam, qui majores, qui inge-

a *Cartarius in Syllabo Advocat Conſiſtor. pag. 44 Fl. Blondus in Italia Illuſtrat. in Piceno pag 336. F. Caſimiras a Roma pag. 78. XI. XII.*

b *In Deſcript. Italiae pag. 263.*

ingenium decet tuum. Eſt ergo ejuſmodi iſta nominis inſcriptio tui, quae dignitatem afferat ſcriptis meis, non tuis in me meritis gratiam referat; ſed quoniam, ut ante dixi, propoſitum hoc mihi fuit, ut abs te acciperem novum munus, non ut veteribus gratus eſſem, ideo id ſpectes pervelim, non quod genus offeram obſervantiae, ſed quo animo. Animus quippe is eſt, unde rebus accedit pretium, unde levia etiam munuſcula illuſtrantur.

I. Valeat rigida illa vox auditu dictuque aſpera Stoicorum parum intereſſe dicentium, ſuper terram, an infra quis putreſcat; urnam qui non habeat, eum caelo contegi; ſentienti onus eſſe terram, non ſentienti ſupervacaneam [a]; undique ad inferos tantundem eſſe viae, ac denique ipſum tempus pulcherrimam cineri ſepulturam daturum pretioſiſſimis rebus, nempe ſole [b] & imbribus, abſumto corpore. Haec admittat, haec probet, qui omnem in ſuos amorem ac ipſam exuit humanitatem. Jus ſepulcri ſanctiſſimum ſemper duxit optima quaeque reſpublica, Romana in primis, ubi ſuperbi cognomen Tarquinio fuit, quod [c] ſocerum gener ſepultura prohibuiſſet, Romulum *periiſſe* dictitans *inſepultum*. At Romae cinerum ſuprema quies non affinitati modo, ſed & ſervitio cuique infimo data eſt. Etenim vel abjectiſſimae conditionis ſervulos, ne, quod nefas erat, inhumatos videret [d] ſol, ſepelire dominus tenebatur. Egregie quidem. Nihil enim magis e natura eſt, quam tolli fortunae diſcrimen in morte. Hinc ſepulcri locus jure ſacer habebatur [e] & religio-

a *Cic. Tuſc. I. Senecæ de Tranquill. XIV. & Ep. 92.*

b *Laert. in vita Diog. & Anaxag.*

c *Liv. I. 19.*

d *L. ſi filius fam. 31 § qui ſerv. D. de relig. & ſumt. fun.*

e *Val. Max. V. 1.*

gioſus, ſive ad ingenuum pertineret, ſive ad ſervile genus. De hoc nunc agendum, ſed ita, ut de libertis primum, deinde de ſervis. Illi quidem aut impendio ipſi ſuo, aut multi ſocietate inita ſibi ſuiſque ſepulturae locum parabant, aut a dominis in ſepulcri communionem admittebantur. Quum libertos dico ſuis ſibi opibus monumenta comparaviſſe, non tantum de vulgaribus loquor, ſed de marmoreis & ornatiſſimis, quae non ſine ſtomacho prudentum oculis occurrebant; propterea Varro in Augusti tonſorem, cujus ſepulcrum pretioſi operis in via Salaria extitiſſe Cornutus aſſerit, indignabundus ſcripſit [a]:

Marmoreo tumulo Licinus jacet: at Cato nullo:
Pompejus parvo. Credimus eſſe Deos?

In via Flaminia Paris pantomimus, & Glaucia ſuperbiſſime jacuerunt, nacti inſuper, a quo laudarentur, putidum adulatorem [b], multo ſane digniorem Naugerii flammis, quam Plinii elogio [c], aut Aelii Veri aeſtimatione, a quo ſuus eſt Virgilius [d] inſulſe ac temere appellatus. Sed de ſepulcris libertorum propriis, quae vetuſtis in titulis paſſim videre licet, tacere praeſtat, quam notiſſima obtrudere. Unum haud taedebit obſervaviſſe detectum nuper in via Salaria. Cum villa Naria, litteratis lapidibus, qui anno 1736. inventi ſunt, foecundiſſima continentem habet villam, non amplam, ſed nitidiſſimam Eques Quintius, vel Dequinque, Patricius Romanus. Ejus juſſu dum tellus illic ad uſum vineae effodiebatur, columbarium apparuit haud ignobile, olim ſpectans, ut indicant inſcriptiones, ad gentem Aconiam, circa Hadriani tempora

a *Lib. Gyrald. Hiſt. de Poet.*
b *Martial. VI. 28. & XI. 14.*
c *Epiſt. III. 21.*
d *Spartian. in vita.*

pora tenuem adhuc, at ſub Conſtantiis auctam opibus, & praefecturis, ac conſulatibus illuſtratam, cujus originem ex civitate Laude petendam eſſe lapis hic aperit Q. Aconii Meſſoris ex Tribu Pupinia, militis Praetoriani, qui ſtipendia meruit, indice 7 [a] in ſeptima Centuria, cohortis XI, ſub Centurione C. Calpurnio Tacito.

Q. ACONIVS Q. F. PVP. MESSOR LAVDE MIL. COH. XI. PR
7 C. CALPVRNI TACITI STIPEND. XIIX. VIX. ANN. XL.
TEST. FIERI IVSSIT H. S. E.

Obſervare juvat duo. Primo Q. Aconium praetorianum, cujus inſcriptio an. 1736. in villa Naria effoſſa eſt, cum ſuis commilitonibus, quam in ſepulcro gentilitio, maluiſſe condi; deinde ſepulcra praetorianorum, quorum caſtrum ab hac vicinia non procul aberat, partem utriuſque praedictae villae occupaviſſe. Nam in altera jam pridem, nuper in altera nonnulli eorum tituli reperti ſunt, in quibus quum cohortes non ſuperent XII, forma praeterea characteris perbella ſit, non ſine cauſa cum Cl. Rodulphino Venuto [b] ſuſpicari licet, ad tempora pertinere, quae ab Auguſto uſque ad Vitellium percurrerunt: is enim confuſo militiae ordine [c] ſexdecim praetorias inſtituit, aucto deinceps ſub Gordiano [d] earum numero uſque ad XXXIII. Sed ad libertos. In demolitione columbarii gentis Aconiae, ſub ejus fundamentis integra nonnulla corpora reperta ſunt, magnis tantum imbricibus obtecta, in quorum uno legebatur figulina Fl. Poſidii in via Nomentana, cujus porta ab his officinis audiit *Figulenſis*, & conſula-

a Vid. *Probus*, *Aldus*, *Goltius*, *Sertorius Urſatus in not.*
b Vid. *Ephem. Typogr. Palearini. Ann.* 1750.
c *Tacit. Hiſt. II.* 93.
d *Goltzius pag.* 100.

tus patuit Petini, & Apri An. Vr. 876. Chr. 123. VII imperii Hadriani:

FLAVII . PHOEBI . EX. FIG. FL. POSIDII
VIAE . NOM. P. ET. APRO
COS

Ubi illa jacebant corpora, areae longitudo erat palmorum 22., latitudo 20., erantque ad angulos quatuor termini, ſive cippi, duo majores ad viam ſpectabant, minores ad campum: in illis ſic legebatur:

I.

. . . . . . I. Θ
P. TVRPILIVS
A. L. PHRONIMVS
REDEMPTOR. AB. AER.
IN. FRONTE. PED. XVIII.
IN. AGR. PED. XX.

II.

P. TVRPILIVS. A. L.
NIGER. RED. AB. AER
TVRPILIA. A. L. PITASIAS
IN. FRONTE. P. XVIII.
IN AGRO. P. XX.

In utroque cippo minore ſic erat inſcriptum:

IN. FRONTE. P. XVIII.
IN AGRO. P. XX.

Singulis cippis ſingula erant & magna foramina, ubi fortaſſe tigilli, aut repagula ferrea, ſive lignea infixa & mutuo connexa haerebant, ut area ſepulcralis ab his libertis comparata diſtingueretur. In media area praeter integra cadavera quinque erant ollae cinerariae cum marmoreo oper-

operculo perforato, marmor praeterea foraminibus plenum pro libationibus, ac prope aderat capri caput, ſacrificii funebris argumentum. Redemtores pro exactoribus ac publicanis uſurpant Cicero, Labeo, Ulpianus: ſed REDEMPTORES AB AERario vox eſt in lapidibus nova, quae forte indicat hoſce Turpiliae gentis libertos ad ſervos publicos tranſiiſſe, qui tributa exigebant in aerarium transferenda. De his ſervis mentio fit Romae in marmore, quod extat in domo Capponia, ubi cernitur crumena plena, in cujus centro legitur [a]: VIATOR AD AERARIVM. Ex hoc monumento colligi interea poteſt, non fuiſſe nefas, ſepulcra vendere, vel alio quocunque modo alienare, dum eorum, qui ibi jacebant, Manes non turbarentur; itaque ſuper hoſce Turpiliae gentis libertos familia Aconia, nulla ex parte eorum cineribus violatis, columbarium ſibi exiguum ſane, ut dicebam, ſed non ignobile aedificavit. Juvat demum ad vocem REDEMPTOR animadvertere, quam tradit Lambinus in praefatione ad Horatium, non vere antiquam & inculpatam ſcribendi regulam habendam eſſe, eas nimirum voces, quae in praeteritis carent P, carere etiam in ſupinis, & in nominibus derivatis.

II. Liberti ſocietatem inter ſe aliquando inibant in ſepulcro parando. Id oſtendit Licinius Alexa apud Fabrettum [b], qui monumento ſociorum expenſis extruendo praefuit, ſociorumque triclinium ex ſua pecunia tectorio opere perpolivit; & ideo ex amicorum aere collato imago ei facta fuit. Perſaepe communia haec ſepulcra domi-

a *Confer Murator. Theſaur. Cl. VI. pag. DVII. n. 7.*
b *Ant. Inſcr. VI. pag.* 449.

Digitized by Google

norum indulgentia concedebantur: ſed quorumcunque, ſeu dominorum ſcilicet, aut ſociorum impendio fierent, certus cuique ollarum numerus decernebatur: in qua ollarum diſtributione, nulla officiorum ratione habita, columbaria cuique ſorte aſſignabantur, quod acer ille antiquitatis inveſtigator, doctiſſimus Praeſul [a] Blanchinius cum vitae ſuae diſcrimine obſervavit. Conſtat id etiam ex inſcriptione ſupradicti Licinii, cui primo omnium ab ſociis ſex ollae, quaſcunque vellet, ſine ſorte conceſſae ſunt. Sortis vox admonet, has dicendi formulas *ſine ſorte*, *& extra ſortem* differre plurimum. Sepulcra extra ſortem Laſius [b] interpretatur cippos, vel militi promiſcue in agris datos nec miſſa ſorte, nec ulla pedum menſura adhibita, vel in locis abditis conceſſos iis, qui obierant cum infamiae nota. Altera hujus ſententiae pars Platonis auctoritate innititur [c], qui de iis agens, qui ſe ipſos vita & ſorte fatorum privaverant, ſepulturam iis ſolitariam tribuit, ubi alius nemo condatur: deinde ſepeliri eoſdem jubet in iis locis, quae de duodecim regionis partibus ultima, deſerta, inominata ſunt, ut neque pila, neque inſcripto nomine ſepulcra diſtinguantur. Guichardus hoc loquendi genus ab agrorum deſignatione deſumit, quae fiebat illis, qui in colonias deducebantur. Auctores enim diviſionum ſingulis agri partem adſignabant, ubi ſepulcra familiae eſſent: qui autem extra partem domui ſuae conceſſam ſepultus eſſet, & poſitus in fundo alieno, is *extra ſortem* jacere dicebatur. Favet huic opinioni M. Bruti epiſtola ad Ciceronem [d], ubi *aequaliter*, inquit,

aut

a *De ſepulcr. Rom. Aug. p. 37.*
b *Comment. III. 18.*
c *De Leg. IX.*
d *Cic. Ep. Fam. XI. 20.*

aut ſorte agros legionibus aſſignari puto oportere. Gutherius [a] autem poſtquam Ovidii [b] auctoritate probavit, ſortem pro genere, & cum Cicerone [c], ac Varrone [d] pro patrimonio uſurpari, concludit demum *extra ſortem* idem eſſe ac *extra ſacra*, *& gentem*, *& familiare ſepulcrum*. Laſii, & Guichardi opinioni Gutherianam anteponendam reor, quod haec formula extra ſortem neque in militaribus tantum cippis, neque in coloniis duntaxat, ſed & alibi videatur, uti Romae in mulieris titulo, quam ob infamiae notam [e] PARENTES INFELICISSIMI TACITO NOMINE EXTRA SORTEM POSVERE. Quod ſi ſors nunc pro gente, nunc pro patrimonio apud veteres ſumebatur, nec apud Latinos tantum, ſed etiam Hebraeos, ut illud Davidicum comprobat, *ſorte diviſit eis terram in funiculo diſtributionis*, jam *ſine ſorte* apparet idem eſſe ac ſine patrimonio, & *extra ſortem* ſepeliri non eſſe aliud, quam alieno in monumento condi. Itaque ſepulcra extra ſortem non ad infames tantum ſpectabant, verum ad eos etiam, qui peregre mortui extra majorum monumentum ſepeliebantur, aut qui honoris, & amicitiae cauſa alieno mauſoleo aut columbario tradebantur, quod per *orcum peregrinum* Pitiſchus deſignari putat [g] hanc interpretans clauſulam Neapoli inventam: ORCO PEREGRINO.

III. Libertos a dominis in ſepulcri communionem admitti conſueviſſe ipſa ſepulcrorum diviſio docet, quorum pars vel dimidia, vel tertia, vel alia quantulacunque ſaepe liberto [h] alicui, aut libertis [i] concedebatur.

Ac

a *De Jur. Man. II. 25.*
b *Faſtorum VI.*
c *In Verrem VIII.*
d *De L. L V.*
e Vid. *Guther. loc. cit.*
f *Lexic. in v. Orcus.*
g *Pſalm. 77.*
h *Grut 614. 11.*
i *Idem 562. 14.*

Ac praeſertim ea conſuetudo patet ex trita & paſſim obvia illa formula LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM; quam quidem formulam etſi nonnulli Juriſconſulti inutilem atque inanem exiſtimaverint, niſi quum liberti heredes patrono extiterint [a]; hujuſcemodi tamen legis ſeveritatem minime fuiſſe admiſſam prudenter eruditi ex eo [b] argumentantur, quod interdum certi liberti, aut libertae nominatim a ſepulcri communione excluderentur. Quanquam enim nonnullorum in ſervile genus crudelitas tanta eſſet, ut omne murmur virga compeſcerent, & ne fortuita quidem ſine verberibus ferrent; tuſſim [c], ſternutamentum, ſingultum magno malo tribuerent: plerique tamen hoc genus hominum nonniſi ex cauſa, & tum etiam leniter caſtigabant, a ſepulcri communione certe non prohibebant, *hoc ſibi poſcente* (utar Fabretti verbis) *ſocietate generis, & inſita Romanis humanitate*. Itaque in mauſoleis praeter columbaria fornicata & elegantia, alia perſaepe inerant anguſta, ruſtica, ſingularia, parata ſcilicet libertorum mancipiorumque cineribus componendis. Neque Caeſares ab hoc officio abhorruiſſe argumento ſunt ſepulcra libertorum ſervorumque domus Auguſtae, unde non hyperbolicam fuiſſe conſtat, ſed veritati maxime conſentaneam illam ſcriptorum formulam, nempe *miniſtrum populum*, *longum ordinem*, *gregem*, *agmen*, *cohortem*, *legionem ſervorum*. Nam in columbariis duo tantum ſepulcra implentibus VI. millia. loculorum numerata ſunt, integra nimirum [d] miniſtra legio. Quid ſi addideris tum ſepulcra ad arcum Druſi, olim prope portam Cape-

a *Vlpian. in l. vel quae 6. de relig. & ſumtu.*

b *Fabrett. Ant. Inſcr. pag. 148.*

c *Macrob. Saturn I. 11.*

d *Blanchin. in Columb. Liv. p. V.*

Capenam, nunc intra portas, tum monumenta familiaria alibi conſtituta? Auguſtus enim familiam pene immenſam habuit urbanam, & ruſticam in Latio, & extra Latium in villis ac praediis maritimiſque regionibus occupatam. Prudenter igitur apud Senecam ſenatus conſideravit, quantum periculum [a] immineret, ſi ſervos a civibus cultus diſtingueret, & mancipia liberos numerare coepiſſent. Res enim eo devenerat, ut non tam matronae, quam puellae principes praeter paedagogos haberent proprium aulicum famulitium, quod Blanchinius colligit ex inſcriptione Jucundi, Agrippinae diſpenſatoris. Romani quippe quo plures alebant ſervos, eo potentiores habebantur [b]:

Protinus ad cenſum, de moribus ultima fiet
Quaeſtio, quot paſcit ſervos?

Magna haec probe ſunt, ſed multo majora, quae narrant Plinius, Seneca, Athenaeus. Ille enim [c] refert, C. Caecilium C. L. Iſidorum, quamvis multa amiſiſſet civili bello inter Caeſarem, & Pompejum, tamen reliquiſſe ſervorum quatuor millia centum XVI. Hic autem eſt auctor [d], Demetrio Pompeji liberto tot plane ſervos, quot imperatori milites paruiſſe. Athenaeus [e] demum inter libertos alium ſervorum X. millia, alium XX. millia, alium adhuc plura aluiſſe affirmat. Ex tanta ſervorum turba opportune arguteque Hagenbuchius [f] admonet, quoties idem aut ſervi nomen, aut liberti cognomen (nam ſervitutis nomen poſt manumiſſionem cognomen erat) in diverſis ſaxis occurrit, non ſemper decerni eundem hominem

a *De Clem.* 24.
b *Juvenal Sat. III.* 140.
c *Plin. H. N. XXXIII.* 10.
d *Seneca de Tranq. Anim.* 8.
e *Lib. VI. pag* 272.
f *Epiſt. Epigr. pag* 158.

nem oportere; *quia eadem nomina* (ita citatus Auctor) *ſaepiſſime fuerunt communia pluribus diverſarum domuum, ſed & earundem diverſis temporibus, forte & earundem eodem tempore diverſis modis*. Anachroniſmi faceſſent plurimi, haec ſi regula teneatur.

IV. Clementia herilis nunc ollas, nunc columbaria, nunc ſimul utraque libertis ac famulis concedebat. Loculi ad ollas cinerarias aſſervandas a ſimilitudine latibuli, in quo columbae nidificant, dicti ſunt a veteribus *columbaria*, ſive *ollaria*, vel *aedificia*, in quorum ſingulis plerumque duae ollae, nonnunquam quatuor continebantur, quod Fabrettus [a] nuſquam ſe vidiſſe ait, niſi in libertorum domus Juliae conditorio, ac poſtea perſpectum eſt in ſepulcro ſervorum libertorumque domus Auguſtae, ad cujus ordinem ornatumque, & titulos multum acceſſit lucis ab eruditione Blanchinii, Salvinii, Gorii. Singulares quoque ollae in aedificiis reponebantur, ſingulae nempe in peculiari loculamento, eodemque pariete. Quibus adnotatis facilis eſt explicatio quorundam lapidum, ubi ollae ſimul, & columbaria nominantur. Eſto inſtar omnium illud marmor [b] MYRONIS OLL. IIII. COLVMB. III. unde indicatur, in duobus loculis ſingulares fuiſſe ollas, in tertio duas. Ollae vero *perpetuae* in veterum monumentis quid ſibi velint, per ſe ipſa edocet latine loquendi ratio, ac proprietas, quae perpetuum adhibet pro continuo nec interrupto, atque hoc ſenſu Cicero [c], Caeſar [d], Virgilius [e], & alii dixere *perpetuas vias*, *perpetuas munitiones*, *perpetuas menſas*, *ſaltus perpetuis montibus inter ſe jun-*

a *Ant. Inſcr. I. p.* 10.
b *Ibidem pag.* 9.
c *VI. Verr.*
d *Lib. III B C.*
e *Aen. V.* 176.

junctos, & alia id genus. Fabrettus ad rem lapides addit duos, in quorum altero extat COL. VIII. OLLAE. XVI. LINEA. PERPETVA, in altero LINEA. PERPETVA. OLL. XVI. Reineſius [a] perperam hanc phraſim interpretatus ait idem eſſe, ac ollas, quas loco moveri nefas eſſet, quaſi alio transferri ſolerent, niſi expreſſe caveretur, quod nuſquam cernitur, uti libertos nominatim a ſepulcro excluſos legimus, ſicut illum Adimetum, cui C. Vius *reſtem & clavum reliquit, unde ſibi collum alligaret*. Nulla vero cautione opus erat, ne alio loculi transferrentur, utpote ipſo cum aedificio extructi, antequam monumentum in ſepulcrum converteretur. Siquidem juris periti monumentum appellant locum, ubi nullum cadaver jacet, ſed hoc illato ſepulcrum nuncupant. Singulae porro ollae ſingulos habebant titulos: quandoque duabus ollis unicus lapis duplici cum titulo reſpondebat. Cur vero ii tituli, quanquam aureo Auguſti ſeculo inſcripti, interdum tamen obſcuritatem exhibeant & barbariem plus quam abnormem, hanc eſſe cauſam duxit Aguilius Fletvvodus [c], quod nempe veteres ſententiarum de gravitate ſoliciti verborum nitorem & elegantiam parvi penderent. At quis homuncio, cui tantillum ſalis & ingenii ſit, ſententiae gravitatem quaerat, verba ſententiam exprimentia omnino ſpernat? Jure quidem clamaret ille:

Quid juvat obſcuris involvere ſcripta latebris?
Ne pateant animi ſenſa, tacere potes.

Dixerit olim Lucullus de ſuis hiſtoriis graece ſcriptis, ſe, quo illa probaret [d] *Romani hominis eſſe, ideo barbara* quaedam

a *Claſſ. VII. n. 21.*
b Vid. *leg. monumenta*. 42. *D. de Relig. & ſumt. fun.*
c *In praefat. ſyllog.*
d *Cic. ad Att. I. 16.*

dam & σόλοικα, nempe ſoloeciſmum olentia diſperſiſſe: at illum arguit Cicero, qui commentarium conſulatus ſui graece compoſitum quum ad Atticum miſit, *ſi quid erit*, inquit, *quod homini Attico minus graecum eruditumque videatur*, *non dicam quod tibi Lucullus*, *ſed id me imprudente erit & invito*. Tutior ergo Fabretti opinio eſt, qui in lapidibus ſoloeciſmos non incuriae tribuit, ſed fabrili imperitiae aut ſervili, & ubi grammaticam videt deſiderari, ibi nunc *fabrile mendum* recognoſcit, nunc *ſervile ſoloecon*. Cur aliquae interdum litterae in lapidibus aut omittantur, aut perperam tranſponantur, eandem hanc eſſe cauſam, affirmat Gorius in ſepulcro Senenſi, quod in epiſtolis Roncalienſibus celeberrimus Paſſerius ad gentem Cuelniam traducit, ipſe vero Gorius ad gentem Cilniam, unde ortus eſt Mecoenas [a] ille litterarum patrocinio immortalis, quem Aretini civem eſſe contendunt ſuum. Quanquam vero ad rem propoſitam lectu prae ceteris dignus eſt Celſus Cittadinus [b], qui lapidum, ſcriptorumque auctoritate evincit, vulgarem linguam, ſeu loquendi barbariem non modo ſervile coenum, ac fabrorum officinas, ſed totam urbem [c] vel aureo Ciceronis aevo contaminaſſe. Caecilius apud Iſidorum centum ſoloeciſmorum ſpecies enumerat aetati ſuae perfamiliares. Quintilianus queritur, tota ſaepe theatra, & omnem circi turbam exclamaſſe barbare. Cicero apud Varronem fatetur, quid *naſſiſternium*, quid *ſcutiſcus*, quid *viperxs*, aut *lexum facere*, & alia hujuſmodi ſibi velint, ſe penitus ignorare. Quis jam igitur non intelligat, quicquid erroris ſcateat

in

a *Inſcr. Ant. Etr part. II. Diſſ. III. Equitis Guazzeſii Vol. II. Acad. Corton.*

b *Tract. de Vulg. ling. orig.*

c *Cic. in Bruto.*

antiquis lapidibus, id crimen eſſe neceſſitatis, non voluntatis? Satis de columbariis, de ollis & ſingularibus, & perpetuis, earumque titulis, ſeu noviſſimis benevolentiae indiciis, quibus domini utebantur in libertos ac ſervos. Sed nonnullorum Caeſarum in his officiis nulli fuere fines, moderatio nulla. Seligam aliquot exempli cauſa e libertorum grege.

VI. Primus in ſcenam prodeat ille furcifer (de Pallante loquor) ſceleribus in hiſtoria infamis, cui praeter alios honores Scipio Cornelius gratias publice agendas cenſuit, quia regibus Arcadiae ortus, vetuſtiſſimam nobilitatem uſui publico poſtponeret, ſeque inter miniſtros principis haberi ſineret. Illius hoc monumentum extitit in via Tiburtina, de quo ſic Plinius [a] ad amicum: *ridebis*, inquit, *deinde indignaberis, ſi legeris: quod niſi legeris, non credes*, utpote ita inſcriptum: HVIC . SENATVS . OB . FIDEM . PIETATEMQVE . ERGA . PATRONOS . ORNAMENTA . PRAETORIA . DECREVIT . ET . SESTERTIVM . QVINQVAGIES (ideſt philippeorum centena & viginti quinque millia) CVIVS HONORE . CONTENTVS . FVIT. Auctor eſt Tacitus [b], id honoris conceſſum huic liberto, quia Claudio ſuaſor fuit, ut s. c. decerneretur, ne liberae cum ſervis connubio jungerentur, quanquam illud decretum licentia temporum mox elanguit [c], ac demum penitus a Juſtiniano [d] ſublatum eſt, quem Cujacius [e] reprehendit, quaſi viam laxaſſet *ad impudicas conjunctiones ſervorum, & ingenuarum mulierum*. Quod Plinius impuriſſimi hujus liberti ſepulcrum ſtatuit inter primum lapidem via Tiburtina,

Xx 2 ideo

a *Epiſt VI. 29.*
b *Ann XII 52.*
c *Suet. Veſpaſ. XI. Lipſ. in not. ad Tacit.*
c *Leg unic. Cod lib. VII. Tit. XXIV.*
d *Obſerv. lib. XXI. 16.*

ideo quidam Scriptor, quem arguit Ficoronius [a], ſepulcri locum fuiſſe exiſtimat poſt Eccleſiam S. Laurentii in vinea Columnenſi, ubi vas porphyreticum effoſſum eſt, jam ſupra [b] commemoratum. Ita Ficoronius argumentatur. Viarum exordia aetate Plinii aut adhuc a foro Romano & a columna milliaria deſumebantur, aut a portis ipſis; alterutrum affirmetur, Plinii auctoritas, qui teſtis extitit oculatus, omnino ruat neceſſe eſt. Prima enim ſi opinio arrideat, tunc Pallantis ſepulcrum intra quartum lapidem extitiſſet, ſi altera, intra ſecundum. Nam in vicinia S. Mariae Majoris multa ſepulcra inventa ſunt, adeoque porta non eſſe potuit, ubi extant in praeſens maenia imperatoris Aureliani. Hactenus Ficoronius. At ejus dilemma, bona cum pace dixerim, parvi aut nihili videtur eſſe conſiderantibus, Tiberium Claudium conſulatu IV., qui in Cl. Vignolio, & recentioribus incidit in An. Urb. 774. Chr. 21. non 48., ut autumat Goltzius, auctis imperii finibus pomerium amplificaſſe, ejus terminis conſtitutis de more veterum: nam Varro [c] ait, *cippi pomerii ſtant circa Romam*. Ex Tiberii cippis unus eſt erutus in villa Naria extra portam ſalariam, ſic inſcriptus: TI. CLAVDIVS DRVSI. F. CAESAR AVG. GERMANICVS PONT. MAX. TRIB. POT. IIII. CENSOR. PP. AVCTIS. POPVLI. ROMANI. FINIBVS. POMERIVM. AMPLIAℲIT. TERMINAℲITQVE. F. inverſa pro V. tunc erat in uſu. Pomerii latitudo perexigua non fuit, quum non liceret in eo ſpatio vel extra, vel intra urbem nec arbores [d] ſerere, nec aedificia extruere. Pomerii autem terminum a Ti. Claudio conſtitutum

etſi

a *Opuſc. de Bull. Aur. p. 54. part. II.*
b *Diſſ. VI. num. XX.*
c *Lib. IV. L. L.*
d *Livius II. 44. Gell. XIII. 14.*

etſi non contendam extitiſſe in villa Naria, ubi inventus cippus, tamen non inde procul fuiſſe cum eruditis reor, quare hinc juſta de cauſa ſuſpicio oritur, portam Salariam & moenia, quae nunc extant, non eſſe a fundamentis ab Aureliano condita, ſed quae Tiberius extruxerat, reſtaurata. Eadem ſi ratio valeat de porta Tiburtina, jam probe conſtat, aetate Plinii viarum exordia non a foro, ut Ficoronius putat, ſed a portis deſumi conſueviſſe, & Pallantis ſepulcrum ab Eccleſia S. Laurentii non abfuiſſe plurimum, quum a Plinio intra primum lapidem collocetur. Pallanti adjungo Feſtum. Antoninus [a] ad Achillis tumulum, ut ejus Manibus ſacra faceret, aliquem optabat Patroclum, & Feſti, liberti omnium cariſſimi, tum vita functi cadaver efferri juſſit, mactatiſque omnis generis animalibus, ipſe ſubjecit ignem, phialamque manu tenens ventos precatus eſt, quumque raro capillo eſſet, deridiculo fuit omnibus, quod capillos, quos habebat, totondit. Sordide Antoninus. Quid Hadrianus? Antinoum, cujus incertum apud ſcriptores [b] eſt mortis genus, & muliebriter [c] flevit, & urbem, ubi ille interiit, reſtitutam juſſit ab eo denominari, anſamque graecae adulationi praebuit eum publice conſecrandi. Quin etiam orta id temporis nova ſtella, hujus Ganymedis animam in ea Graeculi collocarunt, cui templa ubique [d] condita, decreti ludi [e], ſtatuti prophetae ac ſacerdotes [f]: demum apud Amiſenos, Ancyranos, Byzantinos, Adrianothuritas, Chalcedonios, Corinthios, Julienſes, Bithynicos, Nico-

a *Herodian. lib. V.*

b *Xiphil. in Hadrian. S. Epiphan. in Anchor. Aurel Victor.*

c *Spartian. in vita.*

d *Spanhem de Uſu, & Praeſt Num. Diſſ. VII.*

e *Spartian. 14.*

f *Spanhem. loc. cit. Nicaſ. de Nummo Pantheo.*

Nicomedienſes, Thianos, Tarſenſes, Smyrnaeos cultus eſt Antinous ſub omnium fere Deorum ſimulacro, & Bacchi praeſertim, ſicut in Collectaneis [a] Romanae antiquitatis Rodulphinus Venutus argumentatur ex ejus ſtatua Tiburtina, cui florea corona ineſt taeniis inſerta, quae optime Baccho [b] convenit, tenetque pendulas una manu taeniolas, forſan thyrſi lemniſcos. Pudet alia ad rem propoſitam exempla tradere. Satis eſt nota vecordia Principum, apud quos grex ille infamiſſimus ſupra fidem gratioſus erat, in primis cubicularii, qui maximis quibuſque [c] muneribus praeficiebantur, quod non profana modo hiſtoria [d] praedicat, ſed ſacrarum etiam [e] oracula litterarum. Nec enim defuit imperator, qui ſervis, aut libertis, ut quiſque turpitudine reliquos anteibat [f], procurationes traderet provinciarum; adeo ut non vehementer mirandum ſit, ſi Cleandrum, hominem ex ea nota ſceleratiſſimum, divitiae & luxus extulerint ad imperii ſpem licet exitu, ut decuit, infelici, *quaſi*, verba ſunt Herodiani, *in uno illo velut ambitioſius oſtentaret natura, ut ſic dixerim, humana, poſſe ex infimo loco ad ſupremum faſtigium evehi hominem; atque evectum dein rurſum deturbari, quamlibet exiguo atque inſperato fortunae momento*. De libertorum ſuperbia ſatis: eorum de nominibus nunc pauca ſubeunt.

VI. Hanc eruditionis partem, quae litteratis lapidibus intelligendis quam maxime neceſſaria ſemper eſt habita, laudabiliter ſane, etſi non aeque feliciter, explicarunt Pignorius, Urſatus, Reineſius, Fabrettus, alii-

a *Loc. cit. XIX. 30.*
b *Paſchal. de Coron. IV.*
c *Pignor. pag. 232.*
d *Tacit. Hiſt. XII.*
e *Act. Apoſtol. XII.*
f *Herodian. lib. V.*

aliique, ac noviſſime Gorius, & Bouhierius; ſed omnium acutiſſime maximeque ad rem Hagenbuchius. Quemadmodum novi cives (excipe ſocios & foederatos, qui priſtina nomina retinebant) mutuabantur ab eo nomen, cujus patrocinio civitatem impetraviſſent; eodem plane modo liberti ſervili nomine in cognomen verſo nomen ac praenomen a patronis accipiebant. Permiſſu patroni quandoque ab hac lege deſcitum eſt, ſed raro. Sic Cicero [a] ex duobus Attici ſervis Euthychide, & Dionyſio, alterum ait T. Caecilium, alterum M. Pomponium nuncupatum. Quum vero aliquis ex una in aliam gentem tranſibat, libertis nomen dabat adoptantis, conſervato praenomine patris naturalis; itaque Livia Auguſta poſtquam in Juliam gentem ex Livia tranſiit, libertos appellavit Julios, ſervato Marci patris praenomine, quam conſuetudinem ex oblivione Fabretti ſagacitas vindicavit [b]. Anno reparatae ſalutis 1748. Cl. P. Xaverius Panel Societatis Jeſu cuſtos muſei Regis Catholici Diſſertationem Latinam & Hiſpanienſem edidit de Numiſmate Coloniae Tarraconenſis, in qua Liviam ad gentem Juliam feciſſe tranſitum perfracte negat; ſed contraria opinio tam alte defixa haeret doctorum mentibus, ut vix rear evelli poſſe. Interea vero praedicta lex minime impedimento fuit, quin adoptati interdum libertos donarent ſuos & nomine & praenomine adoptantis. Mulierum liberti non ſemper ab ipſis, quarum indulgentiae manumiſſionem debebant, ſed frequenter ex earum patre, ſi ingenuae eſſent, ex patrono, ſi libertae, nominabantur. Quem virgines veſtales libertate donaſſent, is nomen a virgine veſtali maxima deſu-

a *Ad Att. IV. 14.* b *Ant. Inſcr. VI.*

deſumebat, quare Vibidium quendam Fabretti [a] ſuſpicio eſt ab ea Vibidia nomen mutuatum eſſe, quam narrat Tacitus, ob ſummam Veſtalium [b] in deprecando auctoritatem, a Meſſalina adhibitam ad Claudium [c] deliniendum. Pro gentilitio nomine quandoque liberti occurrunt ab aliquo vel oppido, vel collegio, cui ſervitutem ſervierant, nuncupati, ſicuti exempli cauſa Salluſtius *Reatinus* [d], & Fabricius *Centonius* [e], ille a civitate dictus, hic a collegio Fabrum Centonariorum, cui collegio Annibal Oliverius conjicit, non eos tantum fuiſſe adſcriptos, qui ſtragula quaeque craſſiora [g] conficiebant, ſed alios etiam artifices, puta Lanarios, & Veſtiarios. Illud porro eſt notatione dignum, quum liberti duobus diverſi ſexus cognominibus inſigniti nonnunquam idem praeſeferunt gentilitium nomen maſculino genere uſurpatum, ut CLAVDII TROPHIME ET ABASCATVS PARENTES FECERVNT, cui ſimilia exempla ſunt in veteribus monumentis non ſemel obvia. Libertorum, libertarumque communis eſt illa notandi ratio L, vel LIB, nuſquam LI, quicquid ſecus ſentiat Chimentellius [h]. Si duo, vel tria praenomina ſubſequatur L, aut LIB puta P. P. P. vel C. C. C. aut Ͻ. Ͻ. Ͻ., deſignat libertos trium Publiorum, aut Cajorum, Cajarumve. Ex illo nuptiali ritu, quo nova nupta domum viri ingreſſa ei dicebat, *ubi tu Cajus ego Caja*, *hoc eſt*, *ubi tu arbiter ac dominus*, *ibi ego arbitra aeque ac domina* [i], ex illo, inquam, ritu ſi omnes matres familias *Cajae* nuncupa-

a *Ibidem pag.* 435.
b *Cic. pro Font. Svet. Jul.* 1. *Tib.* 2. *Vitell.* 16 *Tacit Hiſt. III.*
c *Tacit. Annal. XI.* 32.
d *Fabrettus pag.* 435.
e *Idem pag.* 434.
f *Not. ad Inſcr. Piſaur XLIV. p* 40.
g *Petron in Satira.* Vid *Fontaninus II. Antiq. Hort. V n.* 3.
h *Ad Inſcr. C. Titii.* 35.
i *Plutarch. in Q R.* 30.

cupabantur, nolim id exiſtimes vim praenominis habuiſſe; alias enim mulierum liberti omnes Caji nuncuparentur, non Publii, non Auli, aut alio quovis praenomine ſecundum regulam modo traditam. Sigla L, vel LIB. nunc patronorum praenomina, nunc patronorum, patronarumque cognomina ſequi ſolent, ac liberti cognomen praecedere, licet aliquando, ſed more minus uſitato, liberti ipſius cognomini poſtpoſita inveniantur, ut apud Hagenbuchium [a] ex Grutero [b] V. F. ANTONIA. *L.* L. (vel potius L. F.) CONCESSA. L. ANTONIO. VICTORI LIB*erto*. Neque omittendum, quum patroni praenomen & nomen adeſt, tum interdum inſcribi nihil, praeter liberti cognomen, huic antepoſitis, vel poſtpoſitis ſiglis L., ita in duobus lapidibus Narbonenſibus videre licet: alter enim habet [c], VIVIT. L. CORNELIVS. L. EVGENIE. Θ. quod Maffejus, & Hagenbuchius interpretantur, *vivit Lucius Cornelius Libertae* (non Luciae) *Eugeniae* Θανούσῃ, id eſt, *defunctae*, ſcilicet fecit: alter eſt ejuſmodi [d] L. APONIVS PHARASTES. SIBI ET EXORATAE LIBERTAE VIVVS FECIT. Auctores utriuſque lapidis plenius incidere potuiſſent, ſicut in primo CORNELIAE L. L. EVGENIAE, ita in ſecundo APONIAE EXORATAE; ſed gens cum praenomine utrobique deeſt, quia ex ipſius patroni nomine ac praenomine nemo non plane utrumque novit.

VII. An cum genitivis patronorum aeque ſigla L, vel LIB, ac vox *ſervus* omitti ſoleat, & ſubintelligi oporteat, inter eruditos eſt quaeſtio acerrima: Bouhierius contra Fabrettum cum Reineſio affirmat; negat omnino

a *Epiſt. Epigr. pag.* 147.
b *Pag.* 960. 7.
c *Grut. p.* 867. 6.
d *Idem p.* 906. 12.

Hagenbuchius, omneſque [a] hoc in argumentum intendit nervos, & magno eruditionis apparatu Fabretti cauſam tuetur, & tam feliciter, quam qui maxime: multorum quippe congeſtu lapidum, & rationum momento evincit hac luce clarius, ſi ellipſis vocis *ſervus* perſaepe occurrit, nunquam *liberti* vocem omitti, ac ſubintelligi oportere, quae ubi deeſt, ibi ſervitutem indicari, non libertatem. Errat igitur Gorius [b], quanquam de antiqua re optime meritus, ubi contra Fabrettum adeo acriter contendit *Eumolpum Caeſaris* fuiſſe libertum, ut haec ſcribat: *liberti a patronis manumiſſi eoſdem poſtea loco patrum colebant: id ut teſtificarentur, ſua nomina cum genitivis patronorum jungere ſolebant*. Fabrettus [c] vero dum jure pro ſervo pugnat, Hagenbuchii caſtigationem non fugit, quod *Claudiam Pallantem*, vel potius *Palladem* (nam Pallas, quum Pallantis inflectitur, nomen eſt maſculinum [d], quum Palladis, eſt muliebre [e]) Eumolpi filiam perperam ſuſtinet ſervam fuiſſe, non libertam Claudiae gentis, ut nomen indicat [f] per ſe ipſum. Cur tantus vir minime id rei perſpexerit, cauſa in promtu eſt. Fabretti enim nota eſt ſuſpicio de ancillis gentilitio herorum nomine dici ſolitis. Falſo. Muratorius interea dum totus eſt hac in ſuſpicione evertenda, ipſe quoque tota, ut dicitur, errat via. Nam quum in lapidibus ſaepe mulieres gentili nomine & cognomine occurrant matrimonio cum viris junctae, qui nullum habent gentis Ro-

a *Epiſt. Epigr. ad Boubier. reſponſ. a pag. 157. uſque ad fin.*

b *Inſcr. Ant. Etr. Vol. I. pag. 331. & p. 343.*

c *Inſcr. Ant. pag. 711.*

d *Rein. XI. pag. 646. Spon. pag. 222. Murator 552.*

e *Grut. 522. 9. 896. 1. 973. 6.*

f *Hagenbuch. pag. 202.*

Romanae nomen, ſed ſervili tantum nomine diſtinguuntur, hoc ei opinionem indidit omnigena, qua praeſtabat, eruditione indignam. Age jam videamus, quî Fabrettus, & Muratorius in contraria abjerint: & nimis quidem uterque. Ille enim mulieres patroni nomine inſignitas, ut Claudiam Palladem, non liberas, non libertas, ſed ancillas fuiſſe autumat: hic feminis dum libertatem tradit, earundem quoque viros contendit aut libertos, aut liberos extitiſſe, nixus ſcilicet ſupradicto Claudiano decreto, cujus vim ad breve tempus tenuiſſe conſtat. Paupertatis pudor, quem apud feminam eſſe peſſimum dixit Cato [a], ingenuis mulieribus ſuaſor fuit, ut poſtquam pudere, quod non oportuit, coepiſſent, quod oportuit, non eas puderet, adeòque cum ſervis Caeſarum matrimonio conjungerentur; quae contubernia minus inhoneſta exiſtimabant, quam ſi privati cujuſpiam ſervo adhaeſiſſent; propterea veteribus in monumentis frequentiſſima ſunt primi generis connubia, ſecus alterius. His matrimoniis alius etiam, & minus quidem, quam ſuperior, indecorus acceſſit ſtimulus. In maximis quibuſque domibus, praeſertim in aula Caeſarum, multos ex ſervis jam factos liberos conſtantiſſima eruditorum opinio eſt in ſervitute apud patronos, lectiſſimis ut muneribus fungerentur, fideliter permanſiſſe, & liberti quum eſſent re, haberi & eſſe ſervos officio ac nomine maluiſſe. Facit ad rem mirifice Aeſopi fabula [b]: *accidit, ut ſervorum nonnulli ſervitute licet liberati ſervilia obeant munera*. Notiſſima huc quoque pertinet illa formula, SIVE SERVAE SIVE LIBERTAE itemque SIVE SERVO

SIVE

a *Livius Dec. IV. lib. IV. 1.*

b *Fab. 242.*

SIVE LIBERTO MEO ; de ancilla nempe mancipioque ſit ſermo, jam libertate donatis, ſed adhuc in ſervitute permanentibus ſponte ſua. En ergo ratio, cur ingenuae mulieres matrimonia cum ſervis Caeſarum frequentiſſime inirent, propterea indignae, quae ancillarum numero adſcribantur. Interea vero quoniam de iis agitur, qui, quum re ipſa liberti eſſent, officio ſervi malebant eſſe, ne quis erret, admonendum videtur, eos non eſſe ſervos, qui ſaepe in lapidibus libertos habent. Sunt ſane ſervorum vicarii, ſicut libertorum liberti frequenter obvii; at quis veris ſervis cum Fabretto [a] libertos tribuat? An, quam ipſi libertatem non habebant, eam aliis traderent? quum re & opere, nedum nomine, ſervi eſſent, auctoritate patroni fierent? Tales equidem nec fuiſſe arbitror [b], nec eſſe potuiſſe. Jam vero & illud obſervandum, quod ſi liberti a priore patrocinio [c] ad aliud tranſirent, erat in more poſitum, quod prioris patroni memoriam retinerent nomine derivativo; ſic enim exempli cauſa videmus Phoebum *Othonianum*, Epictetum *Acteanum*, quam plane legem conſtat in adoptionibus uſitatam, quare *Aemilianus* in gente Cornelia, & Fabia occurrit; *Valerianus* in Quinctia; in Julia *Octavianus*. Libertis autem a gentilitio patroni nomine non deſciſcere licuiſſe, non auſim certo affirmare, quum patroni legata interdum iis relinquerent hac conditione, ut de ſuo nomine [d] non exirent. Igitur ubicunque nomina in ANUS inflexa videris, nolim inde ſtatim cum Fabretto arguas certam patrocinii mutationem. Extant quippe libertorum exempla, qui

a *Pag. 7. n. 30. & p. 302.*
b *Hagenbach. loc. cit. pag. 161. & 164.*
c *Fabrett. pag. 310. n. 336.*
d *Heinecc. III. Tit. III. 1.*

qui duobus cognominibus uſi ſunt, quae in ſervitute erant nomina, quorum alterum in ANVS terminatum aeque in ſervitute, ac poſt manumiſſionem retentum fuit, ut duo ſervilia nomina in cognomina mutata ſint: ita nondum manumiſſus *Cladus Caeſaris* ENTELLIANVS dictus fuerat [a], & libertate accepta dictus fuit *M. Ulpius Aug. Lib. Cladus Entellianus*, cujus generis exempla in antiquis marmoribus [b] complura occurrunt. Itaque tum Carolus Patinus errat, qui ad inſcriptionem Aureliae Tryphaenae id ſolemne manumiſſis fuiſſe ait, ut *Aeliani* ab Aelio dicerentur, ab Aemilio *Aemiliani* &c., tum ſupradicta Fabretti regula nihil certi habet, imo incertiſſima eſt. Nam ſi haec epitheta in ANVS a priore patrono deſumantur, illud jam ſequitur, eundem ſervum potuiſſe a duobus dominis diverſiſque temporibus manumitti. Sic T. Flavius Aug. libertus Sedatus Antonianus ante ab Antonio manumiſſus fuiſſet, quam Auguſti libertus eſſet factus. Hoc ſi abſurdum eſt, admittatur oportet, interdum mancipiis duo nomina extitiſſe, quorum alterum in ANVS deſineret, cujus conſuetudinis interpretationes & conjecturas habemus varias, de quibus erudite Hagenbuchius in ſuis Helveticis ad inſcriptionem Vilarienſem DONATO . CAESARIS . AVG. SALVIANO . EXACTORI . TRIBVTORVM . IN . HELVetia . COMMVNIS . VICARIVS. Hoc de libertis, nunc de ſervis.

VIII. Servi apud veteres pro variatione locorum, ubi in vinculis erant, diverſa nomina ſortiti ſunt: ſiquidem Athenienſium *Davi*, & *Getae*, Paphlagonum *Tybii*, Lacedaemoniorum *Helotae*, Argivorum *Gymnetae*, Theſſalorum *Peneſtae*, Syracuſanorum *Euſtatoni*, Miriandinorum *Dori-*

a *Fabrett. pag.* 318.

b *Hagenbuch. ibidem pag.* 192. 193.

Doriphori, Sicyonorum *Corynephori*, atque ut aliter alibi ſic Romae, licet ſuo ſinguli nomine diſtincti eſſent, generatim tamen *Lucipores*, *Marcipores* [a], *Publipores*, id eſt Lucii, Marci, Publii pueri dicti ſunt, & littera V. mutata in I. familiae ac familiarum nomine comprehenſi, quod probat Feſtus, & Praetextatus apud Macrobium inquiens: *majores* [b] *noſtri omnem dominis invidiam, omnem ſervis contumeliam detrahentes, dominum patremfamilias, ſervos familiares appellaverunt*. Hac de cauſa, quod ultimum mortalibus ſolatium eſt reliquum, iiſdem domini non negabant. Ab heris enim, ſi opes ſinerent, aut ſepulcri locum habebant, aut in ſepulcri communionem admittebantur, eorumque Diis Manibus dabantur inferiae, quas Varro collocat poſt Accalia [c] Accae Larentiae. Servi igitur, qua vivi caruerant, mortui libertatem quodammodo recuperabant, quo fortaſſe reſpicit ſervus ille Plautinus [d]:

verum nos homunculi
Salillum animae, quam quum extemplo amiſimus,
Aeque mendicus, atque ille opulentiſſimus
Cenſetur cenſu ad Acherontem mortuus.

Mancipiorum, ſicut & pauperum ſepultura erant *Puticuli* ſeu *Puticulae*, & *Culinae*. De puticulis Feſtus in hoc verbo, & Horatius [e]:

Huc prius anguſtis ejecta cadavera cellis
Conſervus vili portanda locabat in arca:
Hoc miſerae plebi ſtabat commune ſepulcrum.

Rem quoque ita declarat Varro [f], & paulo aliter Feſtus:

a *Sigon. de Nom. Rom. pag.* 1418.
b *Saturn I* 11.
c *De L. L. lib. V.*
d *In Trinumm II.* 4.
e *Serm I.* 8.
f *De L. L. IV.*

ſtus: *extra oppida a puteis puticulae, quod ibi in puteos obruebantur homines; niſi potius, ut Aelius ſcribit, puticuli, quod putiſcebant ibi cadavera projecta*. Opus huic ſimile, ſed multo, quam olim in Exquiliis, magnificentius ac tutius paucis ab hinc annis aedificari in Vaticano juſſit Benedictus XIV. Pontifex Maximus. Recondendis pauperum cadaveribus plures extant, quam centum putei in quincuncem diſpoſiti, muris undique circumſepti: eſt in aditu porticus pro aedificii genere ſatis elegans: ex adverſo ſacellum, ubi quotidie res ſacra fit pro Animabus, quarum inibi jacent corpora, expiandis. Dico id aedificii multo, quam olim in Exquiliis, magnificentius ac tutius: illic enim, urbis regione per ſe amoeniſſima, propter puticulos incuſtoditos vix ad tempus commode ſpatiari licuit, nedum habitare; quare poſtquam is locus, aut illius aliquot jugera Mecoenati ab Auguſto conceſſa ſunt, ſic Horatius ibidem:

Nunc licet Exquiliis habitare ſalubribus, atque
Aggere in aprico ſpatiari, quo modo triſtes
Albis informem ſpectabant oſſibus agrum.

Exquiliis in hortos converſis alia loca ſuburbana ſepulturae pauperis plebeculae, & mancipiorum deſtinavit Auguſtus, nempe *Culinas*, ſeu *Culignas*, de quibus ita Agentinus Urbicus [a] ad Frontinum: *in ſuburbanis loca publica inopum deſtinata funeribus, quae loca Culinas appellant*. Camillus Silveſtrius [b] ad Juvenalem puticulos, & culinas idem fuiſſe, ac *ſeſtertium* cum Acrone exiſtimat; ſed minus recte. Nam Plutarchus in Galba damnatos a Caeſaribus illic dicit occidi ſolitos, nec prope urbem id loci

a *De controv. agr. I.*

b *Sat. IV. not. 109.*

loci erat, ſed aliquot millia ribus inde diſtaſſe videtur, & a diſtantia [a] nomen habuiſſe. Gutherius [b] puticulos & culinas putat, non proprie ſepulcrum fuiſſe, ſed buſtum, locum ſcilicet ſecundum Feſtum, ubi combuſtus eſt aliquis & ſepultus, & cujus oſſa ac cineres non lecti ſunt, ut tumulo conderentur. Gutherio Sponius [c] adverſatur, & uſtrini in via Appia inventi formam & ambitum dum deſcribit, locum ait fuiſſe muro circumdatum, *in quo corpora defunctorum, praecipue pauperum, comburebantur*. At cur *praecipue pauperum*? imo divitum ac nobilium, quorum ſepulcris abundavit Appia, ubi nemo unquam ſcripſit pauperum uſtrinam, aut ſepulcra publica extitiſſe, quae fuerunt Exquilini puticuli, ita interprete Acrone nuncupati *a puteis foſſis ad ſepelienda cadavera pauperum*, quae, ut liquet ex ante dictis, inibi putiſcebant. Non ergo inopum combuſta corpora mortuorum? Negat hoc Martialis [d]:

Quatuor inſcripti portabant vile cadaver,
Accipit infelix qualia mille rogus.

Negat hoc item Plautus in Caſſina:

Cl. *Face, Carine, me certiorem, quid meus vir me velit?*

Car. *Ille aedepol videre ardentem te extra portam Maeciam*, hoc eſt Meviam, ſeu Exquilinam. Quam vero id raro accideret, Muranus ille ſervulus palam facit, qui gloriatur, ſumtum & impenſam ſe praeſtitiſſe ad conjugis comburendum cadaver, & cineres colligendos, id teſtatus in lapide ſepulcrali [e]: MVRANVS . SABINAE . CONIVGI . QVI . SVMTVM . ET . IMPENSAM . PRAESTIT . AD . CINER.

Ita-

a *Tiraquell ad Alex. Neap. Gen. Diſſ III. 6.*
b *De Jur. Man. II. 24.*
c *Sect. IX. pag. 290.*
d *Epigr. VIII. 75*
e *Murat. Nov. Theſ. Vol. III. p. 1590. 12.*

Itaque ſive inopum, ſive mancipiorum corpora etſi perſaepe integra puteis commiſſa ſunt, interdum tamen comburebantur; ita vero, ut, ubi flammis combuſta fuerant, ibidem ut plurimum ſine lectione cinerum terra illico obruerentur, adeoque puticuli & culinae potius eſſent buſta, quam vera ſepulcra. Uſtrinum autem, ad quintum ab urbe lapidem, & ad dexteram Appiae, neque publicum, neque pauperum beneficio fuiſſe extructum, multis de cauſis Fabrettus [a] argumentatur, a quo Sponiana ichonographia & deſcriptio arguitur, emendaturque.

IX. Jam ſupra dixi, a dominis haud ſemel ſervos in ſepulcri communionem admiſsos eſse; nunc addo, herilem indulgentiam nonnullos eorum honore tumuli cum ſuis filiis aequaviſse, praecipue vernas, utpote ſervitio honeſtiore addictos, nec de cataſta emtos, ſed in domo domini ſui natos, quorum appellationem deducit Feſtus a *vere* (foeturae tempore naturali) *& nato ex ancilla civis Romani*. Urſatus igitur, ubi Reineſii lapſum merito arguit pro *diſpenſatore verna* confingentis *diſpuerneam mulierem*, ipſe quoque in errorem incidit, definiens vernas *e libertis, vel ſervis parentibus natos*, quia nimirum quandoque libertos viderat in lapidibus dici vernas. Sed quis ex libertis genitos inter mancipia adſcribat? Cur autem libertos, quorum aliquot Fabrettus [b] prodit, inſcriptos *vernas* inveniamus, ratio haec eſse poteſt, quod *verna* in marmoribus nomen proprium offeratur, nec raro id quidem, ideo ſaepe in libertis [c] ſolet non appellationis, ſed cognominis habere vim, ſicuti e multis aperte

a *Ant. Inſcr. III pag. 23c. & ſeqq.*
b *Pag. 296. n. 167. & ſeqq.*
c Vid. *Hagenbuch pagg.* 168. 169.

probat M. Ulpius Aug. L. *Verna* [a]. Nec modo Verna, ſed & *Vicarius*, & *Patronus* cognomen interdum eſt proprium, non vero appellativum, ut ex *C. Fabricio Vicario*, & *Ti. Claudio Aug. L. Patrono* contra Fabrettum Hagenbuchius [b] pulchre monet. Ceterum vernae, quanto ſibi honori ducerent ex heri laribus natos eſſe, id plane docent, ubi eſt vernae vocula frequentiſſime obvia, litterati lapides, ex quorum numero hunc unum veluti palmarem trado [c] *Olympus Domini Domitiani Aug.* SERVUS VERNA, & is ROMAE NATUS. Cauſa originis adeo ſibi placebant, ut & Deum haberent proprium, cui nihil eſſet cum reliquo ſervorum grege. A priſcis Latinis ſervorum ſervarumque Dii Deaeque *Anculi* & *Anculae* [d] dictae ſunt. Servae in tutela erant Junonis Feroniae, cujus in templo libertos raſo capite pileum accipere conſueviſſe auctor eſt Servius [e]. Deae Feroniae fuit remplum Tarracinae [f] celebre, ejuſque aeream imagunculam palliolo ancillarum more amictam producit Gorius in ſuo muſeo [g]. At vernulae, utpote ſe indignos rati, qui cum reliquo ſervorum furfure commiſcerentur, Deum habebant Vernanum, ejuſque diem feſtum celebrabant XVII. Kal. Nov. Blanchinius in Anaſtaſio [h] edidit tabulam apud Antium erutam, ubi *Liſimachus aedituus Vernani* nominatur, de quo P. Vulpius Soc. Jeſu, vir in litteraria republica ſatis notus, conſulendus eſt in Opuſculo, cujus titulus *Tabula Antiatina*, quae diu extitit in muſeo Albano, nunc in Capitolino. Officia praeterea vernis committi ſolita, nedum herilis

a *Reineſ. IX. pag.* 571.
b *Ibidem*.
c *Fabrett pag.* 65. *n.* 9.
d *Gorius Muſ. Etr. Vol. I. ad Tab.* 98. *num.* 9.
e *Aeneadum VIII.* 564.
f *Livius XX.* 1.
g *Ibidem*.
h *Vol. II. in Appendice pag.* 222.

herilis domus, unde ortum habuerant, iis ſpiritus addere conſuevere. Vernas enim antiqui ſervos eſſe lectiſſimos voluerunt, in primis vero, alia ut munera omittam, diſpenſatores, & paedagogos. Scite quidem a miniſteriis minoribus ad diſpenſatoris officium quaſi gradatim adſcenſum fuiſſe Fabrettus [a] arguit ex lapide, quem ante Gruterus [b] dederat: ſed ubi id muneris nonniſi ſervis dari ſolitum tradit [c], merito caſtigatur ab eruditis [d], quorum judicio conſtat, non ſervilis modo, & libertinae conditionis homines [e], ſed & ingenuos, civeſque Romanos in aula Caeſarum hoc officio functos. Certe publicus diſpenſator fuit ille, cujus eſt lapis apud Muratorium 910. 7. & iterum 2015. 8. C. MEMMIO. C. F. GALeria tribu LVPERCO DISP. ANNONAE AVG. &c. Ordinarius autem indicatur in monumento Aegyptio, a nobis edito in I. Volumine p. 198. ubi dicitur VAL. EPIFANIVS. Vir Patricius MAGIſter PRIVATarum rationum AEGypti ET LIByae D. N. M. Q. EIVS, nempe imperatoris Conſtantini. Magna enim res, magna utilitas iis erat propoſita, ſive *Ordinarii* eſſent, qui rationes Caeſarum privatas, ſive *Publici*, qui varia patrimonia, aut munera publica reſpiciebant, exempli cauſa diſpenſator *Capitolii*, diſp. *Caſtrorum* [f], cui affinis diſp. *Fiſci Caſtrenſis*, quod Muratorius [g] perperam vocat *munus antea ignotum*; diſp. *Rat. cop. exped. Fel. II. & III. Germa* [h]; diſp. *provinciae Lugdunenſis* [i]; diſp. *ludi magni* [k], ac XX. HERED., quam

Z z 2 vige-

a *Grut. pag.* 691. *n.* 126.
b *Pag.* 44. 3.
c *Pag.* 295. *n* 149.
d *Murator. p* 883 6.
e *Hagenbuch. p.* 161.
f *Fabrett p.* 293.
g *Pag.* 883. 6.
h *Grut.* 596. 10.
i *Fabrett. ibidem.*
k *Ibidem n. XXI.*

viceſimam hereditatum A. V. 759.[a] inſtituit Auguſtus in ſubſidium aerarii militaris. Sub nomine *Procuratoris*, *Promagiſtri*, & *Tabularii* Scaliger indicavit titulos hujus viceſimae, qua multo antiquior erat *viceſima libertatum* A. V. 398.[b] inſtituta, quae habet[c] in lapidibus *Vilicos*, *Arcarios*, & *Publicanos*, ejus autem proventus erat *aurum viceſimarium*[d], *quod in ſanctiore aerario ad ultimos caſus ſervabatur*. *De viceſima quinta venalium mancipiorum*, maxime pro vigilum cohortibus[e] inſtituta, non tacent antiqui lapides[f]. Diſpenſatores porro etſi quandoque e liberis, ut dicebam, ſaepe e libertis, ſaepiſſime tamen e ſervis deligebantur, praecipue vernis, e quibus & deſumtos plerumque arbitror paedagogos. *Magni enim intereſt*, inquit Cicero[g], *quos quiſque audiat quotidie domi, quibuſcum loquatur a pueritia, quemadmodum patres*, PAEDAGOGI, *matres etiam loquantur*. Ideo ſumma veteribus cura erat, ne aſſueſceret infans ei ſermoni, qui dediſcendus[h] deinde eſſet; ac dediſcendus certe fuiſſet, ſi delectum noviſſent nullum ingenuorum paedagogia. De negligentia vetat in primis dubitari Auguſtus, qui nepotes & litteras, & natare, aliaque rudimenta[i] per ſe plerumque docuit, ac Verrium Flaccum, celeberrimum ea tempeſtate grammaticum, cunctis cum auditoribus, quos ille aegre dimittebat, duos tantum pueros inſtructurus, in aulam tranſire voluit pretio annuo philippeorum bis mille & quingentorum. Grammatici profecto eximia laus, magna merces. At ſequiore aetate Eumenius item gram-

a *Dio lib. LV Lipſ. de Magn. Rom. II. 4.*
b *Livius VII 16.*
c *Grut. p. 463 591. 890.*
d *Livius XXXVIII 10.*
e *Tacitus Ann. XIII 31.*
f *Fabrett pag. 36.*
g *In Bruto n 210.*
h *Quinctilian. lib I.*
i *Svet. Aug 64.*

grammaticus ſcutatorum quindecim millia in annuum ſtipendium a Principe accepit, auſus propterea dicere [a]: *quid mihi cum ullis opibus aut Midae regis, aut Craeſi, aut ipſius, qui auro dicitur fluxiſſe, Pactoli?* Tanta ſi veterum liberalitas fuit, bonos ut grammaticos ſui haberent liberi, nullus dubito, quin iidem curarent parentes optimi, bonos ac diſertos ut paedagogos pueris deſtinarent. Et tales quidem vix alios, quam vernas, eſſe potuiſſe quiſque facile intelligit. Poſtremo de vernis hoc unum addo. Muratorius [b] ad lapidem, in quo *Daphnus Caeſaris Noſtri Servus Diſpenſator Fiſci Caſtrenſis* titulum ponit *Vernis ſuis* hanc notam appoſuit: *Atqui Liberorum tantummodo, aut Libertorum fuit habere Servos.* Itaque contendit Daphnum invito domino manumittere. Sed nihil obſtat, quo minus tam liberi, & liberti, quam ſervi ipſi ſuos haberent ſervos, hoc quidem diſcrimine, quod liberis & libertis *ordinarii* parebant, ſervis autem *vicarii*. Reineſius ubi libertis vicarios tradit, merito a Fabretto vapulat [c], ſed interea [d] arguitur Fabrettus ipſe, qui aſciam pedibus illidens ſuis libertum patrono ſuo, eidemque liberto vicarium dedit, quum *vicarius* non ibi appellativum ſit, ſed cognomen. Nam ſicut liberis, ſic libertis ſervi erant proprie dicti, ſive ordinarii; ſervis autem vicarii, ſeu *peculiares*, quod in mancipiorum peculio eſſent, ac proinde nihil Muratorio mirum videri debuit, ſi Daphnus Caeſaris ſervus titulum poneret *vernis ſuis*, hoc eſt vicariis, ſeu peculiaribus. Vicariorum vicarios Gruterus [e] prodit, unde conſtat, non minus in *ordi-*

a *Idem de illuſtr. Gram* 17.
b *Pag.* 883. 6. vid. *Hagenbuchius pag.* 166. *& ſeqq.*
c *Pag.* 302.
d *Hagenbuch loc. cit. pag.* 167.
e *Pag.* 579.

ordinarii, quam in *vicarii* ipſius peculio ſervos extitiſſe. Itaque ut in ordinariorum titulis etſi ſervi nomen non exprimatur, ſervilis tamen conditio ex illa, quam ſupra diximus, obliquo caſu dominum deſignandi formula facile conjicitur, ita in vicariorum lapidibus haec quoque lex eſt ſervanda, ſi nulla vicarii nec expreſſa, nec per compendium commemoratio fiat. Exemplum habe ex Fabretto p. 303. DIS. MANIBVS. CLAVDIA . . . . . RINE. VIXIT. ANN. XXXII. MENSIBVS. III. CLAVDIA. EGLECTE. FILIA. PIENTISSIMA. ET. ONESIMVS. PRIMI. CAESARIS. CONIVGI. BENEMERENTI. *Oneſimus Primi Caeſaris*, id eſt Oneſimus Primi *vicarius*, Primus Caeſaris *ordinarius*, ut nempe appareat, quod dicebamus, Primo Caeſaris ſervo ordinario vicarium fuiſſe Oneſimum.

X. Officia & artes in ſervorum, libertorumque titulis quanquam cognominibus poſtponi plerumque ſoleant, quandoque tamen & praepoſita fuiſſe nonnullis exemplis patet. Artium officiorumque genera quot & quam varia in potentiorum domibus, praeſertim in aula Caeſarum exercerentur, quanquam magna ex parte Pignorii ſtudium ac diligentia declaraverit, rem tamen alibi nec majore cum voluptate, nec clarius cernimus, quam in litteratis lapidibus, ubi Romanam oculis videre licet ſuperbiam ne dicam, an levitatem, neſcio, niſi ſi forte Latinam majeſtatem ſapiant Julia *auriculae ornatrix*, Aponia *a tutulo ornatrix*, ſerva *a ſandalio*, itemque libertorum alii *a veſte regia*, alii *a veſte magna*, alii *a matutina*, & cetera hujus generis miniſteria plurima, quorum varietate omiſſa, quoſdam duntaxat libertorum, ſervorumque gradus, atque honores commemorabimus. *Immunis*, *Decurionis*, *Hono-*

Digitized by Google

Honorati, ac *Magiſtratus*, ſeu potius *Magiſterii* mentio in cippis ſepulcralibus, non ſemper ingenuos, multo minus nobiles ibi latere cineres deſignat. *Immunes* quidem in exercitu dicebantur milites imperatoris privilegio a bellicis oneribus vacui; in provinciis a vectigalibus penſitandis liberi; quare quum Livia cuidam Gallo civitatem Romanam ab Auguſto peteret, is civitatem negavit, immunitatem obtulit, affirmans *ſe facilius paſſurum* [a] *fiſco detrahi aliquid, quam civitatis Romanae vulgari honorem*. Ad hunc plane modum liberti ac ſervi, qui ab officiis vacabant, dicebantur, Immunes, quos italice dicimus *Giubilati*. *Decuriones* in coloniis, & municipiis cenſum habebant centum millium, & ut Romae iis, qui magiſtratus & triumphos non meruerant, aliquando ornamenta conſularia, praetoria, triumphalia dabantur, ita in municipiorum coloniarumque lapidibus [b] ſaepe fit mentio ornamentorum duumviralium, aedilitiorum, quatuorviralium, decurionalium. Collegium vero decurionum ſaepe, ut ſenatus Romanus, dicitur ordo *Ampliſſimus* [c], *Splendidiſſimus* [d], *Sanctiſſimus* [e]. At ab hoc collegio ſeu ordine diſtabant quam longiſſime Decuriones vulgo *Decani*, qui diſtinguebantur ab artibus, & officiis: puta Decuriones *Aurificum*, *Atrienſium* &c. Decuriae vero non decem modo, ſed plures continebant ſervos, ſicut decuriae equitum duobus & triginta [f] equitibus componebantur. Decurionum erat ſuffragium ferre totius decuriae nomine, ideo Calamo Claudii vel liberto, vel ſervo EX. D. D. D.

a *Svet. Aug.* 40.
b *Spon. Miſcell Erud. Ant. & Heinec. Ant Rom. Append. I V. §* 132.
c *Cic. pro Caelio. Grut. p* 421. 7.
d *Idem pag* 275. 2.
e *Grut. pag.* 393. 5.
f *Vegetius*. II. 14.

D. D. S. D. D. [a] *ex decreto decurionum ſarcophagus datus*, vel *donatus*. Tanti hoc munus habebatur, ut magiſtratus, ſeu magiſterii nomine diceretur. Documento eſt ille ſepulcreti Liviani lapis [b] CORNELIVS. CHIVS. QVI. IN MAGIſterio. DECeſſit. Quod de ſervis, idem de ancillarum decuriis intelligendum monet illa Pontia, cujus eſt titulus [c]: PONTIAE. TYRANNIDI. DECVRIONI. Praeibant decurionibus *Honorati*, qui maximum magiſtratum geſſerant, quem in provinciis Ulpianus [d] tradit fuiſſe Duumviratum, aliquando & ab Auguſtis ſuſceptum [e], cujus inſignia erant bacilli [f], aut [g] faſces. Duumviratus muneri inter libertos *Curatoris* officium reſpondebat: quippe non uno in loco Curatores primum & ſecundum [h] videre licet. Qui hoc munere functus erat, dicebatur in poſterum Honoratus, velut ille Actius Auguſti [i] *a regionibus urbanis Immunis & Honoratus*. Hujus honoris rara in lapidibus mentio, perfrequens decurionum ob artium varietatem: in uno enim [k] monumento Liviae inter triginta ſupra quadringentos titulos ſe ſe offerunt plura, quam centum diverſa genera officiorum & artium. Haec qui legerit cum Terentio repetet [l]:

Nullum eſt jam dictum, quod non ſit dictum prius.

At nunquam ego id uſurpabo, quod Donatus ad eum verſum dixiſſe fertur: *pereant, qui ante nos noſtra dixerunt*, imo & florentes cupio & ſalvos eſſe.

CLAS-

a *Blanchin. in ſepulcr. liber. & ſervor. dom. Aug. pag. 9.*
b *Idem pag 75. Murator. pag. 947 8.*
c *Blanchin. loc. cit pag. 43.*
d *L. 1. ff. de albo ſcrib. Chimentellius de Honore Biſellii.*
e *Spartian. in Hadr. Grut. p. 421.*
f *Lipſius Elect I 23.*
g *Cic. Agrar. II. Plin.* NN *VII. 43.*
h *Blanchin. loc cit. p. 25.*
i *Fabrett. Ant Inſcr p. 449.*
k *Idem ibid. pag 72.*
l *Prolog. in Eunucho. v. 41.*

CLASSIS IX.

Libertorum Libertarumque Monumenta.

I.

Romae in domo Caeſia.
Ex Celſi Cittadini Vol. V. pag. 584.

1. QVI . COLITIS . CYBELEN . ET . QVI . PHRYGA . PLANGITIS . ATTIN
DVM . VACAT . ET . TACITA . DYNDIMA . NOCTE . SILENT
2. FLETE . MEOS . CINERES . NON . EST . ALIENVS . IN . ILLIS
HECTOR . ET . HOC . TVMVLO . MYGDONIS . VMBRA . TEGOR
ILLE . EGO . QVI . MAGNI . PARVVS . COGNOMINIS . HERES
CORPORE . IN . EXIGVO . RES . NVMEROSA . FVI
FLECTERE . DOCTVS . EQVOS . NITIDA . CERTARE . PALESTRA
FERRE . IOCOS . ASTV . FALLERE . NOSSE . FIDEM
AT . TIBI . DENT . SVPERI . QVANTVM . DOMITILLA . MERERIS
QVAE . FACIS . EXIGVA . NE . IACEAMVS . HVMO

1. Cybelis ſacerdotes invocat, aut quia in Phrygia natus, unde advectum Romam Cybelis ſimulacrum, aut quia ſervus illius templo addictus. De Cybelis ſacerdotibus, & Archigallo ita Prudentius:

Cultrum in lacertos exerit fanaticus,
Sectiſque matrem brachiis placat Deam.

Apud Minuc. Felicem ſic Octavius: *quid? qui ſanguine ſuo libat, & vulneribus ſupplicat, non profanus melius eſſet, quam ſic religioſus?* Vid. *Diſſert. Cl. Dom. Georgii de Archigallo in marmore Muſ. Capitolini.*

2. Scaliger forſan IVLIIS pro *in illis*. Hoc epigr. Barthius Martiali tribuit *in Adverſ. V.* 13. Cittadinus lapidem inventum ait in via Appia.

I I.

Romae in domo Delphiniorum . *Celſi Cittad. ibid.*

LIBERTA . ET . CONIVX . PETRONIA . CARA . PATRONO
THALLVSA . HOC . TVMVLO . CONDITA . LVCE . CARET
QVAE . BIS . VICENOS . COMPLERAT . LVCIBVS . ANNOS
EREPTA . EST . SVBITO . CONIVGIS . E . GREMIO
HANC . SIC . ADSIDVE . DEFLET . PETRONIVS . VT . IAM
DEFICIANT . OCVLOS . LVMINA . CARA . SVOS
DESINE . PER . TERRAS . INFERNAS . TENDERE . AD . ARCES
FATA . ANIMAM . DEDERANT . FATA . EADEMQVE . NEGANT

I I I.

Fabrett. V. p. 421. n. 388.

AVRELIVS . L. L.
HERMIA
LANIVS . DE . COLLE
VIMINALE
HAEC . QVAE . ME . FAATO
PRAECESSIT . CORPORE . CASTO
CONIVNXS . VNA . MEO
PRAEDITA . AMANS . ANIMO
FIDO . FIDA . VIRO . VEIXSIT
STVDIO . PARILI . QVM
NVLLA . INAVARITIES
CESSIT . AB . OFFICIO

AVRELIA . L. L.

* AVRELIA . L. L.
PHILEMATIO
VIVA . PHILEMATIVM . SVM
AVRELIA . NOMINITATA
CASTA . PVDENS . VOLGEI
NESCIA . FEIDA . VIRO
VIR . CONLIBERTVS . FVIT
EIDEM . QVO . CARBO
EHEV
REE . FVIT . EE . VERO . PLVS
SVPERAQVE . PARENS
SEPTEM . ME . NAATAM
ANNORVM . GREMIO
IPSE . RECEPIT . XXXX
ANNOS . NATA . NECIS . POTIOR
ILLE . MEO . OFFICIO
ADSIDVO . FLOREBAT . AD . O

* *In media tabula erant inſculptae imagines ſibi mutuo blandientium* . Vid. *Murator. p.* 1522.

Celſus Cittadinus *loc. cit.* & Gruterus *pag.* 1046. 6. inemendatum habent hunc lapidem, quem Fabrettus ex tabula autographa exſcripſit in horto ad Arenulam: Wowerius, ex quo Gruterus hauſit, cippum tradit fuiſſe inſcriptum ab utro-

que

que latere : falſo : extabant omnia unica facie comprehenſa in lapide Tiburtino, paululum trunco ad imam partem . Hoc epitaphium puritate veteris ſermonis nobile effoſſum eſt in via Nomentana an. 1593. Antiquitatem orthographia indicare videtur . Nam uſus geminandi vocales perduravit uſque ad Accium, teſte Quintil. *l.* 8. Alatrii in vetuſtiſſimo monumento legitur L. BETILIENVS L. F. VAARRVS, & ibidem SEEDES, cujuſmodi exempla videſis in muſeo Capitolino . Saepe veteres geminabant vocales longas : ita Varro, *quidam*, ait, *reprehendunt*, *quod* PLVIT *&* LVIT *dicamus in praeterito & praeſenti tempore* : *falluntur* : *nam eſt*, *ac putant*, *aliter*, *quod in praeterito* V *dicimus longum* PLVVIT, LVVIT in praeſenti breve . Cl. Muratorius non Cittadino, non Grutero, non Fabretto nominatis dat hunc lapidem e ſchedis Ptolomeis, legitque in principio *Aurelius l. l.* FILERMIA ENNIVS, in fine pro *Aurelia* VRFILA; itemque FATO pro *faato*, & QEE pro *Ree* .

III.

Romae . *Gruterus p. 609. 4.*

1. CALPVRNIA ATHIS FECIT

DEXTERA . FAMA . MIHI . FVIT . ET . FORTVNA . PATRONA
MAGNIFICI . CONIVNX . CAESARIS . ILLA . DEI
QVA . BENE . TVTVS . ERAM . CARVS . NEC . VILIS . AMICIS
QVIS . ETIAM . MIHI . PLVRIMA . CVRA . FVIT
ATHIS . CAVSA . MEAE . VITAE . QVAE . CARA . SEPVLCRO
CONDIDIT . OSSA . SVO . NOMINOR . IKADIVM

1. Cittadinus legit ANTHIS . Reineſius ATTHIS .

IV.

Romae . *Grut. p. 670. 8.*

VNA IVVENILES DOMVS HOS PRODVXIT ALVMNOS
LIBERTATIS OPVS CONTVLIT VNA DIES
NAVFRAGA MORS PARITER RAPVIT QVOS IVNXERAT ANTE
ET DVPLICES LVCTVS SIC PERINIQVA DEDIT

Hic lapis, qui & habetur in Appian. & Amant. *inſcr. vet.* 215., extabat in muro pervetere apud Pantheon, inſculptae ibi erant miro artificio duae juvenum imagines cum his verſibus.

V.

In villa Emi Cardinalis Paſſionei apud Camaldulenſes in Tuſculo exſcripſi.

DIs MANIB.

DOMESTICO . QVI . VIXIT . ANN. XVI
HOC . MIHI . NOSTER . ERVS . SACRAVIT
1. INANE . SEPVLCRVM . VILLAE . TECTA SVAE
PROPTER VT ASPICEREM . VTQVE SVIS
MANIBVS . FLORES . MIHI . VINAQVE
SAEPE . FVNDERET . ET LACRIMAM QVOD
MIHI PLVRIS . ERIT NOSTROS NAM CINERES
2. POLLENTIA . SAEVA . SVBEGIT . EST . ET . IBI
TVMVLVS . NOMEN . ET . ARA . MIHI . NEC
3. TAMEN . AVT . ILLIC [1] . SVBTER CRVDELIA BVSTA
AVT ISTAS SEDES . NOSTRA . SVBIT
ANIMA . SED . PETAT . ASVRIOS
PETAT . ILLE . LICEBIT . HIBEROS . PER
MARE . PER . TERRAS . SVBSEQVITVR . DOMINVM
M. CAERELLIVS
SMARAGDIANVS . FECIT

1 P. Paciaudius *legit* ILLIS SVPER.

Hoc mihi noſter herus ſacravit inane ſepulcrum,
Villae tecta ſuae propter ut aſpicerem:.
Utque ſuis manibus flores mihi, vinaque ſaepe
Funderet, & lacrimam, quod mihi pluris erit.
Noſtros nam cineres Pollentia ſaeva ſubegit,
Eſt & ibi tumulus, nomen, & ara mihi.
Nec tamen aut illic ſubter crudelia buſta,
Aut iſtas ſedes noſtra ſubit anima,
Sed petat Aſſyrios, petat ille licebit Hiberos,
Per mare per terras ſubſequitur Dominum.

Cenotaphium in villa, ſepulcrum Pollentiae, ubi ſervum amiſit, Smaragdianus erectum voluit, de quo nominum genere ſecus, ac Fabrettus ſenſit, aperte hoc nomen indicat Smaragdiani, cujus origo a patrocinio deſumi quî tandem poſſit, non video.

2. In-

2. Incertum, quae Pollentia crudelitatis arguatur: Alteram enim in Baleatide majore ſitam memorat Ptolomaeus *II. 6.* alteram lanis celebrem in Liguria Plinius *VIII.* 48. tertiam Holſtenius in Annot. *ad pag.* 742. *lin.* 19. in Piceno collocat non ad oſtium ignoti fluminis cum Cluverio, ſed ad laevam Fluſoris fluminis e regione urbis Salviae, ubi nunc *Monte Milone*. Quid? ſi Deam Nemeſin eſſe putem Pollentiam? cujus cultum in Latio perveterem oſtendit Gorius in Muſ. Etr.

3. Inſepultos, ac morte violenta extinctos occurſare viris, nec ante ad inferos redigi, quam juſta percepiſſent, opinio ethnicorum fuit; itaque Plauti Tranio in *Moſtellar.* ſeni ut ſuaderet domino umbris vexari domum, lepide fingebat, necatum hoſpitem dixiſſe ſibi:

Me in Acherontem recipere Orcus noluit,
Quia praemature vita careo, per fidem
Deceptus ſum, hoſpes hic me necavit, iſque me
Defodit inſepultum.

Vid. *Virg. Aenead. IV. Plin. VII. Svet. Calig.* 59. *Tertullian. de Anima* 56. Gutherius vero *de Jur. Man. II.* 16. ad *inſcr. Grut. p.* 786. 5., ubi ait ſepultorum umbras, qui morte obiiſſent ſua, fruſtra fuiſſe optatas, & Furiam Spem inane hoc deſiderium habuiſſe in ſomnis ſui videndi viri, dupliciter errat. Primo enim Furiae virum abſtulerat violenta mors, quum habeat lapis A . MANV . MALA . DISPARATI . SVMVS, adeoque illius deſiderium minime *inane* erat. Deinde (niſi quis τὸ SAEVA in 5. verſu, & τὸ CRVDELIA ad homicidium traducat, quod non ſuſpicor, eſt enim epitheton mortis tritum in juventute) eorum etiam, qui nec inſepulti, nec necati fuerant, extra inferos vagari animas ſuperſtitio admiſit, unde hic noſter a domini latere nuſquam ſe diſceſſurum ſpondet. Hoc quippe eſt veritatis, erroriſque diſcrimen maximum, quod illa ubique eſt eadem, contra is tam ſui diſſimilis, tamque multiplex, ut nullibi ſtabilem in ſententia dicenda pedem figere quis tuto poſſit.

VI.

V I.

E ſched. Bellonii, & Lollii. *Murator. Vol. II. p.* 956. 1.

QVID SIBI VOLT QVAERIS TELLVS CONGESTA VIATOR
1. OSSIBVS HIC VXOR MISCVIT OSSA MEIS
NOBILIS EVFROSINE FACILIS FORMOSA PVELLA
DOCTA OPVLENTA PIA CASTA PVDICA PROBA
FORTVNAM MIRERE MEAM VERVM EXITVS HIC EST
OMNIVM MECVM VNO COMPOSVI TVMVLO
I NVNC ET QVICQVID VOTIS MELIORIBVS OPTA
ABSVMIT TECVM SINGVLA SARCOPHAGVS
HERMORODORO PARAGINIO EVFROSINAE PARAGINIAE
2. HERMORODORVS PRAETORI NOMENCVLATOR
POS
H. M. H. N. S

Reineſius *Claſſ. XVIII. n.* 22., & Fabrettus *III. p.* 200. *n.* 490. habent in fronte D. M. ad latus dexterum extra inſcr. poſt vocem *Puella* additur *Eufroſine*, & in fine ad idem latus PARAGINIO PRAETORIS NOMENCVLATOR. in fine HERMODORO PARAGMIO ET EVFRONIAE PARAGMIAE LIB. CARISSIMIS HERMORODORVS &c.

1. De conjugum, amicorumque commiſtis oſſibus in antecedenti Diſſ. num. XIII. Curioſa eſt concluſio apud Gruter. *p.* 909. lapidis, in quo C. Avoratius ait VXOREM EXPECTO MEAM. Vid. *Fabrett. loc. cit.*

2. Praetorianis nomenclatoribus adde privatos, quorum miniſteria erant praeſertim duo, extra domum Candidatis in prenſationibus, domi in ſalutationibus inſervire. De ſuo in urbem reditu Cicero ad Att. *IV.* 1. *ad urbem*, inquit, *ita veni, ut nemo ullius ordinis nomenclatori notus fuerit, qui obviam non venerit*. Idem Cic. pro Muraena de nomenclatoribus lepide cum Catone. Ex Ariſtotelis monito *II. Rhetor.* habuerunt hoc miniſterium veteres, ne viderentur parum de iis laborare, quorum nomina non tenerent. Apud Homerum Agamemnon fratri hoc officium praecipit. Hac de cauſa laudantur Cyrus, & Themiſtocles; ille quia militum, hic quod civium nomina in promptu habuerit.

VII.

Digitized by Google

V I I.

Romae. *Grut. p. 607. 4.*

1. ATIMETVS PAMPHILI

TI. CAESARIS . AVG. L. L

ANTEROTIANVS . SIBI . ET

CLAVDIAE . HOMONOEAE

CONLIBERTAE . ET

CONTVBERNALI

SI . PENSARE . ANIMAS . SINERENT . CRVDELIA . FATA

ET . POSSET . REDIMI . MORTE . ALIENA . SALVS

QVANTVLACVNQVE . MEAE . DEBENTVR . TEMPORA . VITAE

2. PENSAREM . PRO . TE . HOMONOEA . LIBENS

AT . NVNC . QVOD . POSSVM . FVGIAM . LVCEMQVE . DEOSQVE

VT . TE . MATVRA . PER . STIGA . MORTE . SEQVAR

PARCE . TVAM . CONIVNX . FLETV . QVASSARE . IVVENTAM

FATAQVE . MAERENDO . SOLLICITARE . MEA

NIL . PROSVNT . LACRIMAE . NEC . POSSVNT . FATA . MOVERI

VIXIMVS . HIC . OMNIS . EXITVS . VNVS . HABET

PARCE . ITA . NON . VNQVAM . SIMILEM . EXPERIARE . DOLOREM

ET . FAVEANT . VOTIS . NVMINA . CVNCTA . TVIS

QVODQVE . MIHI . ERIPVIT . MORS . IMMATVRA . IVVENTAE

ID . TIBI . VICTVRO . PROROGET . VLTERIVS

In ſiniſtro ejuſdem urnae quadratae latere.

TV . QVI . SECVRA . PROCEDIS . MENTE . PARVMPER

SISTE . GRADVM . QVAESO . VERBAQVE . PAVCA . LEGE

ILLA . EGO . QVAE . CLARIS . FVERAM . PRAELATA . PVELLIS

HOC . HOMONOEA . BREVI . CONDITA . SVM . TVMVLO

CVI . FORMAM . PAPHIE . CHARITES . TRIBVERE . DECORAM

QVAM . PALLAS . CVNCTIS . ARTIBVS . ERVDIIT

NONDVM . BIS . DENOS . AETAS . MEA . VIDERAT . ANNOS

INIECERE . MANVS . INVIDA . FATA . MIHI

NEC . PRO . ME . QVEROR . HOC . MORTE . EST . MIHI . TRISTIOR . IPSA

MOEROR . ATIMETI . CONIVGIS . ILLE . MEI

SIT . TIBI . TERRA . LEVIS . MVLIER . DIGNISSIMA . VITA

QVAQVE . TVIS . OLIM . PERFRVEARE . BONIS

1. Ati-

1. Atimetus libertus Pamphili liberti Tib. Caeſaris. De nominibus in ANVS inflexis inſtar hujus noſtri Anterotiani, ſatis in Diſſ. num. VII. In ſervili genere *contubernium* pro connubio, & *contubernalis* pro conjuge uſitatiſſimum in lapidibus, ſed ſervorum libertorumve. Contubernium quippe pro conjugio inter libera capita non facile cum Fabretto admiſerim *Ant. Inſcr. IV. p.* 314. 315. Exempla enim, quibus utitur, non ingenuae conditionis ſunt, ut illud e ſchedis Barberinis: DIS. MANIBVS. L. SERVILIVS. ONESIM*us*. FECIT. CONTVBERN*ali*. SVAE. RVNTIAE. CALLITYC*he*. Porro Oneſimi, & Callityches nomina ſunt in ſervis nota.

2. In dextro latere dialogus eſt viri & conjugis; in ſiniſtro garrulae adhuc poſt mortem feminae, & viatoris. Quartus *v.* confirmat, quod ait Cicero in Oratore, proſodiae regulas diu fuiſſe inſtabiles. Diphtongos diviſas, uti hoc loco in Homonoea, ſaepe alias vidimus.

VIII.

Mutinae. *Ex Ludovici Verdiani Hiſt. Mutin. Vol. II.* habet *Murator. Vol. I. p.* 539. 1.

SALLVSTIAE
APHRODITAE
CONSIDIVS L. F.
CONIVGI BENE
MERENTI CVM QVA
VIXIT ANNIS XXVII
MENSIBVS VIII. DIEBVS VI
QVOD VIVA MERVI MORIENS QVOD ET IPSA ROGAVI
CONIVGIS HOC MOESTI REDDIDIT ECCE FIDES
SIT LICET INFERNAE MORTIS TRISTISSIMVS HORROR
ME TAMEN ILLIVS CREDO IACERE TORIS
Conjugii memor umbra mei dum teſtor amores,
TE PIE POSSESSOR SIVE COLONE PRECOR
NE PATIARE MEIS TVMVLIS INCRESCERE SILVAS
SIC TIBI DONA CERES LARGA DET ET BROMIVS

IX.

I X.

Cluſii . *Ex Donio Murator. p.* 1406, 8.

D . M

SVETRIVS . HERMES . HIC . SITVS

EST . CVI . TERTIA . CONIVNX

ARAM . CONSTITVIT . DIGNO

MERITOQVE . MARITO

CVM . QVO . CONCORDEM . VI

TAM . MVLTOSQVE . PER . ANNOS

VIXIT . ET . *heu* TENERO . CASV . SVBTRACTA

MARITO . EST

DE . CVIVS . FAMA . MVLTI . CVM

LAVDE . LOCVNTVR *ſic*

QVOD . FVERIT . CVLTOR . DOMINI

SERVMQVE . ET . AMATOR . TV . QVI

Cetera deſiderantur, fortaſſe tituli concluſio erat trita illa cantilena TV QVI *tranſis*, *dic*, *ſit tibi terra levis*.

X.

Romae prae foribus Nob. Molariae ad Pontem Ceſtium. *Fabrett. III. p.* 190. *n.* 440.

Grata . VIRO . POSVIT . CONIVNX . MEMORA . LISA . .

. DIGNA . PIO . NATO . QVI . CITO . RAPTVS . ABIT

MVNERA . QVAE . DECVIT . NATVM . PATRI . MATRIQVE

PARARE

IN . *cog*NATORVM . SERIE . MA*eſtas epulas*, *& dat*

PIA . VOTA . MIHI . TITVLIS . TRISTISSIMA . *conjux*

QVE . SVBOLES . OLIM . SERVAVIT . TEMPORE LONGO

A. FABIO . DAPHNO

FABIA . PYRALLIS

CONIVGI . CARISSIMO

POSVIT

DI . TALESQVE . DABVNT . EPVLAS . MERITIS

PRO . TALIBVS . ILLI . ET . NATVM . PATRI

MATRIS . PIETATE . PROBABVNT —

Digitized by Google

Priores ſeptem verſus tympano arae inſcriptos omiſit Reineſius Cl. *XIV. p.* 195. quem Muratorius *Vol. III. p.*1341. 10. accuſat ne Fabretto quidem commemorato, quaſi ipſe primus lapidem ex Ligorio ediderit, & deformiorem, quam Fabrettus.

X I.

Romae in vinea Card. Rod. Carpenſis. *Grut. pag.* 939.

D . M
FABIAE . PYRALLIDI . OPTIMAE
ET . SANCTAE . PATRONAE
DE . SE . BENEMERIT
ARTEMISIVS . LIBERTVS
CVNCTORVM . HAEC . SVBOLI . SEDEM
POST . MORTE . RELIQVIT . ANTE
TAMEN . NATO . CONIVGE . ET ANTE . SVO
NONDVM . SECVRA . DVM . FLET . MAES
TISSIMA . MENTE . OCCIDIT . ET
TRISTES . DECEPIT . MAESTA . FOVENDO
SET *sic*. NOS . SOLLICITI . MEMORESQVE
PARENTIS . AMORE . MATREM
CVM . NATO . CONIVGE . CVMQVE . SVO
SECVROS . COLIMVS . MEMORES . DE
NOMINE . NOSTRO . ET . FACIET
SVBOLES . MVLTOS . MEMORATA . PER . ANNOS
SACRA . DEIS . PATRIBVSQVE . SVIS
MEMORESQ. PRIORVM . ET . MEMO
RES . NOSTRI . NOSTRORVMQ. ALTA
PROPAGO . AETERNO . SERVENT
SEMPER . MEMORABILE . NOMEN
QVISQVIS . ES . AVT . OLIM . NOSTRA . DE
STIRPE . FVTVRVS . SIS . MEMOR
ANTIQVI . NOMINIS . ET . TITVLI . IN
QVORVM . TITVLO . HIC . DATVR . ESSE
LOCVS . ET . DOMVS . AETERNAE
TV . TVEARE . FOCOS

XII.

X I I.

Ex Muſ. Veron. p. 314:

ΣΕΜΝΗΝΠΗΝΕΛΟΠΗΝΟΠΑΛΑΙΒΙΟΣΕΣΧΕΔΕΚΑΙΝΥΝ
ΣΕΜΝΗΝΦΗΛΙΚΙΤΑΝΟΥΤΑΧΑΜΙΟΤΕΡΗΝ
ΒΟΥΛΟΜΕΝΗΣΔΕΘΑΝΕΙΝΑΝΔΡΟΣΠΟΤΕΡΗΝΣΦΕΤΕΡΟΙΟ
ΕΚΛΥΕΣΩΔΑΙΜΩΝΠΟΛΛΑΚΙΣΕΥΧΟΜΕΝΗΣ
ΤΟΙΓΑΡΤΟΙΚΑΙΕΜΕΙΟΔΙΚΑΙΟΤΕΡΗΝΟΠΑΚΟΥΣΟΝΕΥΧΟΜΕ
ΝΟΥΠΛΟΥΤΩΝ
ΑΙΕΙΣΑΙΔΑΟΠΕΡΗΣΩΕΥΡΕΙΝΤΗΝΙΔΙΑΝΦΗΛΙΚΙΤΑΝΠΑΡΑΣΟΙ
ΚΛΑΥΔΙΟΣΙΗΤΗΡΑΓΑΘΕΙΝΟΣΤΗΝΔΕΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΕΙΚΟΝΑΦΗΛΙΚΙΤΑΣΜΑΡΤΥΡΑΣΩΦΟΣΥΝΗΣ

Haec inſcriptio quinque lineis in Capitolio extat abſque ulla lacuna. Quae deficiunt in ſexto & ſeptimo verſu, Cl. Maffejus ita ſupplet.

Σεμνὴν Πηνελόπην ὁ πάλαι βίος ἔσχε δὲ, καὶ νῦν
Σεμνὴν Φηλίκιταν οὐ τάχα μειοτέρην.
Βουλομένης δὲ θανεῖν ἀνδρὸς προτέρην σφετέροιο
Ἔκλυες ὦ Δαίμων πολλάκις εὐχομένης.
Τοιγάρτοι καὶ ἐμεῖο δικαιοτέρην ὄπ᾽ ἄκουσον
Εὐχομένου πλοῦτον πολλάκις, οὐ προθανεῖν,
Ἀλλ᾽ ὅπου ἂν θανέω, καὶ εἰς ἀΐδαο περήσω,
Εὑρεῖν τὴν ἰδίαν Φηλίκιταν παρὰ σοί.
Κλαύδιος ἰητὴρ Ἀγαθεινὸς τήνδ᾽ ἀνέθηκεν
Εἰκόνα Φηλίκιτας μάρτυρα σωφροσύνης.

Ita vertit idem Maffejus.

Penelopen antiqua aetas celebravit honeſtam,
Haud minor hac noſtra Felicitas reſonat.
Linquere cum vitam cuperet carum ante maritum,
Audiit orantem ſaepe, deditque Deus.
Ergo meam quoque Pluto audi, quae juſtior illa
Prex eſt, dum non, ut praemoriar, rogito,
At cum decedam, ſedeſque inviſam Acherontis,
Te prope ut aſpiciam conjugis ora meae.
Claudius hanc medicus poſuit maerens Agathinus,
Teſtem virtutis conjugis effigiem.

X I I I.

Extat in Muſeo Capitolino. *Ibid. pag.* 315.

Θ K

ΕΝΘΑΔΕΚΕΙΜΕΑΝΑΥΔΟΝΑ

ΠΝΟΥΝΞΕΝΟΝΕΝΘΑΔΕΚΕΙ . . .

ΠΑΙΔΙΟΝΕΚΠΡΟΛΙΠΩΝΓΛΥΚΕ . . .

ΦΑΟϹ ΑΕΛΙΟΙΟ ΖΗϹΑϹΜΕΝ . . .

ΤΑϹΕΓΩ . . . . ΑΙΔΥΟΜΗ . . .

. . ΔΟΜΑΔΑϹ ΔΙϹϹΑϹΜΟ . . .

. . . . . ΟϹ ΕϹΧΟΝ ΕΚΡΟΛΙΠΩ . . .

. . ΑΤΡΑΝ ϹΙΝΩΠΗΝ ΤΩΔΠΟΚΕΙ

. . ΟΝΟΥΝΟΜΑΤΟΥΜΟΝ ΚΟΡΝΟΥΤΙΩΝ .

ΚΑΤΑΚΕΙΜΕΛΙΠΩΝ ΠΕΝΘΟϹ ΓΟΝΕΟΙ

ϹΙΤΑΜΑΔΕΝΗΠΙΑΧΟΥΔΑΚΡΥΑ ΠΛΗ . .

ΑΧΕΡΟΝΤΙΔΑ ΛΙΜΝΗΝ ΔΙΟΔΟΡ . . .

ΤΩ ΙΔΙΩ . . . .

Cl. Marchio Maffejus ſic lacunis conſultum voluit.

Ἐνθάδε κεῖμαι ἄναυδον, ἄπνουν ξένον, ἐνθάδε κεῖμαι
Παιδίον ἐκπρολιπὼν γλυκερὸν φαὸς ἀελίοιο.
Ζήσας μὲν λυκάβαντας ἐγὼ δύο μῆνας
Ἑβδομάδας δισσὰς, μόνον ὥρας ἤματος ἔχον,
Ἐκπρολιπὼν πάτραν Σινώπην τῷδε πρόκειμαι
Τύμβῳ, ἐπὶ στήλης κεχαραγμένον οὔνομα τοὐμὸν
Κορνουτίων κατάκειμαι λιπὼν πένθος γονεῦσι
Τἀμὰ δὲ νηπιάχου δάκρυα πλῆσ' ἀχεροντίδα λίμνην
Διόδωρ . . . τῷ ἰδίῳ υἱῷ

Sic vertit laudatus Maffejus.

Hic jaceo exanimis, ſine voce hic heu jaceo, hoſpes,
Amiſſa ſolis praedulci luce, puellus;
Annos exegi vivens duo, adhuc duo menſes,
Hebdomadas binas, aliquas vix inſuper horas.
Deſerui Sinopen patriam; projectus in iſtum
Sum tumulum, in parvo hoc inſculpto nomine cippo,
Cornutius, luctu his qui me genuere relicto,
Infantis lacrimis Acherontia ſtagna replevi.

XIV.

XIV.

Romae. *Ex Theſ. Grut. 992. 3.*

RVSTICELLA M. L. CYTHERIS

DEPITVM . REDDIDIT . X. K. SEPT MALVGINENS . ET . BLAESO . CoS

QVANDOCVMQVE . LEVIS . TELLVS . MEA . CONTEGET . OSSA

1. INCISVM . ET . DVRO . NOMINE . ERIT . LAPIDE

2. QVOD . SI . FORTE . TIBI . FVERIT . FATORVM . CVRA . MEORVM

NE . GRAVE . SIT . TVMVLVM . VISERE SAEPE . MEVM

ET . QVICVMQVE . TVIS . VMOR . LABETVR . OCELLIS

PROTINVS . INDE . MEOS . DEFLVAT . IN . CINERES.

3. QVID . LACRVMIS . OPVS . EST . RVSTICELLI . CARISSIME

CONIVNX . EXTINCTOS . CINERES . SOLLICITARE . MEOS

VNA . DOMVS . CVNCTIS . NEV . FVGIENDA . VIRIS

VT. QVAE . VOLVI . TEMPORE . TEMPVS . HABET

NONDVM . BIS . VICENOS . ANNOS . COMPLEVERAT . ANNVS

SVPREMVM . PARCAE . SORTE . DEDERE . MIHI

1. March. Maffejus ſic emendat. NOMEN ERIT LAPIDE
2. Idem. SIQVA TIBI FVERIT FATORVM CVRA MEORVM
3. Si dicas *Cariſſime Ruſticelli*, ſculptorem emendabis.

XV.

Trebiae. *Ex Franciſco Aligerio in Antiq. Valentin.*

DEFVNCTA CHELIDONAE POMPONIA EST HIC SITA

AETATIS QVINTO DECVMO ANNO INFELIX ABICIT

QVAE DVLCEM VITAM ET LVCEM REDDERE MORTE MEA

LVBET NEC LICITVMST MESERA SICCINE TACES

NEC LACRVMIS MEIS REFERS LACRVMVLAM METV

AN CESSAS CONIVX VERVM ME MORS ACERBA SATIS

SIT QVOD ET IMMATVRA ABSTVLIT COMPLEXV TVO

NEC TE MACERA DVLCISSIMA AVTEM ET SVAVISSIMA

VXOR TVI POMPONI MEMOR AETERNVM VALE

Franciſcus Aligerius Dantis tertii Filius hoc epigramma, verſibus comicis ſeptenariis, ultimo ſemper jambo pede, Romae extitiſſe, & ſe vidiſſe ſcribit, cujus ope ſupplevit fragmentum corroſi marmoris in xyſto olim viri nobilis Benedicti Va-

Valenti, Clementis VII. deinde Pauli III. PP. MM., tribuni aerarii, nunc Comitis Jacobi, & Cl. Praeſulis Philippi Valenti. De hujus monumenti antiquitate dubitaverit fortaſſe aliquis. At equidem non video, quid deroget Aligerio fidem. Poterat enim quiſpiam, antequam caſus, aut ignavia marmoris integritati officeret, titulum in ſua adverſaria retuliſſe, & haec cum Aligerio, antiquae rei ſtudioſiſſimo, communicaſſe. Porro fragmentum marmoris, quod etiamnum extat, non in urbe Valentia, ut Cl. Maffejus falſo opinatus eſt, ſed Trebiae in domo Valentina ſic habet.

DONAE POMPONIA ES
DECVMO ANNO INFOE
VITAM ET LVCEM REDI
NEC LICITVMST MESERA . S
frag *mentum*
MEIS REFERS . . . CRVMVLAM
VERVM ME MORS ACERBA . S
IMMATVRA ABSTVLIT
DVLCISSIMA AVTEM ET SVAVIS

Dialogus eſt viri ſuperſtitis cum uxore defuncta; ac ſi interrogationem addideris poſt verba *taces*, *lacrumulam*, *conjux*, captu facillima ſunt, quae antecedunt, quaeque ſequuntur, omnia. Viri alloquium quieſcit in voce *conjux*; conjugis in *macera*; tum Pomponius uxorem de more aeternum valere jubet. De E pro I in *meſera*, itemque V pro I nihil dico: norunt haec, qui vetuſtos aut lapides, aut poetas a primo limine ſalutarunt. Quia vox Chelidon ſaepe eſt obvia in ſervitute, viſa eſt hujus lapidis haec Claſſis propria.

X V I.

Romae. *Ex Ficoronio Muratorius p. 1676. 9.*

DIVA PRECOR TELLVS ALVO.
COM PLECTERE SANCTA OSSVA
QVORVM IN HOC NOMINA
SVNT LAPIDE FL. OPHELIONIS
FL. BERYCIS

XVII.

XVII.

Reineſ. Claſſ. XVI. num. 65.

G. PVBLICIVS . C. L. AM . . . . .
1. V. RVSTIA . C. L. . . . .
C. CLAVDIVS . FAVSTVS . VI VIR
TEMPORE . SVPREMO . FAVSTE
EST . TIBI . CVRA . VIDENDI
SI . PERLEGISTI . VENIAS . LICET
ET REQVIESCAS
ANNVIS AN REFVGIS FRVSTRA
HAEC DOMVS HAEC REQVIES
OMNIBVS VNA MANET
HVC VENIENDVM INQVAM

1. Reineſ. v. interpretatur *Vibiae*. Scaliger in indice notarum in viris explicat v. *vivum*, in feminis *praenomen*. At ubi v. non eſt ejuſdem magnitudinis, ac litterae nominum, vel ubi eſt appoſita loco minus proprio, ſemper vitae indicium eſt, ſicuti mortis Θ initium θάνατος, ut in ſequenti. Vid. *Fabrett. cap. I. p. 39. num. 170.*

XVIII.

Tumiſii. *Inſcr. Donian. p. 354.*

1. Θ. C. FIDICVLANIVS . C. L. ABDACVS
Θ. C. FIDICVLANIVS . C. F. ARN. RVFVS
V. FIDICVLANIA . C. L. HIPPOLITE
FATALEM . HANC . SEDEM . HIPPOLITE . DEDIT . OB . PIETATEM
IN . COMMVNE . SIBI . ET . GNATO . COLLIBERTOQVE

1. Murat. *p. 1582. n. 11.* habet in 3. *lin.* HIPPOLITHAE, & in hexametro AEDEM pro *ſedem*.

XIX.

E ſchedis Barberinis. *Fabrett. V. p. 417. n. 369.*

MVRRIA HOC TITVLO PATRONVM PIETATIS HONORAT
QVICQVID ID EST GRATVM MANIBVS OFFICIVM
NON IVSSA TAMEN NEC VOCE ROGATA
HIC ALIIS OBIIT VIVIT LIBERTAE SVAE SVAVIS PATRON

X X.

Romae. *Grut.* 660. 1.

D . M

XANTIPPES . SIVE . IAIAE
C. CASSIVS . LVCILIANVS
ALVMNAE . DVLCISSIMAE
SEV . MORTIS . MISERET . SEV . TE . VITAE . PERLICE
1. NOMEN . XANTIPPE . IAIA . EAEDEM . LVDICRO
QVOD . EXSPRIMENS . DOLORE . FVGIT . ANIMA . CORPORE
HIC . CONQVIESCIT . CVNIS . TERRAE . MOLLIBVS
QVAM . TRINO . ANNORVM . FILO . PROTERENTIA
NOVEM . POST . MENSVM . FATA . CONFICIVNT . MALA
LVES . IGNITA [a] . TORRET . NOCTES . ET . DIES
VENVSTA . AMOENA . INEPTIENS [b] . ET . GARRVLA
QVAM . SI . QVA PIETAS . INSITAST . CAELESTIBVS
VIVENTI . INGENIO . SOLI . ET . LVCI . REDDITE
ALTORIS . MEMOREM . QVEM . PARENTES . DIXERANT
2. CVM . PRIMVM . NATVST . LVCILIANVM
CASSIVM

a *Ald. & Verd. Sched.* VLTRA QV . . DES. b *Verd.* INTE . . RVLA.

1. Fabrettus *Ant. Inſcr. III. p.* 148. *Iajae* cognomen Xantippe additum opinatur, quod eſſet ſupra aetatem amoena & garrula. Gruteri *inſcr. IV. pag.* 1122. inſtituti veteris fuiſſe oſtendit, ut ſodales peculiare nomen amico imponerent.

2. Lucilianus hic noſter ita dictus, vix ortus eſt, Fabretti opinionem omnino evertit, de qua antecedens Diſſ. num. VI.

X X I.

Romae. *Murator. p.* 1295. 8.

MEMMIA M. L. ANNA
AC . VELVTI . FORMOSA . ROSA . CVM . TEMPORE . PRODIT
ARESCIT . CERTO . TEMPORE . DEINDE . SVO
SIC . TV . COEPISTI . PRIMO . FORMOSA . ANNA . VIDERI
TEMPORE . SED . SVBITO . DESINIS . ESSE . MEA
HOC . STABILIS . TVVS . HEV . QVO . POSSVM . MVNERE . PARVO
PROSEQVAR . ATQVE . OPTO . SIT . TIBI . TERRA . LEVIS

XXII.

XXIII.

Romae. *Gudius in indic. Praenom. & Nom. p.* 101.

DIIS . MANIBVS
CLAVDIAE . PISTES
PRIMVS . CONIVGI
OPTVMAE . SANCTAE
ET . PIAE . BENEMERITAE
NON . AEQVOS . PARCAE . STATVISTIS . STAMINA . VITAE
TAM . BENE . COMPOSITOS . POTVISTIS . SEDE . TENERE
AMISSA . EST . CONIVNX . CVR . EGO . ET . IPSE . MOROR
SI . FELIX . ESSEM . PISTE . MEA . VIVERE . DEBVIT
TRISTIA . CONTIGERVNT . QVI . AMISSA . CONIVGE . VIVO
NIL . EST . TAM . MISERVM . QVAM . TOTAM . PERDERE . VITAM
NEC . VITAE . NASCI . DVRA . PEREGISTIS.CRVDELIA . PENSA.SORORES
RVPTAQVE . DEFFICIVNT . IN . PRIMO . MVNERE . FVSI
O . NIMIS . INIVSTAE . TER . DENOS . DARE . MVNVS . IN . ANNOS
DECEPTVS . GRAVIVS . FATVM . SIC . PRESSIT . EGESTAS
DVM . VITAM . TVLERO . PRIMVS . PISTES . LVGEO . CONIVGIVM
TI. FL. CALLITYCHIANVS
MARITVS
CVM . QVA . VIXIT
SINE . QVERELLA *ſic*
ANNIS . XIIII
DIEBVS . XVI

Habet hanc inſcr. Fabrett. *V. p.* 419. *n.* 379. ſed imperf.

XXIV.

Romae. *Orthogr. Ald. Manut. p.* 406.

C. VIBIVS C. L. C. VIBIVS C. L. FELIX VIBIA Ↄ L. LATINA F. P.
HELENVS FELIX VIXIT
RABIRIVS P. L.
HILARVS
QVAE TIBI CVNQVE MEI POTVERVNT PIGNORA AMORIS
NATA DARI POPVLO SVNT LACRVMANTE DATA
ET VOLVI MAIORA NIMIS SED CVRA MEORVM
FIDA MEI PROHIBET ME CINEREM ESSE ROGI

Digitized by Google

X X V.

Romae in S. Simpliciani. *Grut. p. 656. 2.* & *Murat. p. 621. 2.*

Q VIRI . SEVERINI
ATTIA . SEVERINA . Q. VIRIVS
O . NESAS *ſic* . PARENTES
1. RAPTVS . EGO . SVPERIS . PATRIBVS
QVE . ABLATVS . INIQVE . CVM . FRVI
DEBVERAM . AETATE . FLORIDA . LVCE
HIS . REQVIESCO . LOCIS . VITAM . CVI . FATA
NEGARVNT . PRAECIPITEM . MEMET
SVPERI . MERSERE . SVB . AVLAS . AC . TVMV
LO . CLVSERE . GRAVI . VSVS . ET . ARSQVE
MIHI . FVERAT . STVDIOSO . CORDE
REPERTA . MAXIMA . QVADRIPEDVM
CVRA . STVDIA . QVOQVE . PLVRA . FV
ERVNT . INGENIO . SEMPER . PLENVS
PROBITATE . BEATVS . VT . QVANDOQVE
SIMVL . PARTIBVS . FINITO . LVMINE
VITAE . MANIBVS . HIS . QVIETI
PARITER . SOCIAVIMVR . VNA
QVISQVE . LEGIS . DOLEAS . DEVITES . TALIA . FATA
QVI . VIXIT . ANN. XXVII. MEN. X. D. XV
ATTIO EPICTETO LIBERT

1. *Neſas* pro nefas, vox frequenter obvia in puerorum, & adoleſcentum titulis ſepulcralibus. *Patribus* pro parentibus non inuſitatum in lapidibus. Apud Murator. *p.* 1184. *Varuſius Acceptius & Totia Lalla Patres* filio ſepulcrum *& Sibi Vivi Fecerunt*. Dixi Varuſius, non *Cariſius*, ut in Muratorio, uſus emendatione Hagenbuchii *Epiſt. Epig. p.* 206. *ſeq.*

X X V I.

Romae. *Murat. p.* 621. 2.

1. FLORVS . EGO . HIC . IACEO
2. BIGARIVS . INFANS . QVI . CITO
DVM . CVPIO . CVRRVS . CITO . DECIDO . AD . VMBRAS
IANVARIVS . ALVMNO . DVLCISSIMO

1. Mu-

1. Muratorius *Vol. II. p. 621*. exhibet anaglypha, in quibus equeſtris figura huic bigario praeit lauream coronam geſtans.

2. Rari ad ſenectutem pervenere agitatores; ideo Xiphilinus in Anton. Caracalla mentionem faciens cujuſdam Europis 82. coronis celebris addit, hoc nemini contigiſſe.

XXVII.

Ferrett. p. 87.

D. M.

EVTICHETI . AVRIG. AN. XXII. FL. RVFINVS
ET . SEMP. DIOFANES . SERVO . B. M. F
HOC . RVDIS . AVRIGAE . REQVIESCVNT . OSSA . SEPVLCRO
NEC . TAMEN . IGNARI . FLECTERE . LORA . MANV
1. IAM . QVI . QVADRIIVGOS . AVDEREM . SCANDERE . CVRRVS
ET . TAMEN . A . BIIVGIS . NON . REMOVERER . EQVIS
2. INVIDERE . MEIS . ANNIS . CRVDELIA . FATA
FATA . QVIBVS . NEQVEAS . OPPOSVISSE . MANVS
NEC . MIHI . CONCESSA . EST . MORITVRO . GLORIA . CIRCI
DONARET . LACRVMAS . NE . PIA . TVRBA . MIHI
VSSERE . ARDENTES . INTVS . MEA . VISCERA . MORBI
VINCERE . QVOS . MEDICAE . NON . POTVERE . MANVS
SPARGE . PRECOR . FLORES . SVPRA . MEA . BVSTA . VIATOR
3. FAVISTI . VIVO . FORSITAN . IPSE . MIHI

1. Erant quadrigae dicatae ſoli, qui per quatuor anni tempora vertitur: bigae lunae, quia & nocte videtur & die: trigae Diis inferis, quia per tres aetates, aut tres Parcas ad ſe rapiunt homines: ſejugae Jovi, utpote Deorum maximo; ſimplices Caſtori; deſultores Lucifero, & Heſpero.

2. Hoc fere modo Martialis *X.* 53.

Ille ego ſum Scorpus clamoſi gloria circi,
Plauſus, Roma tui, deliciaeque breves.
Invida quem Lacheſis rapuit trieteride nona,
Dum numerat palmas, credidit eſſe ſenem.

3. Victores laudati in circo, palmarumque numerus, & equorum nomina ſaepe ſignata in lapidibus. Claruit prae ce-

teris Aelius Calpurnianus, bigarius, trigarius, quadrigarius in factionibus Veneta, Ruſſata, & Praſina, in quibus habuit palmas innumerabiles. Vid. *Theſ. Murat. pag. 623. num.* 3. Cl. Eques Odamus jaſpidem annularem poſſidebat, in quo inciſus erat auriga nomine STESVS, qui dirigebat duodecim equos. Inſignibus familiae aurigae diſtincti erant. *Virg. Aen. VIII.*

Atque levem clypeum ſublatis cornibus Io
Auro inſignibat jam ſetis obſita, jam bos
Argumentum ingens.

XXVIII.

Murator. p. 621. 1.

1. O . VTINAM . VIVO . POTVISSEM
PRAEMIA . MORVM . REDDERE . NVNC
LACRIMAS . ACCIPE . PRO . MERITIS . NAM
SEMPER . FATEOR . TACITA . TE . MENTE . PROBAVI
DETEXIT . SENSVS . VLTIMA . FLAMMA . MEOS
TV . COLVMEN . RERVM . SEMPER . TV . CVRA
MEARVM . NVNC . ERIS . ET . LVCTVS . TV
QVOQVE . CAVSA . MEI . OSSIBVS . INFVNDAM
2. QVAE . NVNCQVAM *ſic* . VINA . BIBISTI
DIS . MANIBVS
ONESIMI . ANICETVS . CARISSIMO . FECIT . DOMINO

1. Tam in ſuperiore, quam in hoc ſepulcro inſculptae ſunt bigae, indicium artis, quam demortuus profitebatur. Anicetum Oneſimi non libertum, ſed mancipium fuiſſe conſtat ex praevia Diſſ. num. VI.

2. Victus ratio, ſi minus eadem, non erat oppido diverſa aurigarum, ac athletarum, de quibus nonnihil dixi ante inſcr. XV. Cl. III. Quam perdite deperiret hos ludos populus terrarum princeps, palam facit Horatius *Ode I.* & Juvenalis *Sat. X.* 80. Hinc dominorum in agitatores indignus amor. Svetonius Caligulam narrat agitatori Cythico praeter equile marmoreum, praeſepe eburneum, purpurea tegumenta, ac monile gemmis ornatum, domum etiam, & familiam & ſupellectilem tradidiſſe, concluditque, *conſulatum quoque traditur deſtinaſſe.*

XXIX.

XXIX.

Romae in Coenobio SS. Jo. & Pauli, in ſarcophago marmoreo ad uſum fontis in officinam culinariam tranſlato.

Ex Muſ. Veron. pag. 312. 2.

HIC . DORMIT . LVCAS
AGATHENSIS . GENTIS . ALVMNVS
FVNCTVS . IN . HAC . AVLA
CARDINIS . OFFICIO
IVSTITIAE . FONS . MVN
DITIB . VAS . LEX . PIETATIS.
LVX *fidei at dominis* DE
VIA . SPES . MISERIS
VT . VOLVIT . DEVS . HVNC
MVNDI . FINIRE . LABORES
SVSTVLIT . IPSE . ANIMAM
ET . REDDIDIT . OSSA . MICHI *ſic*

XXX.

Ex Muſ. Veron. pag. 316. 3.

ΔΑΙΜΟCΙΝ ΕΥCΕΒΕCΙΝ ΓΑΙΟΥ
ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΡΑΚΟΥΤΤΙΟΥ
ΠΟΙΗCΕΝ ΚΑCΙΑΤΩ ΤΕΙΜΙΩ
ΚΑΙΑΞΙΟ ΑΝΔΡΙ
ΠΑCΙΦΙΛΟC ΘΝΗΤΟΙCΕΙCΤΑ
ΘΑΝΑΤΟΥCΔΕ CΙΔΑΙΜΩΝ.
ΚΟΙΜΑΤΑΙ ΚΑΡΑΚΟΥΤΤΙC
ΕΧΩΝ ΜΝΗΜΗΝ ΔΙΑΠΑΝΤΟC
ΤΕΡΨΑC CΥΝΚΛΗΤΟΝ ΜΑΙΡΩ
ΝΑC ΚΑΙ ΓΑCΙΛΗΑC
ΕΥΦΡΑΝΘΕΙC ΕΦΟCΟΝ ΜΟΙΡΑΙ ΧΡΟ
ΝΟΝ ΩΡΙCΑΝ ΑΥΤΩ
ΕΥCΕΒΙΗC ΕΝΕΚΕΝ ΔΟΞΑCΘΕΙC
ΚΑΙ ΜΕΤΑ ΛΗΘΗΝ

Δαίμοσιν εὐσεβέσιν Γαΐȣ Ἰȣλίȣ Καρακȣττίȣ
Ποίησεν Κάσια τῷ τιμίῳ καὶ ἀξίῳ ἀνδρί.
Πᾶσι φίλος θνητοῖς, εἰς τ᾽ ἀθανάτȣς δεισιδαίμων,

Κοι-

Κοιμᾶται Καρακούττιος ἔχων μνήμην διηνεκὲς
Τέρψας σύγκλητον, ματρώνας καὶ Βασιλῆας,
Εὐφρανθεὶς ἐφ' ὅσον μοῖραι χρόνον ὤρισαν αὐτῷ,
Εὐσεβίης ἕνεκεν δοξασθεὶς καὶ μετὰ λήθην.

Sic vertit idem Cl. Maffejus.

Piis Manibus Caji Julii Caracuttii
Caſſia fecit honorando dignoque marito.
Omnibus accepto magno erga numina cultu,
Perpetuo dormit Caracuttis in hocce ſepulcro.
Reges oblectans, matronaſque, atque ſenatum,
Poſtquam hilare vixit, dum fata, Deique ſinebant.
Obtinet ob pietatem etiam poſt funera laudes.

XXXI.

Romae. *Murat. pag.* 650. 2.

ΚΗΡΥΞ ΚΑΙ ΤΑΦΟC ΕΙΜΙ
ΒΡΟΤΟΥ ΠΑΡΟC ΑΡΧΕΧΟΡΟΙΟ
ΕΥΤΥΧΟΥC ΑΙΑΖΩΝ ΚΗΡΑ
ΜΙΝΥΝΘΑ ΔΙΟΝ
ΟC ΘΝΗΤΟΙC ΨΥΧΗΝ ΠΕΙ
CΑC ΕΠΙ CΩΜΑCΙΝ ΕΛΘΕΙΝ
ΤΗΝ ΑΥΤΟΥ ΜΕΛΕΟC ΟΥΚ ΑΝ
ΕΠΕΙCΕ ΜΕΝΕΙΝ

Κήρυξ καὶ τάφος εἰμὶ βροτοῦ παρὸς ἀρχεχοροῖο,
Εὐτύχους αἰάζων κῆρα μινύνθα δῖον.
Ὃς θνητοῖς ψυχὴν πείσας ἐπὶ σώμασιν ἐλθεῖν
Τὴν αὐτοῦ μέλεος, οὐκ ἂν ἔπεισε μένειν.

Latine reddidit Benedictus Egius Spoletinus.

Sum praeco excelſi Felicis & urna choragi,
Cui vitam exiguam fata dediſſe queror.
Qui potuit revocare animas in corpora cantu
Mellifluo, tenuit non tamen ipſe ſuam.

Eutiches eſt nomen, Felicem reddit Egius. ΑΡΧΕΧΟΡΟC, ſeu *choragus*, italice *maſtro di cappella*. Svet. in Aug. 70.

Quum primum iſtorum conduxit menſa choragum.

XXXII.

XXXII.

Extabat in menſa marmorea in quodam praedio prope S. Felicis. *Gorius Inſcr. Ant. Etr. Part. I. p.* 453.

ΤΗΝ ΤΡΙΒΟΝΠΑΓΑΓΕΚΑΑΛΗΤωϹ ΤΟΔΕ ϹΗΜΑΝΟΗϹΗϹ
ΜΗ ΔΕΟΜΑΙ ΓΕΛΑϹΗϹ ΕΙ ΚΥΝΟϹ ΕϹΤΙ ΤΑΟΟϹ
ΕΥΑΥϹΟΗΗ ΧΕΙΡϹϹΑΕ ΚΟΝΙΝ ϹΥΝΕΟΗΥ ΑΝΑΚΤΟϹ
ΟϹ ΜΟΥ ΚΑΙ ϹΙΗΛΗ ΤΟΝΑϹ ΕΧΑΡΑΞΕ ΝΟΓΟΝ

Antiquarii incuria corruptam reſtituit, latineque reddidit Cl. Salvinius *ibid. p.* 454.

Τὸν τριβὸν ὃς παράγεις· ἀλύπως τόδε σῆμα νοήσης
Μὴ, δέομαι, γελάσης· εἰ κυνός ἐστι τάφος.
Ἐκλαύσθην· χεῖρες δὲ κόνιν συνέθησαν ἄνακτος
Ὅς μου καὶ στήλῃ τόνδ' ἐχάραξε λόγον.

Tu ſine maeſtitia monumentum hoc cerne, viator,
Ne, quaeſo, ride, ſi canis eſt tumulus.
Sum defleta: cinis domino compoſtus ab ipſo,
Qui noſtro & cippo talia verba dedit.

XXXIII.

Ex Pithei Catalectis p. 604.

1\. LEGE AEVITERNA TRADITVS LETO PVER
BIS OCTO IN ANNIS HOCCE SVB TVMVLO IACET
QVEM CVNCTA FLEVIT TVRBA MVLTO PLVS HERVS
SPECIE OBNITENTEM MORIBVS CVM VINCERET
HIC PHOCAENSIVM CIVIS IN PATRIO SOLO
HVNC ITALORVM DITIS INTRA TERMINOS
2\. NOMEN TENEBIT ISIDIS NATI PVER

1\. Reineſ. *Cl. XVII. n.* 142. dat OBTINENTEM, PHOCENSIVM, INTALORV. Murator. *p.* 1070. 2. legit item PHOCENSIVM, & pro *Iſidis* nati dat SDISNATI, addit extare lapidem Fani. Sed Reineſius e ſched. Langermanni collocat Urbini, ubi nunc deeſt non incuria civium, quos antiquitatis & litterarum amantiſſimos novi. Etenim tum, qui ſuperſunt, litteratos lapides diligentiſſime tuentur, tum eorum, qui deſiderantur, jacturam dolent, nonnullorum etiam anaglypha graphice delineata in adverſariis ſervant. Mecum prae ceteris unum communicavit

cavit Eques Hieronymus Staccolus vir ornatiſſimus. Urna eſt ſepulcralis faſtigio diſtincta, divinitatis ſymbolo, ut noſtra Diſſ. VII. n. XVIII. Utrinque ad latera extant Satyri, quorum in fronte nitet roſa, pendent e cornibus hinc inde taeniae ac ſertum roſis variiſque fructibus intertextum: ſub ſerto geminae columbae paſcunt, geminae ſuperne volant, quales Virgilius duces ad Elyſios Aeneae dedit: *Aen. VI. v. 199.*

Paſcentes illae tantum prodire volando,
Quantum acie poſſent oculi ſervare ſequentem.

Marmori inſculpta inſcriptio perbrevis optimis litteris exarata

DIIS MANIBVS
SACRVM
C. VXORI BENE MERENT

2. Gisbertus Cuperus in ſuo Harpocrate, edito Trajecti ad Rhenum 1681. *p.* 124. laudat hac de epigraphe Graevii litteras ad ſe datas exiſtimantis, per *Iſidis filium* intelligi hoc loco Harpocratem oportere: hunc autem puerum ita nuncupatum, utpote forma & caſtimonia praeſtantiſſimum, quales a Ptolomaeo vocantur *Harpocratici*. Quum porro teſte Apulejo, & Tzetze ad Licophronem, nec non Euſebio *Praep III.* 11. Iſis habeatur eadem ac Proſerpina, hinc ſuſpicio oritur, quam alii confirmant lapides Cl. VII. & VIII., hunc puerum ſpecie & caſtimonia praeſtabilem ab ea raptum, apud inferos adoptandum, & legitimum quaſi filium ſtudioſiſſime adamandum.

XXXIV.

Romae in muſeo Kircheriano. *Murat. p.* 1414. 9.

NOMEN QVI RETINENS MAGNVS ALEXANDER
PALLADOS INVENTVM MEDICINALEMQVE LABOREM
QVOT FECI STVDIO PROXIMVS IPSE MEO
TESTOR NVNC SVPEROS NON HOC MERVISSE VIDEBAR
IN VOLNVS GENERIS QVOT SVBITO OCCIDIMVS
I NVNC ET DVBIAS FATORVM NEGLEGE CLADES
CONIVX QVOD POTVIT TVMVLVM MIHI REDDIDIT VNI
VALERIA VRSILLA

XXXV.

Digitized by Google

X X X V.

Inventus extra portam Salariam in villa Naria. *Ficoron. p.133.*

OCTAVIA . L. ET . Ↄ L. ARBVSCVLA
V. A. XXIII. ET MENSES X
TVCCIA . Ↄ L. MATER . EIVS
TERMIVS *ſic* . EST . VITAE . NOSTRAE .
TERTIVS . ET . VINCESIMVS *ſic*
AMNVS *ſic* . CVM . ME . FLORENTEM
MEI . COMBVSSERE . PARENTES
VIX . EGO . DVM . LICVIT .
SVPERIS . ACCEPTIOR . VNA
QVOI . NEMO . POTVIT . VERBIS .
MALEDICERE . ACERBO
CRVDELE . PATER . FVNVS . NATI
VIDISSE . VIDERIS
ET . PIA . COMPLEXV . MATER
SPOLIATA . SENESCENS
ATTV *ſic* . DVLCIS . SOROR . EXTINCTO
ME . SOLARE . PARENTES
CRVDELIS . PLVTON . NIMIO
SAEVITER . RAPINAE
PARCE . PRECOR . NOSTRAM . IAM
LACERARE . DOMVM
1. TE . LAPSIS *ſic* . OBTESTOR . LEVITER
SVPER . OSSA . RESIDAS
NE . NOSTRO . DOLEAT . CONDITVS
OFFICIO
DESINEIAM *ſic* . FRVSTRA . MATER .
MATER . MEA . DESINE . FLETV . TE
MISERAM . TOTOS . EXAGITARE
DIES
NAMQVE . DOLOR . TALIS . NON .
NVNC . TIBI . CONTIGIT . VNI
HAEC . EADEM . ET . MAGNIS .
REGIBVS . ACCIDERVNT

Muratorius *Vol. III. p.* 1550. 4. in 3. lin. VRBANA *mater.* in 4. TERMINVS. in 5. VICENSIMVS. in 6. ANNVS. in 16. AT.. TV. in 22. LAPIS. in 26. DESINE. IAM.

1. Gruterus *p.* 984. 6. & idem Muratorius *p.* 1584. 3. *in Caſtello* El Rio *in via Garciae* Perez dant lap. in quo hoc eſt diſtichon, & ſubſcriptum

GRAECA . SER. HIC . SITA EST .
VALE . IACCVS VIR DD

XXXVI.

Gorius. *Inſcr. Ant. Etr. Parte II. p.* 43.

ΣΤΑΣ ΞΕΝΕ ΤΑΝΔ ΑΘΡΗΣΟΝ ΕΠΙΣΤΑΜΑΙ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΝ
ΑΝ ΦΘΟΝΟΣ ΕΙΣ ΑΙΔΑΝ ΟΥ ΧΡΟΝΟΣ ΗΓΑΓΕΤΟ
ΜΟΡΦΑΣ Α ΠΡΩΤΕΙΟΝ ΕΧΕΙΝ ΔΩΡΗΣΑΤΟ ΚΥΠΡΙΣ
ΕΡΓΑ Δ ΑΘΑΝΑΙΑ ΤΕΡΠΝΑ ΣΑΟΦΡΟΣΥΝΑΣ
ΜΟΥΣΑ ΔΕ ΚΑΙ ΣΟΦΙΑΝ ΚΑΙ ΠΑΚΤΙΔΑ ΤΑΝ ΦΙΛΕΡΑΣΤΟΝ
ΣΥΜΦΩΝΙΑΝ ΕΡΑΤΟΙΣ ΜΕΙΞΑΜΕΝΑ ΜΕΛΕΣΙΝ
ΚΑΙ ΓΝΟΥΣ ΩΣ ΘΑΝΑΤΟΙΟ ΟΥΔΕΝ ΓΛΥΚΕΡΩΤΕΡΟΝ ΑΥΤΑΣ
ΖΗΘΙ ΚΑΛΟΝ ΤΕΙΝΑΣ ΟΥΡΙΟΝ ΕΥΦΡΟΣΙΝΑΝ
ΕΙ ΚΑΙ ΣΟΥ ΚΕΥΘΕΙ ΚΑΛΛΟΣ ΝΕΟΝ Ω ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ
ΤΥΜΒΟΣ ΚΑΙ ΦΡΟΥΔΟΝ ΣΩΜΑ ΛΕΛΟΓΧΕ ΚΟΝΙΣ
ΑΛΑ ΑΡΕΤΑ ΒΙΟΤΑΣ ΑΙΕΝ ΖΩΟΙΣΙ ΜΕΤΕΣΤΙ
ΨΥΧΑΣ ΜΑΝΥΟΥΣ ΕΧΚΛΕΑ ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΝ

Nonnulla emendat Cl. Gorius.

Στὰς ξένε τάνδ' ἄθρησον ἐπὶ στάλλᾳ Κλεοπάτραν,
Ἂν φθόνος εἰς Ἀΐδαν ὁ χρόνος ἠγάγετο.
Μορφᾶς ἃ πρωτεῖον ἔχειν δωρήσατο Κύπρις,
Ἔργα δ' Ἀθαναία τέρπνα σαοφροσύνας.
Μοῦσα δὲ καὶ σοφίαν, καὶ πακτίδα τὰν φιλέραστον
Συμφονίαν ἐράτοις μισγάμενα μέλεσιν.
Καὶ γνοὺς ὡς βιοτοῖο οὐδὲν γλυκερώτερον αὐτῆς
Ζῆθι, καλὸν τείνας οὔριον εὐφροσύνης.
Εἰ καὶ σοῦ κεῦθει κάλλος νέον ὦ Κλεόπατρα
Τύμβος καὶ φρουδὸν σῶμα λέλογχε κόνις,
Ἀλλ' ἀρετὰ βιότας αἰὲν ζωοῖσι μέτεστι,
Ψυχὰς μανύους εὔκλεα σωφροσύνην.

Ita

Ita vertit Cl. Antonius Maria Salvinius.

Stans hoſpes cippo Cleopatram conſpice in iſto,
Orco illam haud tempus, parca maligna tulit.
Huic primos formae Cypris donavit honores,
Atque opera huic Pallas grata pudicitiae.
1. *Muſa dedit ſophiam, & laetis concentibus aureae*
Permiſcens una fila canora lyrae.
Naſcens & vitae nil luce ſuavius ipſa
Tu vive, & da vela omnia laetitiis,
Si tumulo hoc tegitur juvenilis gratia formae,
Cleopatra, atque eſt corpus inane cinis.

1. Hoc tertium diſtichon jubebat fortaſſe Cleopatram habere locum in V. Claſſe, cui adſerenda erat & illa poetria, cujus eſt hoc elogium apud Mazochium *pag.* 89. VITVRIA VRSI ALI AVG. CAESAR . NEPTIS . QVAE . DE . PVDICITIA VERSVS CONDIDIT . VIX. AN. XL. M. X. D. IIII.

XXXVII.

Extabat apud Franciſcum Ficoronium.

Ex Muſ. Veron. p. 295. 2.

D . M . S
MAXIMVS . HIC . RECVBO
DVLCISSIMVS . INFANS . BIMVLVS
IN . TERTIVM . ESCENDENS . SIT
MIHI . TERRA . LEVIS . DVLCIS
BRAM . MATRI . CARIOR
VSQVE . PATRI . FECERVNT
L. PETRONIVS . AMPLIATVS
ET . MASONIA . BRISEIS
FILIO DVLCISSIMO

XXXVIII.

Grut. p. 975.

CN. FLAVIVS . CN. L. SOSIA
CN. FLAVIVS . C. L. APOLLONIVS
SEIQVA RENASCENTES OPTANT CERTAMINA LAVDIS
EX NOSTRA ASPICIANT FACTA PRIORA FIDE

XXXIX.

Grut. pag. 637. 5.

1. L. VALERIVS . ZABDAE MERCATORIS VENALICI

L. ARIES

SEV . STVPOR . HVIC . STVDIO . EST . SIVE . EST . INSANIA . NOMEN

OMNIS . AB . HAC . CVRA . CVRA . LEVATA . MEA . EST

MONVMENTVM . . . . ABSOLVI . . . . . ET . IMPENSA . MEA . AMICA

TELLVS . VT . DET . HOSPITIVM . OSSIBVS . QVOD . OMNES

ROGANT . SED . FELICES . IMPETRANT . NAM . QVID

EGREGIVM . QVIDVE . CVPIENDVM . EST . MAGIS . QVAM

VBEI . LVCEM . LIBERTATIS . ACCEPERIS . LASSAE . SENECTAE

SPIRITVM . IBI . DEPONERE . QVOD . INNOCENTIS . SIGNVM

EST . MAXIMVM

Zabdam quendam Palmyrenorum ducem in bello contra Aegyptios Vopiſcus memorat. Sed hic noſter ſervili e genere. *Venalitii* ſunt venditores: vid. *Cic. Orat. pro Cornel.* 2. *& Sueton. de Cl. Rhetorib.* Gloſſarium habet *Venalitiarius* σωματέμποϱος.

X L.

Romae. *Spon. Miſcell. Erud. Ant. Sect. VI. p.* 219.

QVICVNQVE ES PVERO LACRIMAS EFFVNDE VIATOR

BIS TVLIT HIC SENOS PRIMAEVI GERMINIS ANNOS

DELICIVMQVE FVIT DOMINI SPES GRATA PARENTVM

QVOS MALE DESERVIT LONGO POST FATA DOLORI

1\. NOVERAT HIC DOCTA FABRICARE MONILIA DEXTRA

ET MOLLE IN VARIAS AVRVM DISPONERE GEMMAS

NOMEN ERAT PVERO PAGVS AT NVNC FVNVS ACERBVM

ET CINIS IN TVMVLIS IACET ET SINE NOMINE CORPVS

QVI VIXIT AN. XII

MEN. VIIII. DIEBVS XIII. HOR. VIII

1\. Monilis nomine intellige matronarum ornamenta omnia, quae dono dantur. Vid. *Iſidor. Origin. XIX.* 31. Multa de monilibus Diſſ. Glyptographica Cl. Commendatoris Victorii. De variis ſervorum artibus confer Pignorium: interea audi *Cic. pro Sext. Roſcio Amer. Familiam vero quantam, & quam variás*

rias cum artificiis habeat, quid ego dicam? mitto haſce artes vulgares, coquos, piſtores, lecticarios: animi, & aurium cauſa tot habet homines, ut quotidiano cantu vocum, & nervorum, & tibiarum, tota vicinitas perſonet. Multo laudabilior Pomponius Atticus, qui *uſus eſt familia, ſi utilitate judicandum eſt, optima, ſi forma vix mediocri. Namque in ea erant pueri litteratiſſimi, anagnoſtae optimi, & plurimi librarii, ut ne pediſſequus quidem eſſet, qui non utrumque horum pulcre facere poſſet.*

XLI.

Ex Donian. Inſcr. Cl. X. p. 371.

DIS MANIBVS SACRVM

M. GELLIVS . MAXIMVS . PHOEBO . LIB. OPTVM.

HIC SITVS EST QVONDAM GELLI PARS MAXIMA PHOEBVS
ADFECTVS OMNES POSSIDET IPSE LAPIS
VIX CONSVMMAVIT SEPTEM QVINQVENNIA LVSTRI
OSCVLA FERVENTEM NEC TENVERE ANIMAM
QVOD SI MVTARI POTVISSENT FILA SORORVM
GAVDERET CONDI MAXIMVS HOC TVMVLO

Ferretius & Donius & ex Donio Muratorius ſcribunt extitiſſe hunc lapidem in agro Tuſculano: Cittadinus Romae in S. Luciae in Orphaea. Murator. *p.* 1538. ante verſus habet 3. lineas, legitque LIB OPTIMO. in 5. *v.* FATA pro *fila*. Grut. dat CAELIVS pro *Maximus*.

XLII.

E Schedis Barberinis. *Fabrett. IV.* 284. *n.* 185.

VIPSANIA M. L. PHILVSA
VIXIT . ANN. XX
1. TE . LAPIS . OPTESTOR *ſic* . LEVITER SVPER OSSA
RESIDAS . NE . NOSTRO . DOLEAS . CONDITA . OFFICIO
M. VIPSANIVS . SP. F. LATINVS . VIXIT ANN. L.
FILIVS . FACERE . QVOD . DEBVERAT . PATRI . MORS . INIQVA
INTERCESSIT . FILIO . FECIT . PATER

1. Idem hoc diſtichon, tantum poſita B pro P in voce *obteſtor*, & in pentametro CONDITVS pro *condita*, jam ad inſcriptionem

nem XXXV. dixi eſſe alibi repetitum . Iidem quippe verſus in diverſis lapidibus inveniuntur . Ne multis utar , confer in hac Cl. inſcr. XXXV. & XLIV.

X L I I I.

Romae in SS. Coſmae & Damiani .

Ex Donio Murator. p. 1640. 11.

L. AVIANVS . DD

HI . SANCTE . COLVERE . DEOS . VIXERE *probati*

POST . OBITVM . ELYSIOS . VT . POSSENT *viſere campos .*

DD. *decreto decurionum* , ut adnotat. inſcript. XXXV.

X L I V.

Romae apud Ficoronium . *Murat. p. 1589. 9.*

In latere anteriore .

IVLIA' C' L' APHE

1. VIRGVNCVLA' ANNORVM' XI' DEDVCTA IA . . .

C' IVLIVM' APOLLONIDAM' PIA' ET' SANCT . . .

SVO' ET PARENTIBVS VIXIT' ANNOS' XV

EREPTAM' VIRO' ET' MATRI' MATER' ME' TERRA' RECE*pit*

CVM' AD MORTEM' MATRIS' DE' GREMIO' RAPIOR

OMNIBVS' CARA' FVI VIVE' CARISSVMA' MATRI

ADVERSIS' QVAE' ME' SVSTVLIT' OMINIBVS

DESINE' IAM' FRVSTRA' MATER' MEA' DESINE' TE' MISERAM' TOTOS' E . . .

TV' QVI' ADSTITISTI' MEI' MONVMENTI *cauſa*

AMBVLA' ET' TE' ESSE' HOMINEM' FAC *memineris*

In oppoſito latere .

D M

C. IVNIO . CLIRY . . .

ET . IVNIAE . EVTYC . .

Q. IVNIVS . LVP . . .

PATRONVS . B. M. F. ET . SIBI . ET SVIS

L I B E R T A B V S Q V E . POSTERISQ. E O R V M

1. Hic animadverte , inqu't Cl Muratorius , *antiquitatem commatum , ſeu virgu'ar a n , qaibus nunc utimur* . Proſodia claudicat in 2. hexa nerro eliditur de more s in *omnibus* : 3. uexametrum dolor fraudavit pede , tempus nocuit pentame-

tro,

tro, cui hanc ego medelam addo ex titulo XXXV.

TE · MISERAM · TOTOS *exagitare dies* .

X L V. *Grut. pag.* 332.

HIC · SVM · PESTEIVS · VITAE
MODO · FINE · PERACTO
CONDITVS · HISTRIACAE · NOBILIS
ARTIS · HONOS
TER · SENOS · ANNOS
ASCLEPIODORVS · AD · AEQVAM
MATREM · HABEO · TERRAM
QVA · PRIVS · ORTVS · ERAM

X L V I.

Romae. *Grut. pag.* 655. 2.

ΕΥΦΡΑΝΘΕΙΣ ΕΥΝΕΧΩΣ ΓΕΛΑΣΑΣ ΠΑΙΞΑΣΤΕ ΤΡΥΦΗΣΑΣ
ΚΑΙ ΦΥΧΗΝ ΙΛΑΡΩ ΠΑΝΤΩΝ ΤΕΨΑΣ ΕΝ ΑΟΙΔΑΙΣ
ΟΥΔΕΝΑ ΛΥΠΗΣΑΣ ΟΥ ΛΟΙΔΟΡΑ ΡΗΜΑΤΑ ΠΕΜΨΑΣ
ΑΛΛΑ ΦΙΛΟΣ ΜΟΥΣΟΝ ΒΡΟΜΙΟΥ ΠΑΙΗΣΤΕ ΒΙΩΣΑΣ
ΕΞ ΑΣΙΗΣ ΕΛΘΩΝ ΙΤΑΛΗ ΧΘΟΝΙ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΜΑΙ
ΕΝ ΦΘΕΙΜΕΝΟΙΣ ΝΕΟΣ ΩΝ ΤΟΥΝΟΜΑ ΜΗΝΟΦΙΛΟΣ.

Εὐφρανθεὶς συνεχῶς γελάσας, παίξασε τρυφήσας,
Καὶ ψυχὴν ἱλαρῷ πάντων τέρψας ἐν ἀοιδαῖς:
Οὐδένα λυπήσας, οὐ λοίδορα ῥήματα πέμψας
Ἀλλὰ φίλος μουσῶν, βρομίου, Παίησε βιώσας.
Ἐξ Ἀσίης ἐλθὼν, Ἰτάλῃ χθόνι ἐνθάδε κεῖμαι
Ἐν φθιμένοις νέος ὢν τοὔνομα μηνόφιλος.

Latine vertit Benedictus Aegius.

Aſſiduo luſu vitam per gaudia duxi,
Eque aliorum animis exemi carmine curas,
Non re, non verbis in quenquam injurius unquam:
Sed carus muſis, Baccho, Venerique: profectus
Ex Aſia, Auſonia hic jaceo tumulatus arena,
Praeda recens Ditis nomine Menophilus.

Aliter idem.

Laetus ego in luſu vixi, luxuque perenni,
Cunctorumque animos jucundo carmine mulſi,

Nul-

Nulli triſtis eram, nulli convicia dixi:
Sed muſis carus, Bromio, Paphiaeque: profectus
Ex Aſia, Auſoniae jaceo hic tellure ſepultus,
Et juvenis perii nomine Menophilus.

1. De ſervis muſicis extat Ciceronianus ille luſus ad Atticum *IV.* 15. nullam ubi dixit eſſe ſpem praedae, *niſi*, ait, *ex mancipiis, ex quibus nullos puto te litteris, aut muſicis eruditos expectare.*

XLVII.

Romae. *p.* 654. 5.

HOC IACET IN TVMVLO SECVRA GLYCONIS HONESTO
DVLCIS NOMINE ERAT ANIMA QVOQVE DVLCIOR VSQVE [a]
QVE [b] SIC NVCQVAM *ſic* TETRICOS EGIT [c] SIBI LVCIS HONORES
SET MAGI *ſic* LASCIVOS SVABIS BACCHOQ. MADERE
SIMPLICITATE LOQVI CANTVS MOLLESQVE CHOREAS [d]
LVSIBVS IPSA SVIS GENERABAT SAEPE ET AMORES
DVLCE SIBI NATISQVE SVIS QVOS PVBE RELIQVIT
CASTOREA FRATRES [e] SVB IMAGINE QVOS GENERAVIT
DIGNA QVIDEM [g] FRVI PERPETVA DE LVCE BENIGNA
SET CELERAT QVO NOS FATA BENIGNA [h] VOCANT
P. MATTIVS . CHARITON CONIVGI B. M. F.

a Boiſſ. *ipſa*. b idem *Quae*. c idem *erit*. d Boiſſ. & Ligor *coronas*. e Boiſſ. *fratris*. f idem *quid emerui*. g idem *celerant*. h *ſevera*.

XLVIII.

Fani Fortunae e ſchedis Barberinis. *Fabr. II. p.* 80. *n.* 96.

1. M. ANNIDIVS . M. L. PONTICVS . SIBI . ET . SABINI
DOCTA . LYRA . GRATA . ET . GESTV . FORMOSA . PVELLA
HIC . IACET . AETERNA . SAEIS . HVMATA . DOMV
CVIVS . PATALES . PENSARE . OPTAVERAT . ANNOS
PONTICVS . HVIC . CONIVX . VLTIMA . DONA . DEDIT
HVNC . TITVLVM . SOCIOS . MANES . COMMVNE . SEPVLCRVM

fractus deinde lapis.

1. Cl. Muratorius *Vol. III. pag.* 1792. 6. e ſchedis Jacobi Valerii, & Farneſii emendatiorem prodit hunc lapidem. In fron-

fronte habet v. 1 item AENILIUS pro *Annidius*, qui alibi eſt ANNIOLIUS: SABINAE pro *Sabinii* ante verſus habet tres lineas: in ſecundo v. legit DOMO, in quarto OPTAVERIT HORIS, in ultimo *ſepulcrum* ſine aſpiratione. Ferretius dat mutilum hunc lapidem *p.* 350.

XLIX.

Romae. *Grut. p.* 330. 1.

LAUDATUS . POPULO . SOLITUS . MANDATA . REFERRE
1. ADLECTUS . SCENAE . PARASITUS . APOLLINIS . IDEM
MULTARUM . IN . MIMIS . SALTANTIBUS . UTILIS . AUCTOR

1. Sicuti hoc in fragmento, quod ultra pontem Milvium effoſſum eſt, *Adlectos* vides, ita ibidem Gruterus dat *Adlectores*. Paraſiti non modo Apollinis, ſed etiam Herculis nominantur apud Athenaeum *VI.* Vid. *Caſaubonus in hunc Athen. loc.*

L.

Romae apud Cl. Praeſulem Franciſcum Blanchinium.
Gorius in Inſcr. Ant. Etr. Part. II. pag. 174.

ΙϹΤΟΡΙΑϹ ΔΕΙϹΑϹ
ΚΑΙ ΧΕΙΡϹΙΝ ΑΠΑΝΤΑ
ΑΑΛΗϹΑϹ ΕΝΠΕΙΡΟϹ ΒΡΟΜΟΙΟΙΟ
ϹΟΦhϹ ΙΕΡhϹΓΕ ΧΟΡΕΙΑϹ ϹΥΝΠΑϹΧΩΝ
ΧΕΙΝΟΙϹ ΠΕΡ... ΚΕΙΝΕΙΤΟ ΠΡΟϹΩΠΟΙϹ
ΚΟϹΜhϹΑϹ ΠΑϹΑΝ ΘΥΜΕΛhΝ ΔΙΔΑΧΑΙϹ
ΠΟΛΥΔΕΞΟΙϹ ΟΥΤΟϹ ΟΠΑΙΔΙΑϹ
ΘΑΛΕΡhϹ ΕΝΚΩΜΙΑ ΛΙΨΑϹ
ΚΕΙΤΕ ΔΕ ΤhΡΑ ΒΕΒΑΡhΝΟϹ
ΟΥΚ ΕΘΑΝΑΝ ΓΑΡ ΖΩϹhϹ
ΕΥΧΟΡΟΙϹ ΤΕΧΝhϹ
ΑΡΕΤΑΙϹΙ ΜΑΘhΙΩΝ

Nonnulla emendat & ſupplet Gorius.

Ἱστορίας δείξας καὶ χερσὶν ἅπαντα λαλήσας,
Ἔμπειρος βρομίου σοφῆς, ἱερῆς τε χορείας,
Συμπάσχων χειοῖς περὶ μὲν κεινεῖτο προσώποις:
Κοσμήσας πᾶσαν θύμελην διδαχαῖς πολυδείξαις:
Οὗτος ὁ παιδείας θαλέρης ἐγκώμια λείψας

Κεῖται δαὶ γήρᾳ βεβαρημένος οὐκ ἔθανεν : γάρ
Ζώσης δ' ὀρχηστύο τέχνης ἀρεταῖσι μαθητῶν.

Ita vertit C. Salvinius.

Hiſtorias monſtrans manibus, & cuncta loquutus,
Expertus doctam Bacchi, ſacramque choream,
Illuſtrans omnem doctrina divite ſcenam:
Affectus vanis perſonis edere motus.
Iſte magiſterii linquens encomia laeti
Hic ſitus eſt ſenio gravis. Haud mors funere merſit:
Diſcipulorum etenim virtute ars ludicra vivit.

Habes hic deſcriptum Pantomimum anonymum. Cl. Muratorius *Nov. Theſ. Vol. II. p.* 638. 6. nullibi habet h pro H; in 7. lin. legit ΠΟΑΓΔΟΞΟΙΟ. De feminis pantomimis vid. *Gruter. p.* 330. 2. Plinius *Epiſt. VII.* 24. Benedictus Averanius *Diſſ. XVI. in Antholog.*

L I.

Placentiae in muſeo S. Auguſtini. *Murator. p.* 2063.

SABIDIA 7. *Septimi* L FVSCA V. A. XIIX

TV . QVI . TENDES *ſic* . ITER . PROPERATIM . SISTE . PARVMPER . SI . GRAVE . NON ANIMOST . FATAQVE . ACERBA . LEGE . TER . SENOS . AETAS . MEA . CVM PROCESSIT . IN . ANNOS . ET . ME . SPECIE . FLORENTEM . MEI . VIDERE . SODALES FRATREM . FLENTEM . EX . PARTE . ALTERA . DOLERE . MATER . NOLI FACIVNDVM . HOC . FVIT . PROPERAVIT . AETAS . VOLVIT . HOC . FATVS *ſic* . MEVS PREVENERE . DIEM . MEAE *ſic* . CRVDELIA . FATA . ET . RAPTAM . IN . FERNAE *ſic* MEI . POSVERE . RATEM . HOC . LECTO . ELOGIO . IVENES *ſic* . MISERETE . IACENTIS ET . DIC . DISCEDENS . SIT . TIBI . TERRA . LEVIS.

L. FAENIVS . MALCIO . P

FAENIA . L. 7. L. HILARA . [a]ΛA . P . SABIDIVS . FORTVN . F

a Videtur N fractum.

L I I.

Romae. *Ferrett. p.* 111.

D . M

SERVILIA . IRENE . REVERENS . PIA . CASTA . PVDICA
BIS . QVINOS . DENOS . ET . SEX . PROVECTA . PER . ANNOS
SIT . TIBI . TERRA . LEVIS . CINERES . QVOQVE . FLORE . TEGANTVR

CHRYSES . B. M.

L I I I.

L I I I.

Romae. *Grut. p. 674. 3.*

D M

FLAVIAE . DIONISIADIS

HIC . IACET . EXIQVIS [a] . DIONISIA . FLEBILIS . ANNIS

EXTREMVM . TENVI . QVAE . PEDE . RVPIT . ITER

CVIVS . IN . OCTAVA . LASCIVIA . SVRGERE . MESSE

CEPERAT . ET . DVLCES . FINGERE . NEQVITIAS

QVOD . SI . LONGA . TVAE [b] . MANSISSENT . TEMPORA . VITAE

DOCTIOR . IN . TERRIS . NVLLA . PVELLA . FORET

VIX. ANN. VII. MENS. XI. DIEB. XV. HOR. VII

ANTIA [c] . TIBVLLA . VERNAE . SVAE

DVLCISS. FECIT

a. Cittad. *exuviis*. b idem *ſuae*. c idem fecit *Annia Iſias*.

L I V.

D M

LASCIVAE IVCVNDAE VERNAE

Q. SVSPICII ABASCANTI

QVAE . NON . DVM . SEPTEM . VITAE . COMPLEVERAT . ANNOS

QVAE . CARVIT . LVCE . ET . TENEBRIS . SE . MISCVIT . ATRIS

LASCIVIA . NIMIVM . FATIS . CRVDELIBVS . ORTA . EST

LIQVIT . ET . ORBATOS . MISEROS . FIDOSQVE . PARENTES

VBERIBVS . DRESSIS . NVTRICEM . LIQVIT . AMANTEM

CONIVX . NVTRICIS . INFELIX . ILLE . RELICTVS

MAERET . ET . AD . CINERES . PLANGIT . SVA . PECTORA . PALMIS

NEC . SATIS . EREPTAM . LVCE . SIBI . . . .

L V.

Fleetwod. p. 275.

SOMNO . AETERNALI . SACRVM . FECERVNT

LIBERTIS . LIBERTAE. Q. P. Q. EORVM

INVIDE . QVID . GAVDES . ILLA . HIC . MIHI . MORTVA . VIVET

ILLA . MEIS . OCVLIS . AVREA . SEMPER . ERIT

ET Q. Q. MVCI EVTACTI ET IVLIANI

L. L. Q. P. Q. E.

L V I.

E Schedis Barberinis . *Fabrett. p. 69. n. 34.*

D M

Flaviae NICOPOLI . FECIT . T. AELIVS . AVG. LIB. STEPHANVS . CONIVGI
*Opti*MAE . ET . SIBI . ET . SVIS . LIBERTABVSQ. POSTERISQ.
Qui hoc . MONVMENTVM . VENDERE . AVT . ALIENIGENARE . VOLVERIT . DABIT . AERARIO . POPVLI . ROMANI
. . . . POST . ME . EXTERVM . CORPVS . INTVLERIT . AVT . IS . QVI . EMERIT
IN . F. P. X. IN . AG. P. XII

*Si fatum noſtr*AE . PATIENS . VIS.SCIRE . VIATOR	FLAVIA . NICOPOLIS . NOMEN . DVLCE . TVVM
*Conjugis & ma*TRIS . TITVLIS . QVID . NOSTER.ARATOR	ET . TVMVLO . SPARGAM . SAEPE . MEAS . LACRIMAS
*Scripſerit ut diſc*AS . PAVLVM . CONSISTE . DOCEBO	O.MIHI.SI.SVPERI . VELLENT . PRAESTARE . ROGANTI
*Quam miſer heu li*QVI.QVONDAM.CARISSIMA.CONIVX	VEL.ROSEO . VEL . PVRPVREO . VIOLAEQ. NITORE
Illa mihi fuerat F L A V I A . N I C O P O L I S	VT.AVE . PRAETERIENS . GRESSV . TARDANTE. VIATOR
*Quae inſidet nunc cu*RA . MIHI . CVM.VITA.MANEBIT	VIDERIT.HOS.FLORES.TITVLVM.LEGAT.ET.SIBI.DICAT
Atque aderit jam nulla QVIES . NISI . MORTIS.IMAGO	HOC . FLOS . EST . CORPVS . FLAVIAE . NICOPOLIS
. . . . . A . PVERI . DEI	VT.TVO.DE . TVMVLO . HOS.EGO . CERNERE . NOVVM
. . . . . DIRE . ITERABO	CRESCERE.VEL.VIRIDI.RAMO.VEL.FLORE . AMARANTI

Gruterus *pag.* 1155. *n.* 9. Reineſius *Cl. XVII. n.* 176. habent hoc marmor, ſed informe magis, & mire confuſum. Inter Donianas inſcr. *pag.* 92. interpunctio cum hac non congruit; at annus ſignificatur, quo venit in lucem, nempe 1591. Menſ. Maji. Lacunas ego utcunque ſupplevi, ſicut alibi, ubi auctorem non laudo.

LVII.

L V I I.

Romae. *Ex Donian. Inſcr. Cl. X. p. 361.*

SPERATVS . VIX. MEN. VIII

FLET . DOMVS . ET . CARI . LVGVNT *ſic* . SINE . FINE . PARENTES

ABREPTVM . FATIS . CONTEGOR . HOC . TVMVLO

QVIS N NON . EXEMPLI . DOLEATVR . MORTIS . ACERBAE

SI . ME . VIDISSES . AVT . SI . MEA . FVNERA . NOSSES

FVDISSES . LACRIMAS . HOSPES . IN . OSSA . MEA

1. SPERATVS . ATTALVS . POLITICE . MATER

1. Apud Murat. *p.* 1748. *n.* 1. in fine deeſt MATER

L V I I I.

E ſchedis Barberinis. *Fabrett. III. p.* 189. *n.* 436.

CLODIA . Ɔ. L.

ELEGANS

VIX. ANN. XXX

HIC . CLODIA . CARA

CVNCTIS . IVSTISQVE . PIIS

QVE . EST . SITA . ET . SVBITO

TEMPORE . RAPTA . ABIIT

QVEM . FLET . AMISSAM

AETERNO . TEMPORE

CONIVNX

L I X.

Fabrett. pag. 8.

ZETHVS . T. VINI

1. ATRIENS . V. A. XX

OSSA SVE HOC TVMVLO PIA SVNT SED ACERBA PARENTI

AMPHIO MI FRATER HOC *ſic* TITVLVM POSVIT

PARCITE FATA MEIS VALEANT FRATRESQVE SORORES

SIT TAMEN IN VESTRO PECTORE CVRA MEI

1. Cicero in Paradoxis lautiores e ſervis Atrienſes, & Topiarios agnoſcit, quod & docet Plautus *in Aſin.* Servius *Aenead. IX.* Reineſius *Claſſ. XI. inſcr.* 39. Iſtorum praerogativam Gaſpar Sagittarius ex eo colligit, quod imaginum curam haberent, quorum in numero eſt apud *Blanchin. Mon. Liv. Aug. pag.* 28. *inſcr.* 32.

SYNE-

SYNEROS TI. CAESARIS
AD . IMAGINES

Vid. Titi Popme de *oper. ſervor. pag.* 35. Atrienſium de grege erant & Tabularii a tablino dicti, quo honore claruit Theodorus ille Auguſti lib. qui & *Honoratus* fuit. *Blanchin. inſcr.* 33. Iis codices & monumenta rerum in magiſtratu geſtarum committebantur, cujus cuſtodiae dignitatem ex Antinoo, lectiſſimo illo Hadriani delicio Pignorius arguit *pag.* 221.

L X.

Emeritae. *Fleetwod. p.* 315.

M. HELVIVS . M. L. MARSYA . AN. LX. MALLIA
I. M. L. GALLA . VXOR. ANN. XXXXI. H. S. S. S. V. T. L
TV . QVI . CARPIS . ITER . GRESSV . PROPERANTE . VIATOR
SISTE . GRADVM . QVAESO . QVOD . PETO . PARVA . MORA . EST
ORO . VT . PRAETERIENS
DICAS . S. T. T. L

1. *Hic ſiti ſunt : ſit vobis terra levis.*

L X I.

Fletwod. p. 316.

DIS . MAN
POPILIA FELIACLA PIA SANCTA CARA SVIS
ET MENOPHILO CONIVGI COLLIB. SVO V. A. XIX
HVNC . EGO . NVNC . TITVLVM . TIBI . STATVO . CARISSIMA . CONIVX
LVCTVOSVMQVE . MIHI . QVI . SCIO . QVID . FVERIS
POSTREMVM . OFFICIVM . QVONIAM . TIBI . REDDERE . COGOR
ET . MERITO . HOC . FIERI . TESTIS . ET . IPSE . LOQVOR
NVNC . VOS . CONTESTOR . MANES . QVIBVS . OSSA . RELINQVO
TELLVS . HVIC . TVMVLO . NE . GRAVIS . ESSE . VELIS

L X I I.

Reineſ. Claſſ. XIV. n. 105. *Fabr. II. p.* 64. n. 3.

D. M.
INIICE . SI . PIETAS . VSQVAM . EST . SVSPIRIA . ET . IMPLE
MECVM . HOSPES . LACRIMIS . MARMORIS . HOC . VACVVM
NAM . FORMAE . EXEMPLVM . PERIIT . CVM . OBIIT . MEA . LYDE
QVAM . PERIERE . HOMINES . VEL . PERIERE . DII

LXIII.

LXIII.

Neapoli. *Fabrett. III. p.* 190. *n.* 441.

1. VERNA . PVER . PVER . O . MI . VERNA . QVIS . AH . QVIS . AB . AVRA
TE . IN . TENEBRAS . RAPVIT . PERDITVS . VT . MORERER
NI . TECVM . ASSIDVE . LOQVERER . NI . SAEPE . IOCANDO
FALLERER . HINC . DVM . TE . CONTINVO . ASPICIO
2. SEMPER . ERO . TECVM . ET . SI . ME . SOPOR . OCCVPET . VMBRAM
TE . VMBRA . PETAM . ERGO . VNQVAM . NE . METVE . ABS . TE . ABEAM

Poſt primum diſtichon incavatus erat in medio lapis ad excipiendas libationes.

1. De vernis Diſſ. num. VIII. tantum addo, maximi olim habitum hoc ſervorum genus, ideo legimus in Attici familia fuiſſe neminem, niſi *domi natum domique factum*.

2. Plato *in Phaedone* improborum animas vocat *umbras*, quod non purae deceſſerant: contra Virgilius piorum animas ita nuncupat. *Aen. II.*

Infelix ſimulacrum, atque ipſius umbra Creuſae.

De umbris igitur idem ferme ſentiendum, ac de Manibus, qui, ſi boni erant, domorum urbiumque Lares appellabantur, ſi ſecus, larvae ac lemures audiebant. *Martian. Capell. II. de Philolog.* S. Auguſt de *C.D.IX.* 11. Quanquam Apulejus de *Deo Socr.* Lemures collocet inter bonos, aliter Varro *de Vit. Pop. Rom.* Perſius *Sat. I.* & Horat. *II. epiſt.* 11. ubi cum ſagis conjungit Lemures:

Somnia, terrores magicos, miracula, ſagas,
Nocturnos Lemures, portentaque Theſſala rides?

LXIV.

Muſ. Veron. p. 170. 1.

1. IVCVNDVS LIVIAE DRVSI CAESARIS
F. GRYPHI ET VITALIS
IN QVARTVM SVRGENS COMPRENSVS DEPRIMOR ANNVM
CVM POSSEM MATRI DVLCIS ET ESSE PATRI
2. ERIPVIT ME SAGA MANVS CRVDELIS VBIQVE
CVM MANET IN TERRIS ET NOCET ARTE SVA
VOS VESTROS NATOS CONCVSTODITE PARENTES
NE DOLOR IN TOTO PECTORE FIXVS EAT

Ju-

Digitized by Google

Jucundum genuere Gryphus, & Vitalis ſervi Liviae minoris, quae uxor Druſi Caeſaris fuit, Tiberii ex Agrippina. Fabrettus *I. p. 59.* emendat Sponium, qui in *Miſcell. p. 142.* hanc Druſi Liviam cum Livia Auguſti confundit, refragrantibus *Dione* 48. *Svet. Aug. 62.* & *Tiber.* 3. Vitalis nomen in feminis *Grut. p.* 1039.

2. Sagae vox pro adjectivo hic uſurpata, apud auctores nomen eſt ſubſtantivum. *Tibull. II. 2.*

Pollicita eſt magico ſaga miniſterio.

L X V.

Sulmone. *Fabrett. II. p. 191.*

SCOPENI . VIX. ANN. XI. VETTIA
NATALIS . VETTIA . PRIMA . P.
FATO . CRVDELI . SIQVA . EST . EREPTA . PVELLA
CERTE . EGO . QVAE . DOMINAE . CARA . PVELLA . FVI
QVAE . ME . OMNES . ARTES . DOCVIT . DOCTISSIMA . CVM
ESSEM . RAPTA . SCOPE . NVNC . TEGOR . HOC . TVMVLO

L X V I.

Tuſculi. *Fabrett. I. p. 44. n. 251.*

RHANIDI . SVLPICIAE . L.
1. DELICIO
NATA . BREVI . SPATIO . PARTV . SVBIECTA . NEC . ANTE
TESTATVR . DVSTO . TRISTIA . FATA . RHANOS
NAMQVE . BIS . OCTONOS . NONDVM . COMPLEVERAT . ANNOS
ET . RAPTA . EST . VITAE . RAPTA . PVERPERIO
PRAENTIS ſe . TVMVLVS . DVO . FVNERA . CORPORE . IN . VNO
EXEQVIAS . GEMINAS . NVNC . CINIS . VNVS . HABET

In latere ſiniſtro. SVLPICIA . TRIONIS . L.
RHANIS

1. Tenerae haec aetatis blanditia in utroque ſexu ſolemnis ac frequens eſt, illa rarior, imo rariſſima, qua puer ibidem *Delicia* nuncupatur. Alia id genus blandimenta ſunt *loc. cit.* *Margarition* dictus infantulus, italice *una perluccia*; triennis puer *Iſſulus* & *Delicium*; puella *Iſſula*, qua illecebra Martialis utitur in catella *I. epigr. 109.* *Iſſa eſt deliciae catella Publi.*

LXVII.

L X V I I.

1. Comi in aede S. Laurentii.

D M

ANNIAE

AGATHONICES

VITA . BREVIS . LONGO . MELIOR . MORTA
LIBVS . AEVO . NAM . PARVO . SPATIO
FLORVIT . HAEC . ANIMA . BIS . DENOS
PERFVNCTA . ANNOS . SINE . CRIMINE
MORVM . VITA . BEATA . FVIT . SPIRI
TVS . HIC . NITVIT . AT . PATRVM . MISE
RANDA . AETAS . ANIMA . CRVCIATVR
POENA . QVE . DE . LONGO . TEMPORE . LON
GA . DATA . EST . DE . SENIO . LVCTVS . SENI
VM . FLETV . RENOVATVR . VTRAQVE
RES . MORTIS . DVRIOR . EXITIO . DAT . TA
MEN . HAEC . PATRONAE . PIETAS . SOLA
CIA . FIDAE . IVGERA QVOT . TERRAE
DEDICAT . HIC . TVMVLVS

1. Hic titulus extat in MS. Benedicti Zobii Comenſis collectaneis vet. monum., quae Comi, & in ejus agro reperta ſunt.

L X V I I I.

Romae in Muſeo Emi Card. Alexandri Albani.

Murat. Vol. III. p. 1383.

DIS . MANIBVS . PIIS . S.

C. OCTAVIVS . MEMOR.

OCTAVIAE NEBRIDI CONIVGI LIBERTAEQ.
CONDITA NEBRIS HABES TITVLVM QVEM
SOLA MERERIS OCTAVI MEMORIS
CONIVX QVAE VERA FVISTI ELYSIOS
PRECOR VT POSSIS INVADERE CAMPOS
MATRONAMQVE COLAS DITIS *placidam*
QVE PRECERIS DET SEDES VT *amica*
pias MERITOSQVE *receſſus*
Ac ſinat umbrarum DEVS VT *loca ſancta frequentes*

 Vi-

Vignol. de Columnn. Anton. *p.* 282. legit Q. OCTAVIVS in ſecunda linea; in nona QVI PRECE BIS DET &c. Lacunas ego implebam iratis muſis.

LXIX.

Romae. *Inſcr. Don. Cl. XII. p.* 398.

C. IVLIVS . C. L. ANTIOCHVS
VERATIA . C. L. ELEVTHERIS
SEIC . FLOREM . AETATIS . TENVIT
VERATIA . CASTE
NVLLA VT PERCIPERET GAVDIA
DEDECORIS
CONIVGE NAMQVE VNO VIXIT
CONTENTA . PROBATO
CETERA DIGNA BONIS
FEMINA FACTA TVLIT
VERATIA C. L. SALVIA

LXX.

Romae. *Ficoronii* Maſchere Sceniche *p.* 226.

D. M. SVCCESSI . PRIGENIA . SOR
FECIT . FRATRI . BENEMERENTI
ET PIISSIMO ПER. VII. ANNIS
EGO
LAMENTALE . PEREGI . NVNC
RAPI
OR. TENEBRIS . ET . TEGIT
OSSA LAP
DEŜINE SOROR . ME IAM . FLERE
SEPVLCRO . HOC . ETERNIM
MVLTIS
REGIBVS ORA TVLIT

Inventus hic lapis magnis litteris inciſus, initio antiquae viae Praeneſtinae, in ſepulcr. libert. & familiae L. Arruntii, conſulis ſub Tiberio Auguſto. Murator. *p.* 1499. *n.* 10. ex Ficoronio dat in 1. lin. PRIMIGENIA, in 3. ITER, in 5. IAM FATALE pro *Lamentale*. Cur Ficoronius aliter miſit, aliter edidit hunc

hunc titulum? Suſpicor in exſcribendo primo uſum oculis alienis, deinde ſuis.

LXXI.

Romae. *Gudius p.* 225.

1\. L. VETTIVS. NYMPHIVS
AVRIFEX V. A. XVII.
ET. TE. TERRA. PRECOR. LEVITER
SVPER. OSSA. RESIDAS
SENTIAT. VT. PIETAS. PRAEMIA
QVAE. MERVIT
ET. QVICVMQVE. SVIS. SINCERE
PRAESTAT. HONOREM
FELICEM. CVRSVM. PERFERAT
AD. SVPEROS.

1\. Eadem eſt inſcr. in Sponii *Miſcell. Antiq. Erud. Sect. VI. p.* 219. ſed differt in viri nomine.

LXXII.

Romae in hortis Juſtinianeis. *Fabr. II. p.* 88. *n.* 164. nunc in Collegio PP. Soc. Jeſu.

SIC. TIBI. CONTINGAT. FELICITER. IRE. VIATOR
IMMATVRA. MEO. PERLEGE. FATA. LOCO
ZELOTOS. IACEO. VIXI. DVM. FATA. SINEBANT
SI. TAMEN. HAEC. VITA. EST. TAM. CITO. POSSE. MORI
BIS. MIHI. SEPTENIS. FINIS. DATVR. VLTIMVS. ANNIS
1\. NOMINI. ME. RAPVIT. MORS. INIMICA. MEO

1\. Muratorius ex editis a P. *Scarfò* Mon. Baſil. legit in ultimo *v.* NOMINE.

LXXIII.

Extabat apud Franc. Ficoron. *Ex Muſ. Veron. p.* 295. 4.

VALERIA. Ͻ. L. LYCISCA
XII. ANNORVM. NATA
ROMAM. VENI
QVAE. MIHI. IVRA. DEDIT. CIVIS. DEDIT. ET
MIHI. VIVAE. QVO. INFERRER. TVM
CVM. PARVLA. FACTA. CLINIS &c

L X X I V.

Trebiae. *Ex Franciſc. Aliger. in Ant. Val.*

C. POELITIVS . C. L. AM*buſtus vixit annis*

V. RVSTIA C. L. *mater vixit an.* 35. *hoc Monum.*

C. CLAVDIVS . FAVSTVS . VI. VIR *faciendum curavit*

TEMPORE SVPREMO FAVSTE EST

TIBI CVRA VIVENDI

SI PERLEGISTI VENIAS LICET ET

REQVIESCAS

ANNVIS ET REFVGIS FRVSTRA *nam te auferet orcus*

HAEC DOMVS HAEC REQVIES

OMNIBVS VNA MANET

HVC VENIENDVM INQVAM, *ſeu te cita corripit hora,*

Seu tremulum inficiet ſera ſenecta caput.

Comminutus aevo hic jacet lapis, quem, ut vides, Aligerius inſtauravit.

L X X V.

Brixiae. *Ferrett. pag.* 45.

MINICIA . FORTVNATA . SIBI . ET . MINI

CIAE . TRYFENAE . LIB.

QVAERERE . CESSAVI . NVMQVAM . NEC . PERDERE . DESI

MORS . INTERVENIT . NVNC . AB VTROQVE . VACO

VIVITE . FELICES . QVI . LEGITIS

L X X V I.

Juxta villam Tiburtinam Hadriani.

Inſcr. Donian. Cl. XVIII. pag. 459. *n.* 10.

D . M . S

1. ALTORIAE . MERITAM . DICAT . HANC . OCTAVIVS . ARAM

ACRI . HOMINI . ATQVE . ALACRI . FORTI . FIDOQVE . VENVSTO

CVI . DOMVS . ASINIVS . FVERAT . CVI . QVINTIO . NOMEN

HIC . IN FLORE . CVBAT . LONGVM . SECVRVS . IN AEVVM

POST . TER . VICENOS . ET . TRES . BENE . CONSITVS . ANNOS

1. Muratorius e ſchedis Ambroſianis *pag.* 1433. *n.* 5. habet in 1. V. ALTORIO. in 2. ADQ. ALACRI FORTI FIDO ADQVE VENVSTO. in 3. ASSYRIBVS. in 4. AVVM. in 5. AC pro ET, & QVINCTIO

pro

pro *Quintio*, notatque in ſchedis Canonici Scotti legi ALTERIVS, & in aliis ſchedis in prima linea pro *Octavius* VICTORIVS.

L X X V I I.

Rodoſti a Conſtantinopoli leucis 24. in Graecor. coemeterio.
Scip. Maff. Antiq. Gall. Epiſt. 26.

THETIS . EADEM
BVRGAENA
ITALICI CORSICI
AVG. L. CON. CAR. ANN
XXVI. ET PERINTHIO
FIL. ANN. XII. H. S. S
SI FORTVNA SVOS POTVISSET FLE
CTERE MANES HVNC TITVLVM
PATRI PONERE DEBVERAM
ITALICVS . SIBI ET
SVIS . V. F

L X X V I I I.

E ſchedis Barberinis. *Fabrett. III. p.* 189. *n.* 435.

D . M
Q. POMPEIO . RHODONI
QVI . VIXIT . ANN. XVIIII
MENS. VI. DIEBVS . XL. ET
Q. POMPEIO . MARCIANO
FRATRI . QVI . VIXIT . ANN. V. QVOS
NOVEM . DIES . ERIPVERVNT
HIC . MISER . ANTEROS . POSVIT
DVO . CORPORA . FRATRVM

L X X I X.

Romae apud Ficoronium. *Murator. p.* 1757. 6.

TVRPILIA M. L. DIONYSIA
M. TVRPILIVS M. Ɔ. L. EROS
AEDIS . AEDIFICAT . DIVES . SAPIENS
MONVMENTVM . HOSPITIVM . EST . ILLVD
CORPORIS . HIC . DOMVS . EST . ILLIC . PAVLISPER
ROMORANVS . ADHIC *ſic* . ABITAMVS . ILLVD

L X X X.

L X X X.

Romae. *Murator. ex Ligorio p.* 1234. 7.

PRIVS . HVNC . TITVLVM . MATRI . TV . NATA . DICASSES
QVEM MATER . MISERAE . NVNC . TIBI . NATA . FECIT ❦
SIS . SENOS COMPLETAM . ANNOS . TE . FILIA . MATRI
ERIPVIT . MISERAE . MORTIS . INIQVA . DIES
OPTESTOR ❦ . MANES . MERITAE . SANCTAEQVE . PATRONAE
ET . COMPRECOR ❦ . VT . LEVI . TERRA . TEGAT . TVMVLO

L X X X I.

Sveſſae in porticu aedis S. Euſtachii. *Murator. Vol. II. p.* 905. 9.

D . M . S
IVLIA FIRMA SITA TVMVLO
QVAE COMMVNE TORVM SERVAVIT CASTA
MARITI . ET FIDEI PLENA PIETATE NOBILIS
VIXIT SVRREPTA EST OCVLIS IVVENIS
FATO DICTANTE INIQVO . M. OCIMVS
SABINAE AVG. SORORIS LIB.
TABVLAR. COIVGI B. M. F.

Dat Grut. *p.* 589. purgatiorem hic habes.

L X X X I I.

In Hiſpania. *Muſ. Veron. p.* 423. 5.

FIRMA . EPAPHRODITI
ANN. XXIIII.
FIRMA . SATIS . FELIX . CVM . ME . MEA . VITA . MANERET
CONIVGIS . OBSEQVIO . CVM . PIETATE . FVI
CONIVGIS . ILLIVS . QVEM . VIX . AEQVARE . MARITI
ADFECTV . POTERVNT . AVT . BONITATE . PARI
CONLIBERTORVM . VVLTVS . ANIMOSQ. MEORVM
PLACATOS . MERVI . SEDVLITATE . MEA
PLACATOS . MERVI . PER . TE . MAGIS . OMNIS . VT . AETAS
SANGVINE . ME . IVNCTAM . CREDERET ESSE . SIBI
QVI . TECVM . PIA . CASTRA . SEQVI . CONSVETVS . ET . ILLE
QVEM . LEX . SERVITII . DISTRAHIT . A . DOMINO
HOS . OMNES . TIBI . PRO . MERITIS . QVI . SIDERA . TORQVENT
SECVM . PLACATOS . SEMPER . HABERE . VELINT

LXXXIII.

Digitized by Google

LXXXIII.

Oſtiae. *Fabrett. V. p.* 408. *n.* 332.

D M

L. CARVLLIVS

EPAPHRODITVS

VI. VIR. AVG. IIDEM. Q Q

HIC. SVM. POSITVS. QVI

SEMPER. SINE. CRI

MINE. VIXI

ET. QVEM. MI. DEDERAT

CVRSVM. FORTVNA

PEREGIT

CVIVS. OSSVA *ſic* . ET. CINE

RES. HIC. LAPIS. IN

TVS. HABET

HVIC. VI. VIRI

AVG. POST. CVRAM

QVIQVENNALI

TATEM. OPTVLER

QVI. EGIT. ANNIS

CONTINVIS. IIII

LXXXIV.

Ferrariae in Muſeo publico. *Murator. p.* 2058. 4.

FESTO LABIRI PRIMIGE DELIC.

Subeſt imago pueri avem dextra, ſiniſtra racemum tenentis.

PARVA. SVB. HOC. TITVLO. FESTI

SVNT. OSSA. LAPILLO

ſic QVAEM. AFRENS. FATO. CONDI

DIT. IPSE. PATER

QVI. SI. VIXISSET. DOMINI

1. IAM. NOMINA. FERRET

AD. CINERES.

1. *Feſtus Labirii Primigenii delicium, & ſervus,*
Si diutius vixiſſet, domini libertus fuiſſet.

Senec. *lib.* 2. *Epiſt.* 12. Ego ſum Philoſti villici delicio-
lum

lum tuum, perfecte, inquam, iſte delirat vetulus, etiam deliciolum meum factus eſt.

LXXXV.

Muſ. Veronenſ. p. 170. *n.* 2.

NONVM . POST . DECIMVM . COMPLERAS
NVBILIS ANNVM
VIBIA . CRVDELI . FVNERE . RAPTA VIRO
DVM TIBI PROGENIES ANIMO DVM
FIDIS IN ILLA
HEV PACINVS VICTRIX ME TVA VOTA GRAVANT
MOLLITER AD MATREM PLACIDI
DESCENDITE MANES
ELYSIIS CAMPIS FLOREAT VMBRA TIBI
M. ATTEIVS EPAPRODITVS

PERMISSV ATTI PRIMI GENI ET — HERACLID TABVLAR DOMITIAE

Monumenti locus Vibiae datus permiſſu Atti Primigenii, & Heraclidis, qui tabularii erant ſive a tabulis Domitiae, forte Domitiani uxoris.

LXXXVI.

Cordubae e ſched. P. Catanei. *Murator. p.* 1190. 5.

D . M . S
MELITIAE ANN. VIIII M. VI. DI
ER. VII. HIC SITA EST INFANS PATRI PER
SAECVLA FLENDA . QVAM RAPTAM
ADSIDVE MATER MAERORE REQVIRIT .
GRATA BLANDIT . . . . VNA QVE QVALES
QVISQVE SIBI CVPIAT PRODVCERE NATOS .
HANC ANNIS X. PRIVAVIT MVNERE LVCIS .
CASVM QVISQVE LEGAT FATO MALEDICAT
INIQVO
S. T. T. L. CARPOPHORVS
PATER TITILICVTA MATER
FILIAE PIENTISSIMAE

Mirum, patri tam garrulo filiam fuiſſe novem imo decem annos natam adhuc *infantem*.

LXXXVII.

Digitized by Google

LXXXVII.

Tuſculi. *Fabrett. IV. p.* 283. *n.* 183.

DIS . MANIBVS

M. PVBLICI . M. L. VNIONIS

TE . ROGO . PRAETERIENS . FAC

MORA . ET . PERLEGE . VERSVS . QVOS . EGO

DICTAVI . ET . IVSSI . SCRIBERE . QVENDAM

EST . MIHI . TERRA . LEVIS . MERITO . SED . QVIESCO

MARMORE . CLAVSVS . REDDIDI . DEPOSITVM

COAGLAVI . SEMPER . AMICOS . NVLLIVS . THALAMOS

TVRBAVI . NEMO . QVERITVR . CONIVNS *ſic* . KARA

MIHI . MECVM . BENE . VIXIT . SEMPER . HONESTE

PRESTITI *ſic* . QVOD . POTVI . SEMPER . SINE . LITE . RECESSI

VNVS . AMICVS . ERAT . TANTVM . MIHI . QVI

PRAESTITIT . OMNIA . SEMPER . HONESTE

T. FL. HERMES . V. Q

FOCVS

TVNC . MEVS . ASSIDVE . SEMPER . BENE . VIXIT . AMICE .

FECIT . VNIO . SIBI . ET . GALLIAE . TYCHE

OPTIMAE . CONIVGI . ET . AEMILIO

ISIDORO . VERNAE . SVO . ET . POSTERISQ

SVORVM . ET . CONIVGI . SVAE

ET . ISIDORI . ET . EORVM . POSTERISQ. ET

M. PVBLICIO . FELICI . ALVMNO . SVO

LXXXVIII.

Romae apud Ficoronium. *Murator. p.* 1171. 9.

HERENNIAE NICE

V. A. III. M. VIII. D. XVI.

ANICETVS PATER FEC

CONDITA SVM NICE QVAE IAM

DVLCISSIMA PATRI . DVCENS

AETATIS TENERA QVAT

TVOR ANNOS . ABREPTA SV

PERIS FLENTES IAM L . QVI

PARENTES

Digitized by Google

Vide verſus diſtinctos commate , ſed unum & alterum claudicantem .

L X X X I X.

Reineſ. Claſſ. XIV. 171.

L. CASSIO FERMO
DORO . NAVCLERO
QVI . ERAT . IN COLLEG.
SERAPYS . SALON . PER
FRETA . PER . MARIA . TRA
IECTVS . SALPE . PER . VND
QVI . NON . DEBVERAT
OBITVS . RAMANERE ſic
IN . AETERN. SET . MECVM
CONIVNX . SI . VIVERE
NOLVERAS . AD . STYGA
PERPETVA . VEL . RATE
FVNEREA . VTINAM
TECVM . COMITATA
FVISSEM . VLPIA . CANDI
DA . DOMVS . SALON (XXX
M . . . P
AETERN. QVE . FVIT . COLL. YSID.

Vid. ibidem multa Iſidis monumenta , ac praeſertim Iſidis Reginae . Pighius gemmam laudat ſuam cum epigr. REGINA ADIVVA ME .

X C.

Romae ponit Mazochius , Interamnae Apianus .

Grut. pag. 968. 12.

CLODIA . M. L.
SECVNDA
O . QVANTA . PIETAS . FVERAT . IN . HAC . ADOLESCENTIA
FIDES . AMOR . SENSVS . PVDOR . ET . CASTITAS
NOLI . DOLERE . AMICA . EVENTVM . MEVM .
PROPERAVIT . AETAS . HOC . DEDIT . FATVM . MIHI .

XCI.

Digitized by Google

XCI.

Treveris in monaſterio S. Mathiae. *Murator. Vol. II. p. 903. 3.*

QVI DOLET INTERITVM MENTEM SOLETVR AMORE.
TOLLERE MORS VITAM POTVIT POST FATA SVPERSTES
FAMA VIGET. PERIIT CORPVS SED NOMEN IN ORE EST.
VIVIT LAVDATVR LEGITVR CELEBRATVR AMATVR
NVNCIVS AVGVSTI VELOX PEDE CVRSOR VT AVRA.
CVI LATIAE GENTIS NOMEN PATRIAEQVE SABINVS.
O CRVDELE NEFAS. TVLIT HIC SINE CRIMINE MORTEM.
DAMNATVS PERIIT DECEPTVS FRAVDE LATRONVM.
NIL SCELVS EGISTI. FAMA EST QVAE NESIT *sic* OBIRE
POSVIT FVRIVS

Hic fuit, inquit Muratorius, unus ex *Curſoribus* imperatoris, nunc appellamus *un Lacchè*, niſi malis *un Corriere*. NESIT in penultima lin. pro *Neſcit*.

XCII.

Venafri. *Murator. p. 1215. 2.*

SERVILIA. C. L. HILARA
VIVA. SIBI. ET. SVIS. FECIT
HVNC. PVERVM.... NENI. AMISIT. LECTISSIMA. MATER
VT. VITA. INSONTEM. SIC. PIETATE. BONVM
AMISIT. LVXIT. LVGEBIT. ET. VSQVE. SEPVLCRVM
NEC. NISI. DEFVERIT. DESINET. ESSE. DOLOR

XCIII.

Brixiae ex Vinacceſio. *Murator. p. 1339. 5.*

V. F.
Q. EGNATIVS
Q. L. BLANDVS
SIBI ET
MINVCIAE VRBANAE
VXORI
PRO PAVPERTATE HEIC SVMMO
TIBI TEMPORE CONIVNX VT POTVI
MERITIS PARVOLA DONA DEDI
INNOCENS VIXIT ANNOS XXIIX

XCIV.

Romae apud Franciſcum Ficoronium.
Murator. Vol. III. p. 1356. 7.

IVLIA METHE
HIS FORIBVS . CARAE
RECVBANT . MIHI CONIVGIS OSSA
EXSPECTANQVE . SVIS VT MEA
CONTRIBVAM
TOSSIVS . ISTA . TIBI . PROMISIT
SAEPE . PETENTI . PRAESTABIT
1. MANIS . SI MODO TANGIT
AMOR

1. MANIS pro *manes* : EXPECTANQVE lapicidae ſphalma.

XCV.

Romae apud Fulvium Urſinum. *Ferrett. p. 109.*

OPTATVS . NIREVS . ANTHVS
AMICI . SODALES
PACTOLO
DE . FAMILIA . Q. SATRIENI . POLLIONIS
NOS . TIBI . DIGNA . TVAE . MONVMENTA . EXTREMA . FAVILLAE
FECIMVS . AT . NOBIS . TV . GEMITVM . ASSIDVOM

XCVI.

E ſchedis Barberinis. *Fabr. V. p. 420. n. 381.*

HAVE . DVLCIS
POPILIA . ALEXANDRIA . RARISSIMA
FEMINA . A. XXXV. HIC . SITA . EST
M. VLPIVS . INGENVVS . B. M. ET . SIBI
DVLCIS . VALE
QVID . LACRIMAS . FACTVM . EST
VIX . BONE . VIVE . VALE
SED . TIBI . INVIDEO . PIO . QVI
OSSICVLA . MEA . HIC . SITA . ESSE
GEMIS . MORTE . TARDA . VIVAS
AEGER . INOPS

XCVII.

XCVII.

Grut. pag. 971. 15.

C. CVRTIVS . C. L. ANTIOCHVS

PATER

ET . ARICINIA . NAIS

MATER

BASSO . FILIO . POSVERVNT

DEBVIT . HOC . NATVS . NOBIS . PRAESTARE . DVOBVS

VT . CINERES . PATRIOS . DEDERET . INFERIS

XCVIII.

Manliani in Sabinis. *Fabrett. p. 634 n. 290.*

D. M

IS . CVIVS . PER . CAPITA . VERSORVM . NOMEN . DECLARATVR
FECIT . SEVIBVS . SIBI . ET . SVIS . OMNIBVS . LIBERTIS . LIBER
TABVS . POSTERISQVE . EORVM

1. LIBER NVNC CVRIS FVERIM QVI RESPICE LECTOR
2. NOTVS IN VRBE SACRA VENDENDA PELLE CAPRINA
EXHIBVI MERCES POPVLARIBVS VSIBVS APTAS
RARA FIDES CVIVS LAVDATA EST SEMPER VBIQVE
VITA VEATA FVIT STRVXI MIHI MARMORA FECI
SECVRE SOLVS SEMPER FISCALIA MANCEPS
IN . CVNCTIS SIMPLEX CONTRACTIBVS OMNIBVS AEQVVS
VT . POTVI NEC NON SVBVENI SAEPE PETENTI
SEMPER HONORIFICVS SEMPER COMMVNIS AMICIS
MAIOR ADHVC STAT LAVDIS HONOR POTIOR QVOQVE CVNCTIS
IPSE MEIS QVOD CONSTITVI TVMVLAMINA MEMBRIS
TALIA QVI FECI NON TAM MIHI PROVIDVS VNI
HEREDVM QVOQVE CVRA FVIT TENET OMNIA SECVM
RE . PROPRIA QVICVMQVE FACIT ME FAMA LOQVETVR
EXEMPLVM LAVDIS VIXI DVM VITA MANEBAT
SOLICITVS MVLTIS REQVIEM FECI QVOQVE MVLTIS

L. NERVSIVS . MITHRES.

1. Hinc exordire; habebiſque defuncti nomen, ut in fine.
2. Vid. *Claſſ. I. inſcr. LXIV. not. 5.*

XCIX.

Digitized by Google

XCIX.

Placentiae in aede S.Sabinae e ſchedis Ambroſianis & Belloniis.
Muratorius pag. 1560. *n.* 1.

A. SOCCONI ATTICE . L
CHRESTO V. F
SIBI . ET . PATRONO
DIA . HOC . TITVLO . PATRONVM . PIETATIS . HONORAT
QVIDQVID . ID . EST . GRATVM . MANIBVS . OFFICIVM
. . . . . NON . IVSSA . TAMEN . NEC . VOCE . ROGATA
HIC . ALIIS . OBIIT . VIVIT . LIBERTAE . SVAVIS
. . . . PATRONVS . . . .

Hanc excipiunt inſcriptionem duo hermae cum his verbis :

Q. CAMVRIO	C. HOSTILIO
Ↄ. L. PRIMO	SP. F. CILVNCVLO
IN FR.	P. XII.
IN AGR.	P. XVI

H . M . H . N . S

Ceterum injuria temporum laeſas tum hic , tum apud Gruterum *pag.* 935. *num.* 5. & 954. *num.* 10. has inſcriptiones habes . P. Stanislaus Bardetti e Soc. Jeſu ita dedit .

A. SOCCONI CHRESTO
ATTICE . L. V. F
SIBI ET PATRONO
HOC TITVLO PATRONVM
PIETATIS HONORAT
QVIDQVID ID EST GRATVM
MANIBVS OFFICIVM
NEC IVSSA TAMEN
NEC VOTO ROGATA
HIC ALIIS OBIIT VIVVM
LIBERTAE SVAVIS PATRONVS
IN . FR. P. XII. IN . AG. P. XVI. H. M. H. N. S

SY-

Digitized by Google

SYNOPSIS.

SAnctorum Martyrum magno pretio redemta corpora, ſanguis, veſtes. Chriſtianorum in hoc officio pietas inter diſtrictos gladios. II. *Cadaverum abluendi ritus, myſterium, utilitas. Vnctionis, & aromatum diverſa genera. De extremo oſculo, & lugentium ſtatu.* III. *Linteaminum, quibus involuta corpora, diverſa ſpecies, materia, color explicatur. Quando luxus irrepſerit? Quod inde damnum? quae utilitas?* IV. *De veſte funebri. Digreſſio ad ſacra filacteria. Vnde mos genua flectendi Epiſcopis tranſeuntibus?* V. *Contra Tertullianum datae coronae mortuis commendantur. De florum ſparſionibus ad Reliquias Martyrum.* VI. *Pompae funebris tempus apud Judaeos certum, ſecus apud Chriſtianos. Quando vehicula efferendis mortuis in uſu fuerint? De porta emortuali, de concurſu populi, de lecticariis.* VII. *Cerei funebres pro temporum varietate aucti, vel imminuti. Placuerunt & cerei picti. Vigilantius refellitur. Cur lucernae in coemeteriis? Ethnicorum, & Fidelium diverſa ratio. Candelabra cippis inſculpta.* VIII. *Pſalmorum concentus in exequiis certus, ſed Pſalmi incerti. De vigiliis ante funus, & ad ſepulcra Martyrum.* IX. *Fidelium cadavera ante ſepulturam conſpectui data: quandiu? nihil certi decretum eſt. Laus B. Joſephi Calaſanctii.* X. *Mortuorum laudatio habita, initio inter preces ad Deum fuſas, deinde oratione continenti. Vita etiam per compendium deſcripta, & audiente populo recitata.* XI. *Chriſtianis ſemper humatio placuit, nunquam combuſtio.*

buſtia. Quid ſibi velit in Martyrum coemeteriis pyra? Hebraeorum ritus in regio funere. Aqua luſtralis, & ſigna Crucis ſolemnia in humatione. Immortalitatis ſymbola cum cadaveribus condita, itemque inſtrumenta, nonnunquam etiam Acta martyrii. Numiſmata, & pretioſi lapides aut incluſi, aut affixi loculis. XII. *Sanctorum epitaphia a Novatorum calumniis defenduntur. Saepe obvius in loculis nominis contemptus, cujus loco adhibiti certi numeri, aut notae, aut Chriſti monogramma. Fronti inſcriptum perſaepe* D. N. *vel* D. M. *interdum* DIS MANIBVS, *ſed ſine ſuperſtitione.* XIII. *Inſculpta loculis ſymbolorum varia genera numerantur, ex antiquo, & novo Teſtamento deſumpta.* XIV. *Ferarum, volucrum, piſcium, ſerpentis etiam, arborumque diverſae ſpecies ſacris in coemeteriis aut inſculptae, aut pictae quid ſibi velint? Navis, anchora, candelabrum, & alia id genus in Chriſtianorum ſarcophagis minime myſterio vacant.* XV. *Non omnia anaglypha ſemper ſymbolica, ſed aliquando certas veluti ſepulcri notas fuiſſe credimus. De fragmentis vitreis Bonarrotii opinio perpenditur. Ampullae cum ſanguine certa Martyrii indicia. Chriſtianorum inſigne princeps fuit Chriſti monogramma, varie expreſſum. Ejus uſus ante Conſtantinum tenere coepit. In Ethnicorum nummis conſideratur.* XVI. *De cryptarum antiquitate, amplitudine, & forma. Multa praeter Romana in variis locis coemeteria recenſentur. Varia eorum nomina & diverſae hinc dicendi formulae derivatae.* XVII. *Cur coemeteria agrorum, templorumque nomine nuncupata? Quandiu extra urbes ſepulcra extructa ſint? Cur primo in templorum veſtibulis, deinde in templis ipſis ſepulcra parata ſint, variae contra Novatores cauſae afferuntur.*

DIS-

DISSERTATIO X.

De Luctu Chriſtiano.

PATRI REVERENDISSIMO

LVDOVICO AB AVGVSTA TAVRINORVM

Procuratori Generali Ordinis Capuccinorum.

QUoniam Diſſertationes duplici hoc volumine comprehenſae, ne ſui parum conſciae viderentur, prodire in lucem non auſae ſunt, niſi auſpicio virorum fultae, quorum nobilitas, ſive genus, ſive doctrina conſideretur, eſt ubique ſpectata ſatis, nolui, quae nunc ſubit, ab hoc honore eſſe vacuam, quum ordine ſit quidem ultima, ſed rerum, quas continet, ſplendore ac majeſtate facile princeps, quippe quae pretium habet ab antiqua Chriſtiana re, hoc eſt a ritibus ac monumentis omnium ſanctiſſimis, maximèque memoria & patrocinio dignis. Sed quo patrocinio? eo videlicet, cui nec generis ornamenta deſint, nec litterarum, inſit praeterea virtus ac diſciplina vitae, quae veterum ſit Chriſtianorum expreſſa imago. Non diu autem haec mihi imago, hoc patrocinium per te, Pater Reverendiſſime, quaerendum fuit. Quicquid enim in votis erat in te mihi feliciter & oblatum & datum eſt. Video equidem planeque

Digitized by Google

ſentio, quoniam haec tua ingenuitas, haec modeſtia eſt, cum te ſcrupulum ac metum pungere, ne quid attingere hic ego audeam de laude tua. At hujuſmodi a me quicquam ne metuas, obſecro. Nunquam id tentabo, quod ſuſtinere non poſſim, aut ſi poſſim, tibi ingratiſſimum futurum ſit. Tuorum opes, nobilitatem, copias commendent ii, qui commemorationem putent illarum tibi jucundam rerum, quas tu ad alta tendentibus eſſe pondera & impedimenta ratus, vix per aetatem licuit, firmitate animi corroborata illico effugiſti, majoreſque nactus a fuga vires eo profectus es, ubi praeclarum illud cum Nazianzeno uſurpare merito potuiſti, quod ex amplitudine, ex opulentia, quantumvis conferta & ſplendida, fructum hunc tantummodo derivaſti, eam videlicet propter Chriſtum relinquere, obliviſci. De eruditione, de doctrina, de litteris, ſilentium ſi mihi indixeris, taceo. An vitae ſanctimoniam perſequar, prudentiam, gravitatem? expecta ne verbum quidem. Sic tecum agam, ut quod mihi per te liceat neceſſe eſt, de tuis, de toto Ordine dicam aliquid, de te nihil. Cujus procurationem integre caſteque geris, Ordo habetur & eſt ejuſmodi, ubi vulgare eſt, quicquid alibi magnum. Dici hominem frugi, fortem, ſeverum, gravem, qui perpetuo ſibi indicto bello id propoſitum habeat, aliud non appetere, non probare, niſi quod vitam efficiat inſuavem, aſperam, laborioſam, ſive, quod idem eſt, qui facere & pati fortia paratiſſimus rem pulcherrimam ducat, victu arido, vigiliiſque ac ſudoribus innutriri cum vita aequandis, haec ſane laus alibi eximia eſt, ſed tuorum communis omnium. Ordo nimirum tuus, utpote Evangelicae paupertatis cuſtos, & ſan-

ſanctimoniae magiſter, cuncta, ut ſe minora, quae non perfecta, vitabundus tuetur, ſevere virtutem aeſtimat vel egregiam, caute admodum laudat, merita ornat, non niſi optima. Provinciae adminiſtratio ſi conferatur, eam quicunque acceperit, tanta aequitate praeditus eſſe debet, ut nemo magis virtutem excitet, vitia ſeverius vindicet; tanta moderatione, ut aeque alios, ac ſe ipſum vincat; tanta prudentia, ut quid in quaque re vel rectum, vel ſecus fuerit, & acutiſſime id cernat, & opportuniſſime aut corrigat, aut confirmet; modeſtia demum, integritate, fide, juſtitia tanta, ut eam privati adament, ſuſpiciant principes, populi venerentur. De dignitate agitur, quae ſpectet Ordinem univerſum? ſcilicet, qua nulla major, ſeveritas erit arbitra. Scitum eſt enim Platonis illud, difficilia quae pulchra. Illa igitur tum virtus quaeritur, ille vir, qui ad religionem intus foriſque compoſitus exemplo magis, quam verbo praeeſſe poſſit; cujus ea ſit auctoritas, is rerum uſus, res geſtae tales, ut, ſi quid ſenſerit, ſententia omnium unanimis judicetur; cujus ſit tanta rerum vel anteactarum memoria, vel praeſentium intelligentia, vel providentia futurarum, ut nulla ſit difficultas, nullum negotium, quod ille non feliciter conſilio poſſit explicare, conficere, providere. De tuis hactenus, ac de Ordine. Cujus, ubi de virtute, de dignitate agitur, quum graviſſima ſit & religio in approbando, & prudentia in deligendo, & ſeveritas in praeficiendo, jam virtutes ac promerita per me tua latere jube, injuſſus etiam libentiſſime conticeſcam, ſed nunquam, id ut taceam, impetrabis, quod tibi jucundiſſimum eſſe debet. Ita ſit delicata, ſit ſevera, ſit rigida

virtus tua, ut, quam viri etiam praeſtantiſſimi non diſſimulant, nihil eam laudis cupido moveat: an nihil etiam provinciae Pedemontanae, cui praefuiſti cum ſumma gloria, maximus in te amor, nihil omnium provinciarum, quae ſibi tuam procurationem eſſe utiliſſimam ſentiunt, grati animi teſtimonia, nihil Taurini, ubi natus atque educatus es, nihil Romae, ubi ad iſtum gradum aſcendiſti, publica te gratulatio commovet, oblectat nihil? Pace dixerim tua, parum iis gratus, quibus es gratiſſimus, viderere, ſi ex cunctis ordinibus lectiſſimorum hominum, qui te impenſe adamant, ſi doctiſſimorum Praeſulum, ad quos tibi faciles patent aditus, ſi Cardinalium ampliſſimorum, qui te ſingulariter fovent, ſi Caroli Emmanuelis, cui probatiſſima eſt virtus tua, Regis optimi & cum antiquitatis gloria comparandi, ſi Pontificis omni commendatione majoris Benedicti XIV., qui te Epiſcoporum Examinatoribus, ut ajunt, & Congregationi Indulgentiarum adſcriptum voluit, conſenſus in te laudando unanimis non tibi jucundiſſimus eſſe poſſet. Verum tu iſta videris. Interim hoc me maxime recreat, quod nihil habet, quid optet amplius, poſtremus hic labor meus, ſi patrocinium, quod enixe implorat, obtineat tuum. Bono me autem animo eſſe jubet non obſervantia in te mea, ſed tua in eos benevolentia, quos tanti facis, quanti optimos ſolet, & debet optimus. Ii vero ſunt, quibuſcum te haud ſemel adii, ad pulcherrima quaeque ſtudia egregie magnamini Petrus Ubaldinius, & Eques Hieroſolymitanus F. Antonius Rongellius Collegii Nazareni decus & ornamentum. Fuerunt ii mihi auctores hujuſce officii, quod ſi minus probas, illis tribue, illos admone,

mone, ne quid ſimile in poſterum, ac ſcias velim, praeſtantiſſimis Adoleſcentibus modeſtiam ineſſe tantam, ut illud Themiſtoclis immutare in melius ſoleant: quod enim acroama, aut cujus vocem libentiſſime audiant, interrogati, non illius, inquiunt, a quo ſua virtus optime praedicetur, ſed a quo ipſi prudenter admoneantur.

I. Quemadmodum Hebraei quanquam ab Aegyptiorum ſuperſtitionibus abhorrerent, ſecum tamen, quum profectionem maturabant, eorum theſauros, ut ad cultum tabernaculi verterentur, quaſi laborum, quos diu perpeſſi fuerant, certa [a] praemia detulerunt: ita ferme Chriſtiani quoſdam ritus ab Ethnicorum conſuetudine, qua nihil habebant turpius, ad pium uſum traducere, & veluti conſecrare non dubitarunt. Iccirco primis Eccleſiae temporibus ſolemne fuit demortua Sanctorum corpora erectis ac ſupinis manibus excipere, gremio reponere, amice complecti, illis adhaereſcere, accurate lavare, ungere, oſculari, decenter ornata linteo funebri involvere, caput directe ſtatuere, pedes reducere, in caelum denique & ad orientalem plagam ſpectante vultu cadavera ſepelire, quas caeremonias, etſi Dionyſii Alexandrini [b], Chryſoſtomi [c], Baſilii [d], aliorumque Patrum auctoritatibus confirmatas Severanus, Aringhus, Caſalius, aliique deſcripſerint, rem tamen ſpero haud omnibus ingratiſſimam fore, ſi dabo operam, ut, quae copioſius alibi tractata ſunt, breviſſimae hujus diſſertationis ambitu comprehendantur. Ac prima omnium occurrit cura, qua Sanctorum cadavera conſuevere ab hoſtibus ac ſatellitibus redi-

a *S. Auguſt. de Doctr. Chriſt. II. 18.*
b *Apud Euſeb. VII. 17. 22.*
c *In Johum.*
d *De Spir. VIII. 27.*

redimi ſummo pretio. Praedicat hanc pietatem Surius [a] non uno in loco, eandemque Aringhus [b] eruditiſſime exornat. Iniquitas vero temporum ea nonnunquam fuit, cui mitigandae chriſtiana liberalitas impar eſſet. Eccleſiae Gallicanae ad fideles Aſiae epiſtola data eſt luctu plena, quod Martyrum corpora humo tegendi nulla facultas concederetur, neque nox aliquid praeſidii afferret, neque magna pecuniae vis ethnicorum animos ulla ex parte emolliret. Quod quum liceret, nullum argenti aurique pondus non libentiſſime profundebatur [c], etiam ad capitis [d] aequilibrium. Imo aliquando & ipſas carnificum veſtes, quae Martyrum ſanguine infuſae erant, auro, gemmiſque, & pretioſiſſimis ornamentis [e] illuſtres feminae comparaverunt. Quid? quod inter ipſas ſatellitum manus, inter diſtrictos enſes ac ſecures pii homines, ac mulieres nequicquam militibus mortem exerto gladio minitantibus, ſacri cruoris guttas colligerent nunc ſpongia, nunc palliolis, nunc penicillis? Ita Prudentius de ſanguine S. Hippolyti:

Palliolis etiam bibulae ſiccantur arenae,
Ne quis in infeſto pulvere ros maneat.
Si quis & in ſudibus recalenti aſpergine ſanguis
Inſidet, hunc omnem ſpongia preſſa rapit.

Parentes ipſos ad id muneris acceſſiſſe idem Prudentius memorat Hymno x. Sed quo non pervenit chriſtiana pietas? Ethnicis ira percitis, & undique inſpectantibus, quotquot dirae lanienae fideles aderant, in amphitheatri arenam linteamina projiciebant, ne qui indigniſſime fun-

a *Vol. I. 19. Martii. & VI. 1. Novembr.*
b *Lib. I. 16.*
c *Ibidem Aringh.*
d *Surius Vol VI 5. Novembr.*
e *Idem Vol. V. 8. Sept.*

ſundebatur, ſanguinem pollui ſinerent; quare in honorem S. Theodoſiae haec leguntur in MS. Codice Lateranenſi: *repletur amphitheatrum linteaminibus: omnes enim ad ſepulturam Sanctae Martyris, quod dignum habebant, jactabant, ne cruor tantae virtutis ad terram diſtillaret.* Illa verba *repletur amphiteatrum linteaminibus* non tam conſtantiam, quam multitudinem indicant Chriſtianorum, & perbelle cum iis conſentiunt, quibus Tertullianus noſtros ita loquentes inducebat: *externi ſumus, & veſtra omnia implevimus, urbes, inſulas, caſtella, municipia, conciliabula, caſtra ipſa, tribus, decurias, palatia, ſenatum, forum; ſola vobis reliquimus templa.* Ac tantus quum eſſet numerus, certos tamen habebat fines, ſed virtus nullos. Nam debacchante ubique tyrannide quoddam certamen crederes inter morientes ac ſuperſtites inſtitutum. Illis omne ſupplicii genus, quanto crudelius, tanto jucundius erat: hos nulla inſtantis tyranni vis, nulla capitis decertatio, nulla mali facies deterrebat, quo minus fratrum cadavera diſperſaſque reliquias, utcunque tempus, ac locus ſineret, in tuto collocarent. Quin imo ex iis, quae in hoc officii genere excogitari, quaeque fieri poterant, nihil non proviſum, nihil non ſuſceptum, non factum eſt; quot autem modis, quot periculis id praeſtitum ſit, vix quiſquam verbis facile perſequatur. Hanc igitur partem, utpote in immenſum patentem, omiſſam facio, & ad ritus propero, quibus Sanctorum funera curabantur, & ſepultura.

II. Abluendi cadavera ſicut Judaeorum [a], ſic Chriſtianorum

a *Levit. XX. 37.*

norum mos antiquiſſimus fuit [a], ac ne ipſius quidem Eccleſiae ſupremo Capiti denegatus teſte praeter [b] Evangeliſtam, Chryſoſtomo [c], & Epiphanio [d], ſic alloquente Joſephum Arimathaeum: *anne aqua Dei illius corpus abluis, qui omnes pro peccatis abluit & expiavit, omnibuſque puritatem tribuit?* Fortunatus Scacchus [e] auctoritatibus conjecturam addit captam ex ſacra Sindone, quae Auguſtae Taurinorum (fruſtra allatrantibus, qui hoc ei privilegium [f] abrogare audent) cultu religioſiſſimo adſervatur. Siquidem ibi non modo totius divini corporis veſtigia extant, ſed etiam vulnerum. Atqui ſanguis coagulatus corticem procul dubio induxerat, ideoque ſi ſacrum corpus minime ablutum eſſet, & quidem calida, glutinum utique divini ſanguinis, non vulnerum veſtigia eſſent reliqua. Ab ipſis ergo Eccleſiae primordiis haec conſuetudo, quae poſtea ubique tenuit, acceptiſſima fuit, tanquam expiationis ſymbolum ab omni ſcelere, nimirum *ut non* [g] *habentes maculam aut rugam* coram Deo ſiſtamur. Notae ſunt autem, quas hinc Eccleſia utilitates accepit duas. Aqua enim huic lotioni adhibita, & energumenos [h], & paralyticos, & alios aegrotos novimus ſanatos eſſe. Deinde illa etiam, quae chriſtiana humilitas latere juſſerat, voluntariae ſeveritatis argumenta hic ritus edidit, qualia S. Gregorius [i] de S. Tharſilla refert, cujus in cubitis genibuſque, qui hoc ei officium praeſtiterunt, obduratam

cutem

a *Dionyſ. Alex. apud Euſeb. Hiſt. Eccl. VII 17. Gregor. Turon. de Glor. Confeſſ. 104.*
b *Joann. 19. Marc. 16.*
c *Apud Theodoret Hom. 84.*
d *Homil. de Sepult. Domini.*
e *Lib. V. 24.*
f *Jo. Jac. Chifflet. de linteis ſepulcralibus Chriſti Salvatoris in Chriſt hiſtorica cap. 23.*
g *Epheſ. V. 26. 27*
h *Beda Vol. III. in vit. S Cuthberti. Surius 31. Jul.*
i *Homil. XXXIV. in Evang.*

cutem camelorum inſtar ob diutinum orationis uſum mirati ſunt. Sequebatur lotionem unctio. In Evangelio [a], & plurimorum in Actis Martyrum hujuſmodi laudatur pietas, quae prae ceteris ad immortalitatem & memoriam conſecravit Marcellum Praesbyterum, quia corpus Apoſtolorum Principis [b] *curatum aromatibuſque conditum magnificentiſſime more regio, nedum Judaico, tradidit ſepulturae*. Tertullianus [c], Minuccius Felix [d], Clemens Alexandrinus [e], & alii varias Arabum merces memorant huic miniſterio adhibitas: Prudentius autem myrrham praecipue nominat, ubi canit; *aſperſaque myrrha Sabaeo corpus medicamine ſervat*. Corippus in funere Juſtiniani imperatoris complures memorat odorum ſpecies.

Thura Sabaea cremant, fragrantia mella locatis
Infundunt pateris, & odoro balſama ſucco,
Centum aliae ſpecies, unguentaque mira feruntur,
Tempus in aeternum ſacrum ſervantia corpus.

De melle Nicephorus [f] mentionem facit; de ſale Robertus ad an. 1126. de Henrico imperatore ſcribens: *corpus ejus ejectis inteſtinis* SALE *reſperſum Spiram relatum eſt*. Paupertas induxit & calcis uſum, qua, quum nulla ſuppeterent aromata, Sanctorum corpora [g] obducebantur. Quanquam calcis uſum non paupertas ſemper, ſed & modeſtia ſuaſit. Auſtriacus ille imperator optimus, Maximilianus I., qui capulum e querno ligno, arcae viatoriae incluſum, ſecum una, quacunque pergeret, toto ante

Iii mor-

a *Joann. 19. Matth. 26. Marc. 14. Luc 23.*
b *Baronius Ann. 69.*
c *Apolog. 42. & de Reſurrectione carnis.*
d *In Octav. pag. 107.*
e *Paedag. II 8.*
f *Hiſt. Eccl XII. 26.*
g *Marc Volſerus de paſſ. Afrae n. 63. Maffejus Hiſt. Indiar.*

mortem triennio circumferri juſſit, id teſtamento cavit, ut cadaver ſuum ſine ulla exenteratione rudi linteo involutum ſepeliretur, naribus, ore, auribus viva calce oppletis. Veteres inter abluendi ungendique officia, Martyrum abſciſſa [a] membra in locum priſtinum reducendo componebant, atque id temporis eorundem vulneribus oſcula infigebant, qua de cauſa Julianus Cappadox [b] Caeſareae in Paleſtina, ut Chriſtianus delatus, lento igne juſſus eſt comburi. De oſculo illud extat decretum ſeculo ſeptimo [c]: *non licet mortuis nec Euchariſtiam, nec oſculum tradi*. Primis enim temporibus ſacerdos ſuper cadaver ſacram fundebat precem [d], tum defunctum *oſculo* ſalutabat, poſtque ipſum ceteri, quotquot aderant. Liberis porro, dum animam agerent, & ultimo ſpiritu laborarent, Chriſtianos hoc officium praeſtitiſſe Chryſoſtomus auctor eſt, ubi parentum extremum pietatis indicium his verbis explicans [e], ait: *os deoſculantur ultimo parentum oſculo*. Extinctis autem parentibus filios ad amplexus, ad oſcula acceſſiſſe, multorum exemplis [f] hiſtoria docet; ſed mihi inter Hebraeos Joſephus [g], inter Chriſtianos Juſtinus eſt inſtar omnium, qui [h]

Ut prius ingrediens corpus venerabile vidit,
Incubuit lacrimans, atque oſcula frigida carpſit
Divini Patris.

Qualis lugentium ſtatus? Hebraei quidem lugentes ſedebant: nam de iis ſcribitur, quod Eccleſia preſſa *ſedet* in tenebris [i]; quod Maria Fratris obitum plorans *ſedebat* domi;

a *Surius 5. Novembr. 17. Januar.*
b *Baronius Martyr. Rom Januar. 17.*
c *Concil Antiſiodor. Can. 12.*
d *Dionyſius Areopag Hier. Eccl.*
e *Homil I. de Patient Jobi.*
f *Grjer. V §. 11. Dillher. tom. I. Diſput. Academ.*
g *Geneſ. L. 1*
h *Corippus de Juſtin. Junior.* Vid *Petri Muller comment de Oſculo Sancto.*
i *Mich VII. 8.*

domi [a]; quod ad aquas Judaei interdum ſediſſe videbantur: *ſuper flumina Babylonis illic ſedimus, & flevimus* [b].

III. Linteorum, quibus inuncta conditaque corpora involvebantur, triplex traditur fuiſſe [c] genus: Sudarium, Sindon, Faſciae ſive inſtitae. Sudario facies, ſindone totum corpus, ſindon inſtitis obtegebatur, ut facilius, quibus corpus conditum erat, aromata ſervarentur, & membra parteſque corporis occuparent quaelibet locum ſuum. Itaque obvolvi ſolebant mortui infantium [d] more, quare Joannes Conſtantinopolitanus [e] Lazarum dixit *in monumento cunabulis involutum*; quo & alluſit Nazianzenus ubi de Chriſto cecinit:

En involutus linteis jaces,
Prius involutus qui puer eras faſciis.

Ad rem quoque Prudentius habet in Apotheoſi:

Solvite jam laetae redolentia vincla ſorores.

Et quanquam eſſet Haebraeorum in primis haec conſuetudo propria, qua & ipſi reges, virique principes [f] tenebantur, ab ea tamen minime Chriſtiani veteres abhorruerunt, quorum multa corpora in Vaticano Aringhus tradit inventa faſciis involuta. Congruum enim eſt, ut, unde vitam mortales auſpicati ſunt, inde ſupremum vitae terminum auſpicentur, *nec tantum in cunis*, ut Chifletius ait [g], *ſed in ſepulcro etiam vincula patiantur*. Iccirco ſepulcrales Chriſtianorum lapides haud ſemel [h] La-

 zari,

a *Joann XI 20.*
b *Pſalm. 136.* vid *Zornii Bibl pag. 954.*
c *Jo. Nicolai de luct. Chriſt. XII. §. 7.*
d *Joann. 20 Matth. 27.* vid. *S. Gregor. Homil. 37. in Evang.*
e *Apud Bedam Hiſt. VI.*
f *Caſaubon. Exercit. XVI VVilhel. Schikard de jure Regio VI.*
g *De lint. ſepulcr. c. 28.*
h *Aring. Vol. II. pag. 540. 541. 658. Bonarrot. ad Vitr. Tab. VII. Boldett. pag. 196. 523.*

zari, qualiter involutus ad vitam rediit, imaginem delineatam ob oculos ponunt, nuperque in coemeterio S. Helenae inter duas lauros, ubi in praeſens Turris vulgo *Pignattara*, comprobavit id rei ſarcophagus, in quo caecus natus a Chriſto illuminatus, Panes ac Piſces multiplicati, & Lazarus ad vitam reſtitutus ſacrae antiquitatis amatoribus delicias augent, quibus ne temporum invidia iterum obeſſe poſſit, Benedictus XIV. P. M. pro ſapientiae praeſtantia, qua ubique lucet, eas undique in unum colligit muſeum Chriſtianum adornaturus. Praeter faſcias linteamina quoque, magnaeque ſindones in uſu erant, quod in confeſſo eſt apud eos, quibus urbis coemeteria ſcrutari licuit, teſtibus etiam Dionyſio Alexandrino, & S. Hieronymo, quorum alter ad Martyrum obtegenda corpora ſindonem apud Euſebium [a] parat, alter eos *Foſſarios* [b] nuncupat, quibus id muneris commiſſum erat. Linteorum materiam accepimus fuiſſe linum [c]. Nam ſepelire aliquem indumentis holoſericis, veſtibuſque deauratis, vel acu pictis ornatum Iſraelitae, quibus Chriſtiani initio adhaeſerunt, habuere [d] nefas. Quum dico nefas, caute id intellectum volo. Nec enim communis ritus non diſcrimen admittit aliquod dignitatis. Itaque Sozomenus in capite hiſtoriae ultimo, ubi agit de inventione corporis Zachariae Prophetae, ait ad ejus pedes fuiſſe puerum, qui coronam capiti geſtabat auream, & aureis calceamentis, pretioſiſque veſtibus indutus erat. De regio Hebraeo-

a *Hiſt Eccl. VII. 20.*

b *Epiſt. ad Ruſticum Narbonenſ. Baron Ann. 44 Spondan. 2. 20. Surius 6 Septembr. Boldettus lib. I 15. Bottarius T. II. p. 126. Multa Mamachius Vol. III. p. 162. Origin. in Antiq. Chriſt. lib. III.*

c *Hackenberg. Diſſ XII. de re funebr.*

d *Druſ. Praeter. lib. I. ad Matth. 26.*

braeorum funere pauca inferius. Nunc ad Chriſtianos, quibus funebris colorem veſtis placuiſſe album Prudentius his verbis aſſerit: *candore nitentia claro praetendere lintea mos eſt*. Quod quidem non ſine certa ratione factum cenſemus. Veſtis enim [a] mortuorum candida perilluſtre ſalutis, qua illi in Domino perfruuntur, eſt argumentum, neque ſalutis minus, quam libertatis, qua nulla melior, nec libertatis tantum, ſed victoriae etiam ac de teterrimis, quibus undique premebantur, hoſtibus triumphi ampliſſimi, neque triumphi modo, verum etiam gloriae ac dignitatis, quo milites jam emeriti evecti ſunt, eorum numero jure adſcripti, de quibus dicitur: *Iſti* [b] *ſunt, qui venerunt de tribulatione magna, & laverunt ſtolas ſuas, & dealbaverunt eas in ſanguine agni*. Egregie igitur prudenterque majores noſtri albas tunicas dedere mortuis, ut veſtis illa nuptialis indicaretur, qua indutis magnae illius coenae aeterna gaudia adire licet, quo nemo admittitur, niſi qui deterſo cinere ac pulvere candidiſſimam juſtitiae veſtem induerit, quare ſapienter Eſdras caelo redditas animas *Candidatorum* vocabulo ſignificavit. Sed ut raro praeclara quaelibet, ita vetus inſtitutum non ſemper in gradu conſtitit. Succeſſu temporis irrepſit luxus & oſtentatio. Pro linteis albiſque tunicis adhibitae olim ſunt & pretioſiſſimae veſtes, & lecti ſplendide exornati. Extant Hieronymi hac de re querimoniae: *Cur* [c], inquit, *& mortuos veſtros auratis obvolvitis veſtibus? cur ambitio inter luctus lacrimaſque non ceſſas? An cadavera divitum, niſi in ſerico, putreſcere nequeunt?* Non ſecus ampliſſi-

a *Joann. Nicol. loc. cit. §. 9.*
b *Apocal. 7. 19.*
c *In vit. S. Pauli.*

pliſſimus Eccleſiae Antiſtes Chryſoſtomus [a], & Origenes, aliique [b] hujuſce luxus mentionem faciunt, unde factum eſt, ut ſepulcra a furibus eſſent & a praedonibus parum tuta. Ideo Chryſologus permultos refert, ne id ſuis accideret, ſic praecaviſſe: *tenuia [c] ſcindebant linteamina, multiſque implebant aromatibus, ut duplici nomine furibus inutilia redderentur*. Clericos, ſi hujus ſceleris convicti eſſent, a clericali militia deletos, & perpetua deportatione multatos [d] conſtat: ſed mitius agi juſſit Concilium Toletanum [e], eoſque ab ordine ſubmovit ſuo, & poenitentiae triennio caſtigavit. De divitiis ſepulcro traditis, de quibus Paulus Diaconus in Narſete, & nos alibi [f] prolixe diximus, audiendus eſt Caſſiodorus [g], ubi decretum refert Sajoni datum, ut aurum, vel argentum in ſepulcris repertum *compendio publico fideliter* vindicaretur. Prudenter hoc quidem; ſed illud magis laudabiliter eſt inſtitutum, ut, quae in ſepulcris cimelia occurrerent, ſacris uſibus addicerentur. Sic Halfrodi Vandraedaſcalcki corpus poſtquam cum trabea pretioſa ſatis, itemque armilla, & galea incluſum capulo, & e mari, quo projectum fuerat, ad ſacras aedes relatum, & honorifice ſepultum eſt, tum calicem ex armilla, pallam altaris ex trabea, candelabrum ex galea factum [h] legimus.

IV. Quoad veſtes, quanquam earum ſplendori, ut diximus, interdum ſuccenſeant Eccleſiae Patres, nulla tamen nota non vacuus fuit, quicunque id genus honor iis habe-

a *Homil 84.*

b *Bernegger quaeſt. Miſcell. ad Tacit. quaeſt 141.*

c *Homil 84. in Joann. & Homil. V. de Anna,*

d *Cod. Theodoſ. tit. 5 de ſepult.*

e *IV Canon. 45. Si quis &c.*

f *Diſſ IV n. 16.*

g *Epiſt IV 34.*

h *Joann Nicol. l. c. §. 10.*

haberetur, qui glorioſum pro Chriſto ſanguinem effudiſſent. Itaque apud Euſebium, Baronium, Surium, & alios ſummis ii laudibus celebrantur, qui fortiſſimos Chriſti athletas, ut certamen conſummaverant, pretioſis indutos veſtibus ſplendidiſſime ſepelierunt. Collobii, ſeu Dalmaticae, quae veſtis erat Martyrum propria, color erat purpureus. Epiſcopos, & Sacerdotes cum habitu Eccleſiaſtico ſepeliri mos fuit, exemplo legis Moſaicae, cujus vi ſicut Nadab, & Abia [a] cum indumentis ſacerdotalibus ſepulti ſunt, ita haec conſuetudo apud Chriſtianos etiam inolevit. Id praeterea colligitur ex antiquis ritibus apud Durandum [b], & in exequiis S. Cuthberti legitur: *oblata, calix* [c] *ſupra pectus ſanctum poſita: veſtimento ſacerdotali indutus, & obviam Chriſto calceamentis ſuis praeparatus, in ſindone cerata involutus*. Surius [d], & Caniſius [e], aliique conſuetudinem laudant, cum ſtola duplici, infulaque rubra e panno ſerico, cum cruce pariter e metallo pectori impoſita, itemque cum calice, & annulo Epiſcopos tumulandi. Quoad Crucem, non corporibus tantum, ſed urnarum etiam operculis imponi ſolitam docuit exemplo ſuo Conſtantinus Magnus, qui ad menſuram loci [f], ubi S. Petri corpus conditum fuerat, ex auro puriſſimo crucem poſuit pondo librarum 150., ibique nomen inſcripſit, cujus largitatem aemulata eſt mater, eodem loco ſplendidiſſime exornato. Cum Sanctae Martinae corpore crux quidem lignea, ſed operoſa artificum manu affabre elaborata in lucem venit, quam Urba-

a *Nicol de Lyra X Levitici.*
b *Rational. VII. de Offic Defunct.*
c *Fortunat. de Eccl. Offic. IV. 41. Surius in vit.*
d *Septembr. 4. & Decembr. 3. & 4. & alibi.*
e *Lect. Ant. Vol. VI.*
f *Anaſtaſ. in S. Silveſtro.*

Urbanus VIII. P. M. tanquam nobiliſſimum pignus ſibi addixit. Anno reparatae ſalutis 1607. 25. Maji [a] in Vaticano ſarcophagus effoſſus eſt, ubi cadaver inerat ſacerdotalibus indumentis egregie inſtructum, & inter cetera crux eminebat aurea, ſed intus vacua, habenſque in ſummitate anſulam, ut collo ſuſpendi poſſet, quia fortaſſe Sanctorum reliquiis referta fuerat. Nam phylacteria, ſive ſacra amuleta Sanctorum reliquiis inſtructa geſſiſſe veteres affirmat uterq. Gregorius, Nyſſenus [b], & Turonenſis [c], itemque Joannes Diaconus [d], Jacobus Gretſerus [e], Cangius [f], & frequenter Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis. De mulieribus, ac pueris ita Chryſoſtomus [g], *non cernis, ut mulieres, & parvi pueri prae magna cuſtodia collo Evangelia ſuſpendunt?* De magnis regibus ſic S. Gregorius [h]: *excellentiſſimo filio noſtro Adulovaldo regi tranſmittere phylacteria curavimus, ideſt Crucem cum Ligno S. Crucis Domini, & lectionem ſancti Evangelii theca perſica incluſam.* Graeci imperatores, ut refert Raynaldus [i] in ſolemnioribus diebus feſtis apophoreta geſtabant collo ſuſpenſa, ſicuti Epiſcopi ſacra quoque myſteria [k] deferebant, unde qui ritus Eccleſiae exponunt, morem fluxiſſe putant [l] flectendi genua Epiſcopis tranſeuntibus. Non ita pridem Cl. Commendator Victorius plumbeam laminam, quae S. Laurentii martyrium repraeſentat, anſula perforata ſuperne ornatam, ut amuleti inſtar collo ſuſpenderetur,

in

a *Aringh. I. 23.*
b *In vita S. Macrinae.*
c *De Gloria Confeſſor. 22.*
d *Epiſt. ad Carolum.*
e *Vol I. de Cruce II. 27. 28 29.*
f *In not Hiſt. & Philolog. ad Alexiadem Annae Caeſariſſae.*
g *Homil XIX.*
h *Epiſt. XII. VII.*
i *Ad Ann Chr 1205 n 41.*
k *Baronius in not. ad Martyrol Rom: XVIII. Kal Sept*
l Vid. *Differt. Philolog. in Muſeo Victorio pag. 65.*

in lucem prodidit, Diſſertatione philologica, notiſque uberrimis accuratiſſime explicatam. Veſtes, & phylacteria excipiunt coronae, & flores.

V. Capita virginum floſculis coronandi mos eſt in Eccleſia vetuſtiſſimus, utpote ab ipſis Apoſtolis, quorum pietatem Damaſcenus celebrat, in exequiis Dei Parentis optimae conſecratus. Id honoris ab Eccleſiae principibus ut coeptum fieri eſt, paulatim in funeribus, praecipue virginum, ac puerorum, quod etiamnum tenet, ubique apud fideles ſolemne fuit, quin Tertulliano, ubi poſt Montani damnationem [a] Catholicis allatratur, ſubolere ulla debeat [b] ſuperſtitio. Hunc enim morem a ſacris Eccleſiae ritibus quicunque expungit, in eum acute Paſchalius ingerit [c]: *coronas, inquis, ſoex hominum polluit & profanavit: num ideo corona non eſt praeclariſſimum inſtitutum? At ethnica plebecula iis abuſa eſt ad ſuperſtitionem. Tu rejecta ſuperſtitione coronas retine*. Quidni ita? ſiquidem flores ſacris in litteris paſſim pro virtutum ſymbolis uſurpantur, & hac de cauſa Sacerdotum mitrae, ara foederis, candelabrum [d], tum lances, boves, Cherubim in templo Salomonis [e], tum facies templi in Apocalypſi [f] coronis aureis, ſcutulis, variiſque floribus exornantur. Jure igitur in Eccleſia coronae ſunt datae mortuis, tanquam virtutum, quibus inter vivos eminuerant, certa ſymbola. Praeterea cur quae templa inanima decorabant, non eadem darentur iis, qui diu templa fuerant animata? Huc enim facit, quod divinitus ſcripſit in hanc

a *Baronius Ann.* 327. *n.* 2. *&* 5.
b *De corona militis confer Baronium ad an* 29. *n.* 2. *ſeq.*
c *De Coron. II.* 1.
d *Exod* 25. 39.
e *Regum III* 7.
f *Machab. I.* 4.

fere ſententiam S. Thomas [a]: *corpus illud* (Martyris, aut cujuslibet Sancti) *inſenſibile non adoramus propter ſe ipſum, ſed propter animam, quae fuit ei unita, quae nunc fruitur Deo, & propter Deum, cujus fuerunt miniſtri*. Sed Chriſtianorum antiqua pietas, aut ſapientia mavis [b] coronarum florumque vim in ſepulcra etiam, nedum in demortua ſuorum corpora congerebat, ſicut res ipſa loquitur in veteribus coemeteriis, ubi non tam ad ſepulcra Martyrum, quam ad ea, quae nullum habent martyrii indicium, ſaepe in marmore inſculptae, ſaepe in calce, quandoque in vitris delineatae, & plerumque in ore columbarum, coronae virtutis indices eniteſcunt. Laudat hoc inſtitutum S. Hieronymus ad Pammachium ſcribens, & in epitaphio Nepotiani. Prudentius mactatos ab Herode pueros innocentes nunc flores, nunc roſas nuncupat, & fidem ipſam inducit ſuos Martyres floribus coronantem [c]:

Martyribus Regina fides animarat in hoſtem:
Nunc fortes ſocios parta pro laude coronat
Floribus, ardentique jubet veſtirier oſtro.

Eleganter S. Paulinus Natali III. Sancti Felicis cecinit:

Spargite flore ſolum, praetexite limina ſertis,
Purpureum ver ſpiret hyems, ſit floreus annus.

In more deinceps fuit, ut ſi Sanctorum reliquiae aliquam in urbem exciperentur, populus flores diverſi generis praeferens obvius iret. Celebris eſt, quam refert S. Auguſtinus [d], hiſtoria de tranſlatione corporis S. Stephani, cui inter

a *In Summa Theolog. part. III. quaeſt. 25. Art. 6*

b *Aringhus Rom Subterr. T. II. pag. 607. ſeqq. Bonarrotius Tab. XIX. p. 134. Mamachius Orig. & Ant. Chriſt. in not. p. 74. T. III.*

c *Pſychom. de pugn. Fidei.*

d *De C. D. XXII.*

inter ceteros caeca occurrit ſemina, quae *flores, quos ferebat, dedit, recepit, oculis admovit, protinus vidit*. Noviſſime de his florum ſparſionibus multa diſerte ſcripſit P. Fr. Thomas Maria Mamachius, in Ordine Praedicatorum vir magni nominis.

VI. Ornatum ſequitur pompa funebris. Hebraeis placuiſſe interdiu efferri mortuos exempla docent Sarae, Abrahami, & aliorum; itaque Sopranes David [b] *apud Judeaos*, ait, *res mihi certa eſt, diurno tempore mortuos efferri conſuevisſe*. Chriſtifidelibus circa hunc ritum temporis ratio varia fuit. Julianus diurna funera lege [c] vetuit. Feliſacus [d] non poſt veſperam, non intempeſta nocte, ſed *mero die* celebratas in Graecia, & in Latio fidelium exequias ſcribit. Saevientibus in Eccleſiam tyrannis, nox & ſilentium Chriſtiani funeris teſtes erant. Siquidem clanculum, & in tenebris, atque ut plurimum, ne rei ſuſpicio delatoribus injiceretur, quorum avaritia, ut fit, ſemper inſomnis erat, in vehiculis ruſticis, ſeu birotis [e] ad ſepulturam pretioſa pignora ferebantur. Hoc nomine in hiſtoria Eccleſiaſticâ [f] Gamalielis pietas celebratur, qui noctu & clanculum, quibus commodum eſſet, Chriſtianos habitatores Jeruſalem hortatus eſt, ut corpus ſancti Sthephani Protomartyris in ſuo vehiculo deportarent ad villam ſuam, ibique planctum produci juſſit ad ſeptuaginta dies, & poni corpus in monumento novo, & in orientali theca. Quod vero ruſticis de birotis & vehiculis dixi, non pro more ſtabili accipiendum eſt, utpote inſtitutum, ut pia fidelium cura lateret Ethnicis. Ubi

 nulla

a *Vol. I. lib I. 3 §. 28. pag. 183.*
b *Diſſ 2. fol. 487.*
c *Cod. Theod. tit. de ſepult. violat.*
d *Lib. I. Select. 16*
e *Surius 12. Maji & alibi.*
f *Baronius Ann. 34.*

nulla inſidiarum ſuſpicio eſſet, conſuetudo humeris ferendi mortuos ſemper valuit, aeque obſervata a Chriſtianis, ac Judaeis. Atque hi ſane longiſſimam ſaepe viam emenſi ſunt, & hunc honorem ne malis quidem regibus denegarunt, referente Joſepho, per ducenta ſtadia [a] elatum Herodis corpus. Chriſtiani non propinquorum [b] modo, ſed interdum & Sacerdotum, & Epiſcoporum, ut mox conſtabit, humeris elati ſunt, praecedente Cruce, tanquam gloriae tropaeo, cujus meminit Gregorius Turonenſis *lib. de vitis Patrum*. Generatim pro demortui, qui efferendus erat, virtutis fama, ſi temporum conditio ſineret, comitatus erat fidelium plurimus. Teſtatur id Metraphraſtes [c], & Damaſcenus [d] in oratione de B. Virgine Dei Parente, cujus corpus tradunt in Sion in Gethſemane ſacrum praedium Apoſtolicis humeris vectum eſſe. Diu ſane per tyrannos minime Chriſtianis licuit, quas decebat, ſuis exequias facere virtuti pares. Sed vix tandem Eccleſiae affulſit e caelo pax, tum pro meritis haberi pompa & decus funebre coeptum eſt. Interea prius quam reliqua, portam *emortualem* inſpicias velim. Nobilium aedes portam habebant, praeſertim e ſaxis quadratis extructam, quae nunquam, niſi efferendus eſſet ad Eccleſiam mortuus, aperiebatur. Hujus conſuetudinis, quae & Graecis placuit, Etruria teſtis eſt. Florentiae id genus portas, in praeſens clauſas, obſervavit Cl. Gorius [e] non una in domo. Cortonae id moris D. Philippus Laparellius [f] Canonicus, & Patricius Cortonenſis oſten-

a *De Bello I. c. ultimo.*
b *Sidonius Epiſt. II. 8.* vid. *Carol. du Freſne Gloſſ.*
c *Surius 15. Aug.*
d *Serm. de Dormit. B. Virg.*
e *Florileg. Noct. Corytbanar. cap. VIII. pag* 110. *& ſeqq.*
f *In nocte Corytbana XLVIII.*

oſtendit aliis exemplis, in primis domi ſuae, ubi in epiſtylio tempus notatum eſt, quo *Porta Emortualis* condita fuerat. En tibi epigraphe:

† ANNO DÑI M̊. CC̊. LX̊X. IIII T P̄ E DÑI G. P.ᴱ P X.

nempe *anno Domini* 1274. *tempore Domini Gregorii Papae X*. Nunc de populi comitatu. Fuit is quidem aliquando incredibilis planeque maximus. S. Gregorius Nyſſenus [a] ad exequias ſororis ſuae Macrinae virginis auctor eſt, eam populi multitudinem conveniſſe, ut, tametſi domus, ubi virgo objerat, a templo, quo ferebatur, non amplius diſtaret, quam ſeptem, aut octo ſtadiis, tamen totus prope dies in eo ſpatio conficiendo conſumtus fuerit: *congredientium enim*, ſunt ejus verba, *multitudo non ſinebat nos ex ſententia progredi*. Refert praeterea, ſe ſe, & Araxium Epiſcopum pondus venerabile ſuis humeris extuliſſe, comitante cum cereis magno ſacerdotum, & diaconorum numero, triplici demum choro pſalmos & hymnos concinente. S. Gregorius Nanzianzenus [b] populi frequentiam deſcribens in ſancti Baſilii funere, plena tradit fuiſſe fora & porticus, *duplicia & triplicia tabulata hominum deducentium praeeuntium, proſequentium, aſſectantium, multa millia omnis generis & aetatis*. S. Hieronymus [c] ad Paulae funus totam Paleſtinam certatim confluxiſſe tradit, & ita quidem, *ut ſacrilegium putaret, qui non tali feminae ultimum reddidiſſet officium*. Idem in Fabiolae epitaphio ſcribit, ejuſdem vix fama obitus pervulgata, totam urbem Romam, quaſi ſuis excitam ſedibus, ejus exequias honoraſſe, ſed tam ſplendide, tam ſingu-

a *Epiſt. ad Olymp. Monach.*
b *Orat. de S. Baſilii laud.*
c *Epiſt. XXVII.*

ſingulariter, ut non ſic Furius de Gallis, non Papyrius de Samnitibus, non Scipio de Numantia, non Pompejus de Ponti gentibus triumpharit. Chryſoſtomus [a], divite aliquo mortuo, non ſervos, non ancillas modo, ſed & equos neceſſarios ſaccis ſive operimentis lugubribus amictos, ductoſque ab agaſonibus memorat, qui ſane ritus non aliunde, quam ab Ethnicis ortum habuit. Funeris comitatum & apud Judaeos ſolemnem fuiſſe, multa in ſacris litteris exempla docent, praeſertim Abner ſummi ducis, cujus feretrum ſequebatur rex & propheta David cum miniſtris ſuis. Virgines, ut auctor Chryſoſtomus, aliquando a funere remotae ſunt: aliquando, inquam; nam Palladius [b] ipſius Chryſoſtomi pompae funebri magnum tradit virginum numerum interfuiſſe. Haec funebri de comitatu ſatis. Illud interea non omittimus, quod ne cui Chriſtifidelium vel de minuta plebe, poſtremus deeſſet honor, opportune providit Conſtantinus imperator ſemper auguſtus, hominum ordine conſtituto, quos ei muneri [c] mancipatos, Eccleſiae ſubjectos, a publicis muneribus immunes, a vectigalibus liberos eſſe voluit, ut decenter & gratuita opera [d] efferendis honorandiſque mortuis invigilarent, quod decretum deinceps imperator Anaſtaſius [e] confirmavit.

VII. Pompae funebri, quam multum populi frequentiae debuiſſe diximus, non parum decoris a luminibus, & circumfuſis undique cereis accedebat. Jure in primis affectos Eccleſia voluit hoc honore Martyres. Brevitati

ut

a *Homil. III. ad Pop. Antiochen.*

b *Dialog. de fun. Chryſ.* Vid. *Sulpit. Severus epiſt V.*

c *Juſtinian. Novell. 43. 59. Durant. I. Rit. Eccl. 23.*

d *Baronius Ann. 336. Spondan. n. 14. & Novell. XLIII.*

e *Surius 23. Januar.*

ut indulgeam, exempli cauſa Sophia prodeat, ornatiſſima matrona, quae in morte S. Clementis Ancyrani omni depoſita ſolicitudine ac maerore, *lucernarum* [a] *accendit multitudinem, & tollens corpus mundis ſindonibus involvit*. Quod Sophia, idem & Maximillam feciſſe credibile eſt, quae S. Andreae Apoſtoli ſublatum corpus *optimo loco cum aromatibus ſepelivit*. Martyrum funera praeter cereos aliquando & victrices palmae comitantium geſtatae manibus honeſtarunt, quo ritu elatus eſt S. Petrus Epiſcopus Alexandrinus & Martyr. Sed donec chriſtiana res ab Ethnicorum, quibus undique opprimebatur, injuriis libera non reſpiravit, in funeribus utpote plerumque occultis, magna luminum frequentia deeſſe debuit: ſic corpora Martyrum Patrocli, & Cypriani Epiſcopi [b] cum cereis profecto, ſed paucis admodum elata ſunt. Vix tandem vero tuta ab tyrannis Eccleſia fuit, eo pompa luminum provecta eſt, ut quaedam funera triumphi ſpeciem aemularentur. Ne latius pervager, Conſtantinopolim placet ad momentum temporis divertiſſe. Illic Euſebius [c] narrat in Conſtantini funere eam fuiſſe cereorum multitudinem, quae luminibus circumfuſis aurea ſuper candelabra accenſis, admirabile intuentibus ſpectaculum praebebat. Ibidem Chryſoſtomo [d] poſt mortem ab exilio reduci tantus eſt honor habitus, ut niſi Eccleſiae annalibus eſſet traditus, incredibilis videretur. Ad rem haec accipe: *Fidelis hominum coetus pelagus navigiorum multitudine velut continentem effecit: Boſphori oſtium ad Propontidem ſitum luminaribus cooperuere*. Pompa ut ſplendidior eſſet,

a *Surius 21 Januar*
b *Ex Actis Proconſular. apud Ruinart.*
c *In vit. Conſtantin. IV 66.*
d *Theodor. Hiſt. Eccl. V. 36.*

eſſet, picti etiam cerei placuerunt, auctore S. Paulino in Natali IX. Sancti Felicis Epiſcopi Nolani:

Aſt alii pictis accendant lumina cereis,
Multiforeſque cavis lychnos laquearibus aptent,
Vt vibrent tremulas funalia pendula flammas.

Hunc ritum audaciſſime, ſi quis alius, Vigilantius oppugnavit, quem Doctor Eccleſiae maximus [a] ſic prius allatrantem inducit: *prope ritum Gentilium videmus ſub praetextu religionis introductum in Eccleſiis, ſole adhuc fulgente moles cereorum accendi*: deinde auctoritate Chriſti Domini Apoſtolos arguentis, ut mulieri, quae unguentum attulerat, ſubiratos vidit, acutiſſime refellit. Nam ſi mulieris liberalitas divinitus commendatur, Chriſtianorum quoque in Sanctos pietas probanda eſt, quanquam hi cereis, ſicut nec Chriſtus balſamo, non indigerent, quorum cauſa luminaria ad laetitiae ſignificationem accendebantur, digna propterea, quae cum lampadibus illarum virginum, quarum laus eſt in Evangelio, comparentur. At enim is erat uſus ethnicis perfamiliaris. Quid inde? *Illud fiebat idolis, & ideo deteſtandum eſt; hoc fit Martyribus, & ideo recipiendum eſt*. Hactenns S. Hieronymus, cujus & illa eſt ratio, quae non tantum Eccleſiis, ſed & funeribus, nec martyribus modo, ſed cunctis etiam fidelibus egregie favet. Luminaria quippe pro mortuis in uſu erant *ad ſignificandum* [b] *lumine fidei illuſtratos Sanctos deceſſiſſe, & modo in ſuperna patria lumine gloriae ſplendere*. Hinc ſacris in coemeteriis frequenter lucernae obviae. Antiquiſſimo ex inſtituto placuerunt eae quidem Ethni-

a S. Hieronym. epiſt. contra Vigilant. b Idem loc. cit.

Digitized by Google

ethnicis, Aegyptiis [a], Graecis, ac Latinis [b]. Sed apud ethnicos, & fideles longe fuit diverſa ratio. Illis ardentes in ſepulcris placuere lampades & lucernae, vel tanquam animae ſimulacra, cujus naturam putabant igneam; vel tanquam Deorum Manium, qui mortuis praeerant, ſummus honor; aut certa veluti inſignia nobilitatis; aut demum quia nefas ducerent, animas, quas nonnulli cineribus adhaerere exiſtimabant, ſine luce in tenebris habitare. Lycetus primis rejectis opinionibus, poſtremas admittit duas. At quoquo ſpectaverit ille ritus, nihil omnino ad nobilitatem, niſi ſecus libertorum ſepulcra doceant, plebejorumque viliſſimorum, quibuſcum lucernae tum ſaepe alibi inventae ſunt, tum paucis ab hinc annis in vinea Naria. Chriſtianorum quae mens, qui finis eſſet, quanquam ex ſupra dictis jam ſatis conſtat, nemo tamen praeterea ignorat, coemeteria primas fuiſſe Eccleſias, ubi & columbae gemitus audirentur, & ſacra myſteria fierent, & ideo illic lucernae paſſim affigebantur, quas Deus toties in Exodo, in Levitico, in Numeris & Salomon in templo ſuo ad tabernaculum ardere juſſit. In lucerna quoque majores noſtri tum Salvatoris humanitatem ſimul, atque divinitatem contemplabantur, quoniam ſcriptum eſt: *erat ille lucerna ardens* [c], *& lucens*, tum Chriſtum ipſum ſuſpiciebant in caelo complectentem omnia luce ſua, ſecundum illud [d], *& lucerna ejus eſt Agnus*; quae dum ſecum ipſi tacite reputabant, recordabantur interea praeceptum illud, *lucernae* [e] *ardentes in ma-*

a *P. Kircker. Vol. III. de Oedip. Aegypt. pag. 531.*

b Vid *Fortunius Lycet. & Octav. Ferrar. & al. de veterum Lucern.*

c *Joann. cap. 5.*

d *Apocalypſ. cap. 2.*

e *Luc. 12.*

manibus veſtris. Verum de hoc ritu plura afferri non poſſunt, quam quae dicta ſunt ab Aringho, Boſio, Severano, Lyceto, Caſalio, Bartholo, Boldetto, Bottario, Venuto, Paſſerio [a], & aliis, qui lucernas aeneas, fictileſque, ſuburbanis e coemeteriis editas, & ſacris emblematibus inſignes illuſtraverunt. Quod ſi profanas interdum figuras exhibent, de iis idem, quod infra de fragmentis vitreis, ſentiendum eſt. Sacer non ſemper erat earum uſus, quod multae arderent, ut ingruentibus procellis, ubi perfugium aderat, cuniculos illuminarent. Siquidem feneſtrae, de quibus infra, rarae admodum in arenariis erant. An vero, poſtquam lucernae ad loculos ſunt abrogatae, antiquitati inſervierit poſterior aetas, cui placuit candelabrum ſepulcris inſculpere, affirmare videtur Marangonius [b], ſed mihi, quid certi afferam, non ſuccurrit. Perverſi ordinis me quiſpiam arguet. At pompae funebris luminaria ita cum lucernis ſepulcralibus conjuncta ſunt, ut vix dividi poſſint, ſi graviſſima, quae utriſque favent, rationum momenta conſiderentur. Itaque ne quis eſſet repetitioni locus, una eſt a me poſitus uterque ritus. Quem initio propoſui, nunc ad ordinem redeo.

VIII. Qui cereos in exequiis praeferebant, eoſdem quam certum eſt in pſalmis, & hymnis concinendis feſtivam modulationem depromere conſueviſſe, tam eſt incertum, quibus praeſertim canticis uterentur. Juſtinianus imperator praeficarum loco ſubſtituit Pſaltrias, uti eſt in *Novell.* [c]: *non minus octo mulierum praecedentium lectum & pſallentium*. S. Hieronymus in funere Paulae viduae ait,

a *Duo Vol. Piſauri an.* 1739. 1743.

b *Lib. cui titulus* delle coſe gentileſche ad uſo delle Chieſe *cap.* 75.

c *LIX. c.* 4.

ait, Hebraeo, Graeco, Latino, Syroque ſermone pſalmos in ordine perſonuiſſe. Canentium tres ordines recenſet Nyſſenus [a], cui adſtipulantur Hieronymus in Fabiolae exequiis, Chryſoſtomus [b], & Sulpicius [c] Severus. At qui pſalmi interea potiſſimum uſurparentur, non liquet. In obitu Anthymi, ſolitarii cujuſdam viri, apud Surium legitur [d], auditos Angelos verſiculum ex pſalmo 41. canentes: *tranſibo in locum tabernaculi admirabilis ad domum Dei*. Prudentius Romani Martyris, quem in ſuo Periſtephano eximie laudat, matrem inducit canentem pſalmum 115., & tum praecipue, quum earum capus carnifex obtruncabat:

> *Deinde dum ferit cerviculam*
> *Percurſor enſe, docta mulier pſallere*
> *Hymnum canebat carminis Davidici,*
> *Pretioſa Sancti mors ab aſpectu Dei.*

In funere Fabiolae Hieronymus ſcribit, cum pſalmis identidem perſonuiſſe ALLELVIA. S. Auguſtinus [e] praeeunte Evodio pſalmos, ac prae ceteris centeſimum, ſe ſe cum aliis, qui aderant, decantaſſe fatetur in funere matris ſuae, unde etſi colligi videatur, certos olim, qui in exequiis uſurparentur, minime fuiſſe pſalmos: in antiquis tamen rituum codicibus, puta in *Sacramentario*, ſive ſacramentorum codice pſalmi orationeſque praeſcriptae ſunt. Tanti ſemper eſt habita Pſalmodia funebris, ut, ſi tyranni, quod ſaepiſſime evenit, Chriſtianos juberent cum ſilentio ad ſepulcrum duci, hinc magnae querelae exortae, quales edididit Victor Uticenſis, quum in Africa rex Genſe-

 ricus

a *In fun. Macrinae.*
b *Homil IV. in Epiſt ad Hebr.*
c *In vit. S. Martini.*
d *Die V. Decembr.*
e *Confeſſ. IX. 12.*

Digitized by Google

rius pſalmorum cantus in exequiis vetuit. Cauſam, cur hymni in funeribus ſolemnes eſſent, hanc Chryſoſtomus tradit in *Homilia ſup. cit. Dic mihi quid ſibi volunt iſtae lampades tam ſplendidae? quid etiam hymni? Nonne ut Deum glorificemus, eique gratias agamus, quod jam coronavit diſcedentem?* Hinc hymni a pſaltriis, & univerſo populo pie religioſeque in exequiis, & in vigiliis concinebantur. Quanquam quid dixi a populo? Pleniſſimo enim pietatis muneri praeter populum non ſacerdotes, non Epiſcopi tantum, ſed & Romani Pontifices, ut gregi forma virtutum eſſent, de more aderant. Sic Pius Pontifex Pudentis ſenatoris, Melchiades Timothei Martyris, Stephanus Symphoriani, & Olympii exequias hymnis, & canticis [a] celebrarunt; & id praeterea feciſſe nunc *ex more*, nunc *juxta traditionem Eccleſiaſticam* praedicantur. Atque eae quidem modulationes domi, ubi jacebat mortuus, initium habebant, perdurabantque, donec ad ſepulturam deferebatur, quod prae ceteris S. Gregorius Nyſſenus teſtatur de ſorore ſua, cujus in gratiam celebratas memorat *nocturnas pervigilationes*, quas Tertullianus nuncupat *nocturnas convocationes* [b]. Nimirum eae noctes erant, quae piorum funus, & Sanctorum diem feſtum praecedebant, quas veterum Chriſtifidelium mos erat in pſalmodiis & canticis recitandis inſomnes ducere. Praeter Eccleſiae Patres, quorum bene multos Aringhus numerat [c], etiam ſcriptores ethnici hunc morem teſtatum faciunt, nimirum Plinius [d], Ammianus Marcellinus [e], Lucianus; atque hic, utpote omnium inſenſiſſimus

a *Aringh. l. 20. in fin.*
b *Lib. II. ad uxorem. 4.*
c *Ibidem ut ſupra.*
d *Epiſt. l. 97.*
e *Lib. XXVIII. in fin.*

Digitized by Google

mus chriſtiano nomini, majores noſtros ſic loquentes inducit [a]: *ad hymnos tota nocte decantandos, vigilantes talia ſomniamus*. Eſt & ludibrio ſupplicium additum. Exemplo ſunt Proculus, Ephebus, Apollonius, juſſu Leontii conſularis & comprehenſi, & gladio caeſi, dum ad S. Valentini corpus vigilias agerent. Neque vero ad unam tantum, ſed ad plures noctes interdum vigiliae hujuſmodi ad ſepulcra Martyrum productae ſunt. Eminent hoc laudis genere Juſtinus Presbyter, & Hyppolitus, qui in agro Verano jejunantes, ad corpus S. Laurentii vigilias noctis cum multa fidelium frequentia ad triduum traduxerunt. Sanctiſſimi porro viri etſi vigilias cum jejunio conjunxerint; olim tamen, quae feſtum praecedebant, vigiliae non idem ac jejunium erant, ut hodie fit. Quod aliud ab jejunio antiquitus vigiliae eſſent vel ex earum etymologia evinci arbitror. Nam ſicut *ſacrae ſtationis vox* (verbis utor Iſidori Epiſcopi Hiſpalenſis [c]) *de militari exemplo nomen accepit*, ita vigiliae Sanctorum a militaribus vigiliis nomen deſumſiſſe [d] videntur: vigiliae enim nocturnae erant [e], diurnae excubiae. A ſacris antiquorum vigiliis, de quibus multa annalium parens eminentiſſimus [f], mos extitit celebrandi feſta Sanctorum a primis veſperis, ſed ita, ut hae ſecundis ſolemniores eſſent. Jam ut reliqua aggrediamur, exequias honor excipit ſepulturae.

IX. Sed prius quaeret fortaſſe quiſpiam, quot dies mortui conſueverint, antequam tumularentur, domi,

aut

a *In Philon.*
b *Martyrol. Rom. 14. Febr.*
c *Originum VI. 19.*
d *Diſſert. Philolog. ex Muſeo Victorio pag. 32. not. 2.*
e *Iſidor IX 3.*
f *Baronius Ann. LI. num. 69. item 70 71.*

aut in Eccleſia, populo ut ſatisfieret, a veteribus detineri? Ritus Chriſtianorum ſi perluſtramus, cadavera olim conſpectui data facile diſcimus a S.Luca [a], qui mortuam Tabitam in caenaculo poſitam fuiſſe ſcribit, ad quem locum addit interpres [b]: *quae vivens bonis operibus ad ſumma conſcenderat, mortua in altiore domus parte collocatur*. Certum eſt igitur, cadavera ante exequias exponi populo conſueviſſe: ſed quandiu quis ſtatuat? Alii enim vix mortui, ſtatim ſequenti die depoſiti ſunt, ut Boldettus annotat Aſurii exemplo [c]: alii biduo [d] poſt mortem; alii triduo [e], quem morem S.Hieronymus teſtatur in epitaphio Paulae. Pelagiam matrem beati Aredii Abbatis Gregorius Turonenſis [f] ſcribit a filio poſtulaviſſe, ne ante diem quartum ſepeliretur, ut famuli, famulaeque omnes viderent corpuſculum ſuum, nec ullus non adeſſet exequiis ſuis. S. Auguſtinus [g] ſe ſe neſcire ait, utrum inveniatur alicui ſanctorum in ſcripturis celebratum fuiſſe luctum novem dies, quos apud Latinos Novendiāl appellant. Muratorius [h] in novo Theſauro antiquitatis lapidem Catanenſem producit cujuſdam Nilae Florentinae, quae obiit Hyblae in Sicilia die XXV. Septembris, & IV. Octobris ſepulta eſt, die nimirum nona poſtquam fato functa eſt. Verum circa ritum, quo de hic agimus, nihil unquam, ut dicebamus, in Eccleſia decretum fuit, quanquam ut nobilitatis ratio haberetur, aut populi ut deſiderio ſatisfieret, nonnullorum cadavera plures dies, antequam conderetur, publice detenta ſint, quod & de aliis alii,

a *In Actis Ap cap. IX 37.*
b *Aloyſ. Novarin. Sect. IV. n. 1019.*
c *Lib. VI. 6 pag 398.*
d *Idem II. 6. pag. 396.*
e *Idem II pag 409.*
f *Lib de gloria Confeſſ. 94.*
g *In Geneſim 1.*
h *Pag. MCMXVI. 4.*

alii, & de Conſtantino M. Euſebius narrat, cujus corpus imperatoriis inſignibus exornatum tandiu in aula, quotidie ad feretrum, ac ſi princeps viveret, aulicis accedentibus, retentum fuit, quandiu Conſtantius ad pompam funebrem adveniret, redirentque curſores, fruſtra propter longinquitatem itineris, ad Caeſares miſſi. Factum hoc ſcilicet & cauſa principis, & principatus. Quippiam ſimile ſi quando emeruit ſola virtus, id enim vero glorioſius fuit. Hanc porro gloriam non raro Eccleſia vidit in Sanctis ſuis. Vera virtus, ſaepenumero impedimento fuit, quin ipſa corpora, quae conſecrarat, ſtatim ſepulcro condita piorum oculos fruſtrarentur. Rei exempla, quae occurrunt plurima, aliena veneror, domeſticum citra invidiam commemorare me poſſe exiſtimo. Quid enim minus dignum, quam ſi occaſione oblata Patris cauſam non agam mei? Beatus Joſephus Calaſanctius mei fundator, auctorque Ordinis, ubi eſt vita functus, & de more in ſacris aedibus conſpectui datus, prae incredibili, quae ad ejus feretrum undique confluebat, hominum multitudine, ſignis portentiſque virtutem ejus manifeſtiſſime confirmantibus, niſi noctu, clauſiſque januis, & poſt triduum ſepeliri non potuit, Deo etiam ad immortalem ejus gloriam id poſtea permittente, ut, quum annus eſſet ab ejus obitu ſecularis, tum eundem nobis liceret eodem prorſus, quo ei parentatum fuerat, illo triduo, eodemque in loco, Beatorum adſcriptum Ordini honorificentiſſime celebrare. Age vero quum multitudine urgente populi, piorum ſepultura differri debuit, nullus dubito, quin interea, quod Calaſanctii gratia ſponte ſua viri ex aliis Ordinibus ampliſſimi ſuſceperunt, eorundem lau-

des

des meditata oratio publice recenſeret. Hoc de ritu, ejuſque apud Chriſtianos antiquitate nunc pauca diſſeram.

X. Ex diuturno cum Aegyptiis commercio, quorum defuncto rege, per ſacerdotem [a] ex alto ſuggeſtu tota vitae ſeries recitabatur, an Hebraei cum alia multa, tum palam laudandi mortuos ritum acceperint, ſi minus libere affirmari, non ſine cauſa poſſe arbitror dubitari. Sed unde unde id didicerint, ſolemnes certe apud Iſraelitas fuerunt conciones funebres. Imo quidam ſunt, quibus illud Iſaiae [b] *juſtus perit, & non eſt qui cogitet &c.* videtur laudatio funebris, quam ille habuerit in regis Ezechiae exequiis. Dionyſius Areopagita [c], ſcriptor antiquitate & eloquentia venerandus, earum in Eccleſia mentionem facit, ubi ritus deſcribens aetatis ſuae, deferri mortuos conſueviſſe ad Pontificem tradit in loco ſepulturae conſiſtentem, a quo cum prece gratiarum actio peragebatur, ſolita quoque haberi poſt ſepulturam, ut mox patebit S. Auguſtini exemplo. In quo ſane officio vix fieri potuit, quin illius, pro cujus egregie geſtis gratiae Domino agebantur, qualecunque laudum ſpecimen eniteſceret. Ut nihil de Baſilio, de Chryſoſtomo, de Ambroſio dicam, rem ſatis edocet Auguſtinus [d], ubi preces ad Deum pro matre fundit, in hunc plane modum: *funde tibi, Deus noſter, pro illa famula tua longe alıud lacrimarum genus, quod manat de concuſſo ſpiritu .... Illa vivificata, etiam nondum a carne reſoluta ſic vixerat, ut laudetur nomen tuum in fide moribuſque ejus .... Scio miſericordi-*

a P. Kircker. Vol I. Oepid Aegypt.
b Cap. LVII 1.
c Cap. VII. Eccl. Hierarch.
d Confeſſ. lib. IX. 13.

corditer operatam, & ex corde dimiſiſſe debita debitoribus ſuis: dimitte illi & tu debita ſua .... Namque illa imminente die reſolutionis ſuae, non cogitavit ſuum corpus ſumtuoſe tegi, aut condiri aromatibus, aut monumentum electum concupivit, aut curavit ſepulcrum patrium. Non iſta mandavit nobis, ſed tantummodo memoriam ſui ad altare tuum fieri deſideravit, cui nullius diei praetermiſſione ſervierat .... ſit ergo in pace cum viro, ante quem nulli, & poſt quem nulli nupta eſt, &c. Non erat ergo ſine demortui laude gratiarum actio. Coepit deinceps in concione prolixior haberi laus, ſive oratio funebris. Hi autem uſus percrebuiſſe in primis legitur quarto Eccleſiae ſeculo, ſicut videre licet apud Socratem [a], Theodoretum [b], & Nicephorum [c]. Extant in praeſens adhuc funebres orationes, v. g. Euſebii in Conſtantini exequiis; Nazianzeni in Baſilii, & Caeſarii, itemque Ambroſii in funeribus Valentiniani, Theodoſii, Satyri, tum Gregorii Nyſſeni in obitu Baſilii M. Omnes vero orationes, quas funebres nuncupamus, & in monumentis Patrum ſanctiſſimis oſculamur, ipſis in exequiis eſſe habitas, quis affirmare pro certo audeat? Emortualibus orationibus affinis ea diligentia fuit, quam veneranda antiquitas praeclare inſtituit, inſtitutamque accuratiſſime cuſtodivit, Martyrum natales dies, nomina, reſque geſtas quam ſtudioſiſſime annotare, & populo ex ambone perlegere. Moris praeterea apud veteres id fuiſſe, quod aliquibus in locis etiamnum tenet, uti fidelium vita, poſtquam obierant, compendiaria ſcribendi ratione, itemque ſine affectibus, ſine fuco, ſine ullo in ſpeciem artificio exarata propalam au-

a *Lib. V. Hiſtor 9.* b *Hiſt. Eccl. II. 14. & Hiſt. Trip. IX. 13.* c *Lib. XII 9.*

audiente populo recitaretur, poſſe videtur argui ex eo libro, cui titulus *de vitis Patrum*. Hinc & fortaſſe laudum origo ducitur, quae in cathedris Academicis celebrantur, quando in vivis illuſtris quiſpiam vir eſſe deſiit.

XI. Conſpectui datos, laudatoſque mortuos nihil manebat aliud, quam quae ſerius ocyus expectat omnes, aeterna domus. Nunc ergo breviter de humandi ritu. Cur noſtris ſemper humatio placuit, combuſtio nunquam? Cauſas enumerat Tertullianus [a], Lactantius [b], Origenes [c], Auguſtinus [d], Arnobius [e], Minuccius Felix, qui Caecilio objicienti, quod Chriſtiani *ignium ſepulturam* damnarent, noſtros reſpondet & nullum damnum ſepulturae timere, ſed *veterem & meliorem humandi conſuetudinem* [f] ſequi. Si pyram objicias, quae in ſepulcralibus anaglyphis interdum cernitur, nihil inde exculpitur, niſi martyrium [g] igne conſummatum, frequens ſub Nerone [h], & Alexandro Severo [i], unde fideles & *Sarmentitii*, & *Semiaxarii* per contumeliam dicti ſunt, quod ad ſemiaxis ſtipitem revincti ſarmentis [k] comburebantur. Itaque ſacris in coemeteriis nil pyra humationi obeſt, quae fuit ubique Chriſtianorum propria. Ideo Carolus M. fide Catholica in Saxoniam invecta vetitum voluit [l], ne cadavera cremarentur. Apud Hebraeos etiam id moris conſtantiſſime [m] tenuit, niſi quod in regio funere nulli ſindoni, nullis periſtromatis, nullis cervicalibus, imo

a *De anima c.* 51.
b *Lib. VI* 12
c *Contr. Celſum VIII.*
d *De C. D. I.* 13.
e *Lib. VIII. adv. Gent.*
f Vid *Cic. de leg.*
g *Aringh. Vol. II. pag.* 685. *Fabrett. inſcript.* 566.
h *Tacit. Annal XV.*
i *Tertull. Apolog.* 50.
k *Aring. lib. I.* 5.
l *Bartholin. Antiq. Danic.*
m *Kiping. IV.* 6. & *Gejer. de luctu Hebr.* 6.

imo nec regiae ſellae parcere conſueverant, ſed [a] totam, quanta aut qualis ea cunque eſſet, ſupellectilem regiam, excepto ſceptro, quod cum cadavere recondi debuit, flammis injiciebant, quas thus lectiſſimum, & pretioſa thimiamata nutriebant. Jam pergo cetera. Chriſtiani quum humarentur, non deerant ſacrae preces, quibus ſuperſtites cum ſuam ipſi fidem de animarum immortalitate, ac reſurrectione corporum declarabant, tum pie defunctis omnium, ſi quid deliquerant, culparum veniam, ac ſalutem, requiem, beatitudinem futura reſurrectionis gloria conſummandam ſperare jubebant. Sicut ſuperſtites anxii de mortuis erant, ita, de quorum ſalute non dubitarent, eorum ſe precibus commendabant.. Teſtis eſt Muratorii [b] ex Marangonio lapis, in coemeterio Calliſti inventus: ATTICE SPIRITVS TVVS IN BONV ORA PRO PARENTIBVS TVIS. In ipſa humatione ſigna Crucis, & aquae luſtralis, vel potius *ſanctae*, aſperſiones quam ſolemnes eſſent, non modo in Ritualibus Durandus, ſed ipſa coemeteria perdocent, in quibus vaſa vitrea, & lutea reperta ſunt, ibi ad hunc uſum Caſalio interprete accommodata. Chriſtiani ut ſpem reſurrectionis certiſſimam indicarent, ſub mortuorum capitibus, aut corporibus hederae, vel lauri frondes, quae ſemper virorem ſervant, in ſarcophago [c] ſubſternebant. Eae frondes aliquando aegrotis applicitae [d] ſanitatem reſtituerunt; aliquando ita virides inventae ſunt, ac ſi radicibus adhaereſcerent [e], & aquis irrigarentur. Neque id moris an-

Mmm 2 tiqua-

a *Gejerus, & Schikard. cap. 6. theor. 19.*

b *Theſaur Ant Vol. IV. inſcr. 1833.*

c *Durand. Ritual. VII. 35.*

d *S. Gregor. Turon. de Glor. Confeſſor. 84*

e *Surius 6. Sept. de S. Uberto.*

tiquatum omnino voluit poſterior aetas. Teſtis, ſi quis alius, eſt Ordo meus. Cujus Auctor B. Joſephus Calaſanctius, quantum fieri potuit, eodem ferme, quo olim pauperes, quos impenſiſſime aemulatus fuerat, ſacro ritu humatus eſt. Quemadmodum calcem pro balſamo in in ejus curando cadavere adhiberi paupertas ſuaſit, ita eidem filiorum amor lauri folia ſubſterni juſſit. De veſtibus, de ampullis, de fragmentis vitreis, una cum cadaveribus recondi ſolitis, ſupra jam ſatis multa. De phylacteriis quoque, & ornamentis varii generis puerilibus, quae non ſemel cum Chriſtianorum tenerae aetatis cineribus reperta ſunt, in VIII Diſſertatione nonnihil diximus. Inſtrumenta martyrii cum corporibus una condendi ritum Rex ipſe Martyrum docet exemplo ſuo, Servator Optimus, prope cujus ſepulcrum crux & clavos repertos legimus [a]. Ita SS. Clemens cum Anchora [b], Agricola [c], & Daniel [d] cum cruce & clavis, quibus pro Chriſto mactati fuerant, ſepulti ſunt. Quid? quod interdum ipſi Martyres id juſſerunt? Exempli cauſa S. Sabinus [e] cum ſaxo, quo erat in flumen demergendus, & S. Babylas Epiſcopus [f] cum ſuis catenis ſepulcro mandari voluit. Atque ibidem Acta martyrii [g] nonnunquam reponi ſolita compertum eſt. Totam hanc, quae ad martyrii inſtrumenta ſpectat argumenti praeſtantiam prolixe tractant Gallonius [h], Mamachius [i], ac praeſertim Aringhus [k], apud

a *Nicephor. VIII. 29. & al.*
b *Baronius Ann. 102.*
c *S. Ambroſ. exhort. ad Virg. initio.*
d *Petrus Natal. II. 60.*
e *Surius 13. Martii.*
f *Rom. Mart. 24. Jan. Chryſoſt. contr. Gent.*
g *S. Ambroſ. Epiſt. VII. 53. Surius 18. Jun.*
h *De Cruciatib. SS. Mart.*
i *Vol. III. lib III §. & ſeqq.*
k *Vol. I 29 p. 151. & ſeqq. & Vol. II. p. 683. & ſeqq.*

apud quem prae ceteris in *Vol. I. pag.* 108. excellit vitrea patera, in coemeterio S. Agnetis inventa, qua venenum putat S. Conſtantio Martyri propinatum tyranni juſſu. Id vero conjicit ex patina alabaſtrina, quae ſuberat vitreae paterae, cui corona ex palmarum ramis, & hae litterae ſunt inſculptae: *non unda lethalis eſt auſa Conſtanti ferre, quam licuit ferro coronam*. Nunc ſi forte inquiras, cur ethnicorum numiſmata in ſacris coemeteriis, & cum fidelium oſſibus fiant interdum obvia, rei interpretes tot praeſto ſunt, quot Romam ſubterraneam illuſtrarunt. Senator Bonarrotius [a] aliquibus hanc opinionem inſediſſe ait, certum indicari tempus, quo ille obiit, cujus vel intra, vel extra loculum eſſent nummi. Perſaepe id quidem credibile videri poteſt, ſed ſecus plane, ubi diverſae aetatis complures nummi invenirentur, ſicuti in Sanctae Agnetis coemeterio [b] decem numiſmata, eademque diverſa ſingula, & uni affixa loculo occurrerunt. Tunc certe nummi non alio, quam ad ornatum referendi ſunt, ſicut caelaturae ſive aeneae, ſive eburneae, tum pretioſi lapides [c], & fragmenta onychis, achatos, jaſpidis, topatii, itemque opera encauſtica diverſi generis. Nec cauſam video, cur ab his ornamentis abhorrere debuerit Chriſtiana pietas, cui nihil antiquius fuit, quam Sanctorum corpora honorare, pro quibus ſepeliendis *diſtributionum, collectarumque* partem [d] eſſe ſtatutam voluit. Arcam denique occluſam panno ſerico, vel laneo poſteriora ſecula operiebant, quod tegumentum leges Salicae [e] *Ariſtatonem*, ſive *ſtaplum*, & Turonenſis *pallam* vocat, ubi mira-

a *Op. de Fragm. Vitr. in Praef. p. XI.*
b *Vid. Marangonius loc. cit. cap.* 73.
c *Canonicus Boldett. lib. II.* 13.
d *Tertullian. de Anima* 51. *Apolog.* 39.
e *Leg. Salic. Tit. LVII.* §. 3.

miracula exponit S. Martini. Curato funere, more Eccleſiae antiquiſſimo, eleemoſinae in pauperes erogabantur. Origenes [a], Chryſoſtomus [b], Ambroſius [c], & alii hoc inſtitutum in Eccleſia laudant, quod & in praeſens multis in locis apud multos tenet. Poſtquam corpora jam ſepulcro condita oſculati ſumus, ipſorum faciem loculorum extimam conſideremus.

XII. Rei, quam hic tractandam ſumimus, titulorum ſimplicitas, & religionis diverſa ſymbola ſpectantium oculos admirationemque conciliant. Novatoribus, qui epitaphia [d] vel ſaxis, vel aeneis tabulis ad ſepulcra incidi vetant, ſacrae litterae adverſantur: ſiquidem *Jacob* [e] *erexit ſtatuam ſuper Rachelis ſepulcro*, illius ut matronae, tam nobili conſpecto cippo, nunquam memoria deleretur. Majoribus noſtris in hoc genere, ut in reliquis, maxime modeſtia placuit. Nam ſi aliquando in ethnicorum, frequenter in Chriſtianorum ſepulcris cernitur, contemntus nominis, cujus loco, ut mox cum Prudentio obſervabimus, certos numeros, vel quaſdam notas, ac potiſſimum venerabile Chriſti monogramma, tanquam nobiliſſimam Chriſtianorum teſſeram, intuemur variis modis inſculptum, aut pictum. Quanquam vero jactura nominis nihil fidelium animos commoveret, eorum tamen epitaphia, quae nervoſam aliquam ſententiolam, non vaniloquentiam continerent, innumera fuiſſe in Urbe Prudentius ſcribit [f] ad Epiſcopum Valerianum:

Innu-

a *Lib. I. in Jobum.*

b *Hom. 61. in Joan: Hom. 3. in I. ad Philipp. Hom. 41. in Epiſt. ad Corinth.*

c *Lib. II. de exceſſu Satyri.*

d *Lud. Lavater. de rit. Eccl. Tigur* 32.

e *Geneſ.* 35 vid *2 Sam.* 18. *II. Reg.* 23. *Machab I.* 29. *Ezech.* 39. vid *Brochard. deſcript Terrae Sanctae.*

f *Hymn. IV. de Paſſ. S. Hippolyti Mar.*

Innumeros cineres Sanctorum Romula in urbe
Vidimus, o Chriſti Valeriane ſacer.
Inciſos tumulis titulos, & ſingula quaeris
Nomina? difficile eſt, ut replicare queam.
Plurima litterulis ſignata ſepulcra loquuntur
Martyris aut nomen, aut epigramma aliquod.
Sunt & muta tamen tacitas claudentia tumbas
Marmora, quae ſolum ſignificant numerum.
Quanta virum jaceant congeſtis corpora acervis
Noſſe licet, quorum nomina nulla legis.

Ii vero tituli non ſemper inciſi in marmore, ſed nonnunquam cinabro inſcripti poſteris tradebantur. Quod ſibi, dum adhuc in vivis eſſent, aliqui epitaphia inſcripſerint, exemplis patet Sanctorum Caſii Epiſcopi Narnienſis [a], Annonis Epiſcopi [b] Colonienſis, Auxibii Epiſcopi Solenſis [c], Amati Abbatis Romaricenſis [d]. Fronti inſcriptum nonnunquam praefigebatur D. N., nempe invocatio *Domini Noſtri* [e], item DEO SANCTO ☧ VNI [f], vel D.M., id eſt *Deo Magno*, aut *Maximo*, interprete Fabretto [g], qui ſententiam confirmat ſuam titulo, qui nunc Veronae adſervatur [h], ubi expreſſe legitur DEO MAGNO ET ETERNO &c. Mabillonii D. M. interpretantis *Diis Manibus* haec ſunt verba [i]: *cruda adhuc quorundam in cordibus Chriſtiana religio aliquid de paganici ritus ſuperſtitione retinebat*: ſed doctiſſimus Auctor, ſapientum more veritati potius, quam ſibi placere viſus eſt [k]; vix Fabretti argumenta novit,

a *Baronius ad Martyrol. 29. Junii.*
b *Surius 4. Decembris.*
c *Idem 19. Februarii.*
d *Idem 13 Septembris.*
e *Inſcr. Ant. pag. 538.*
f *Fabrett. p 565. Mamachius Orig & Antiq. Chriſt. Vol. III p. 18. fig. 3.*
g *Loc. cit. VIII. p 564.*
h Vid *Muſ Veron Maff. p. 178.*
i *Itiner. Italic n XX.*
k *De cultu Sanctorum ignotor. §. V.*

vit, cujus auctoritatem Boldettus [a], Lupius [b], Mamachius [c], & quotquot in hoc genere claruerunt, fere ad unum omnes amplectendam exiſtimant, excepto Muratorio, qui alias in D. M. [d] formulam ethnicam recognoſcit, alias [e] dubitat, legi ne debeat *Deo Magno*, an *Diis Manibus*. Haec illum dubitatio cur tenuerit, cauſa eſt, quod Chriſtiani interdum Ethnicorum ſepulcrales lapides accipiebant, profaniſque nominibus [f] aut abſconditis, aut abraſis, aut etiam relictis, aliquando τὸ D. M. minime ablitterarunt; aliquando etiam, ſed perraro, nec tam poetico ſtilo, quam ſoluta oratione [g] DIIS MANIBVS inconſiderate adhibuerunt, ſicuti & in praeſens *Mehercule*, & *Mecaſtor* iis in uſu eſt, quibus nullus eſt Hercules, nullus Caſtor.

XIII. Jam ſymbola quis omnia perſequi ſe poſſe exiſtimet? quorum numerus & varietas mira eſt. Eorum indicare diverſa genera ſatis eſto. Porro alia Veteris, alia Novi teſtamenti hiſtoria dedit. Ac primum in ſarcophagis Aringhus [h], & Bottarius [i], idemque in picturis [k]; in aerea lamina Bonarrotius [l], idemque in vitris Adami [m], Evae, arboris, ſerpentiſque proditoris figuras exhibent. Tanquam invidiae typus, & manſuetudinis in ſarcophago [n] eſt Caini imago, innocentiſque Abelis,

a *Lib. I. 24. & II. 11.*
b *Diſſ. in Monum. S. Severae pag. 57.*
c *Ibidem in notis pag. 19.*
d *Theſ. Ant. Vol. IV. pag. 1878.*
e *Ibidem pag. 1901.*
f *Fabrett. p. 307. Bonarrot. ad vitra coemet. Tab. XXIV pag. 167.*
g *Fabrett. ibid. III. n 1.*
h *Rom. Subter. Vol I. lib. II. 10. p. 277. & cap. II. p. 315. & p. 225. 331. 427. Vol. II. p. 143. 454. 395. 399.*
i *Sculture e Pitture ſacre eſtratte dai cimiteri di Roma. T. I. p.* 35. 46. 119. 147 167.
k *Aringh. T I. p.* 541. 581 *T II p* 509. 117 123 193. vid *Bottarius loc cit.*
l *Oſſerv. ſopra frammenti di vaſi antichi di vetro. T. I fig.* 1 vid. *Diſſ. Ciampini in hoc monum.*
m *Bonarrotius. ibid. tab I fig. 2. & 3.*
n *Arringhus lib. III. 3. p. 427. Bottarius T. II. p. 9.*

lis, hujus agnum, illius uvas offerentis & ſpicas. Noemi Arca, figura Eccleſiae, aquis diluvii innatans, & Columba, pacis nuncia, ramum olivae geſtans, frequenter picturis, operibuſque [a] anaglyphis expreſſa cernitur. Abrahami ſacrificium [b]; Joſephi captivitas [c] & varii caſus; Moſes nunc in Horebo ad rubum [d], nunc lapideas accipiens tabulas [e], nunc aquas de ſaxo [f] eliciens; Pharao cum exercitu mari obrutus [g]; Sampſonis [h] fortitudo; Jobi [i] patientia; Davidis [k] virtus; Eliae [l] currus; Tobiae [m] icon; Pueri Nabucodonoſoris juſſu in fornacem [n] injecti; Daniel in lacu [o] leonum; Jonas nunc de cete [p] prodiens, nunc jacens ſub cucurbita [q], aut hedera; Ezechiel [r] demum, ac ſeptiluſtre candelabrum [s], ſaepiſſime majoribus noſtris materiam dabant non tam ſarcophagos adornandi, quam ſeipſos myſteriorum ibi latentium contemplatione ad innocentiam, ad fortitudi-

 nem,

a *Aringhus T. II. p. 67. 71. 101. 105. 111 187. T I. p. 3.5. 331. & alibi. Bottarius T. II. p. 23. 34 129 & al. T. I. p. 147. 167. Bonarrotius loc. cit. Ciampinus Diſſ de duobus Emblemat. muſ Carpinci p. 18 Boldettus p. 22. & al*

b *Aringhus Vol. II. lib. V. p. 478. & 399. T. I. p. 277. 309. 317. & alib. Bottarius T. I. p. 167. T. II. p. 1. 101. Bonarrot. Tab. I. fig. 1. Ciampin loc. cit.*

c *Bottarius T II p 20.*

d *Aringb. T I. p 567. n. 3. 588. 613. fig. Bottarius T. I. p. 175.*

e *Aringb. T. I p. 291. 305. 309. T. II. p. 255. 395. Bottar. T. I. p. 71. 105. T. II. p. 3 101. 147. 151.*

f *Aringb T. I. p 291. 313. 319. & al. T II. 395. 399. 545. 539 & al. Bottarius ibid. Ciampin. Bonarrot l. c.*

g *Aringb. T. I. p. 331. T. II p. 397. Bottarius T. I. p. 167.*

h *Aringb lib. IV p. 331 fig. 2. Bonarrotius muſ. Carpin. tab. 1. fig 1.*

i *Aringb. T. I p. 277. 533. 551. T. II. p. 25 75. & al*

k *Bottarius T. II. p 30.*

l *Aringb. T. I p. 305. 309. 429.*

m *Idem p. 551. fig. 2. Bottarius T II. p. 34. Bonarrot in vitro Tab. II. fig. 2.*

n *Aringb T. I. p. 379 539. 619 T II. p. 401.*

o *Aringbus & Bottarius T. I. & II. ſaepe.*

p *Idem lib. V. 22 p. 505 ſeqq*

q *Ibidem p 507. Mamacb. T. I. p. 253. ſeqq*

r *Aringb. Vol. I p. 227.*

s *Bonarrotius tab II. fig. 1. Aringb. lib IV. Boldettus p 527 Bottarius in Praefat. IX T. II Gruterus, Reineſius, Fabrettus, & alii, ac eſertim Lupius monum. S. Severae p. 177.*

nem, ad tolerantiam excitandi. Nunc ſacra ſubeunt e Novo Teſtamento accepta ſymbola. Atque hic Chriſtum maxime decet principem habere locum. Ejus iconem modo paſcentis oves, modo ovem, quae perierat, humeris ad ovile geſtantis in ſarcophagis [a], in vitris [b], in lucernis [c], in parietibus [d], in gemmis [e], in calicibus [f] videre licet. Cur vero Tertullianus, poſtquam ad Cathaphrygas defecit, in calicibus, qui communionem cum lapſis ad ſanitatem redeuntibus indicabant, Chriſtum exprimi aegre ferret [g], conſule Aringhum multa [h] in hanc rem erudititiſſime diſputantem. Chriſti praeterea ſub omni ſpecie modo crucem ferentis, modo ſine cruce in pictis ſculptiſque tabulis perſaepe cernitur extraque in gemmis in celeberrimo muſeo Victorio [i]. Pingi quoque aut ſculpi ſolebat [k] Redemptor Optimus in monte docens, unde flumina, quae terram irrigabant, prodibant quatuor, in quibus aliqui aut virtutum cardinalium, aut Evangeliſtarum ſymbola recognoſcunt. Et ea quidem flumina non tantum Chriſto, ſed etiam cruci ſuppoſita in muſivis operibus [l] obſervantur. Crux vero ipſa, quae poſt Conſtantinum ad labara, ad clypeos, ad galeas militum patere coepit, & fulgere in nummis, in ſtatuis, in [m] columnis, pri-

a *Saepe Arringhus T. I. Battarius T. I. & II. Mamachius Vol. III. tab. 1. fig. 3. p. 18 & alii.*

b *Praeter Boſium & cit. Auct.* vid. *Bonarrotius tab. IV. fig 1.2.3. Tab. VI. fig 2. Boldettus p 200.*

c *Caſalius de Ant. Sacr. Chriſtianor. ritib p. 228. Licetus VI 49. Bartholus de lucern tab. 28 29.*

d *Aringh. T. I. & II itemque Boſius, Bottarius, & alii.*

e *Mamachius Vol. I. p. 78. not. 3.*

f *Tertullianus de Pudicitia VII. & X.*

g *Ibidem.*

h *Rom. Subterr. VI. 18.*

i *Franciſci Gorii Diſſert. de Nummo Æreo.*

k *Aringhus & Bottarius T. I. & II.*

l *Mamachius T. I. p 67. cit. Operis.*

m *Euſeb. lib. IX. 9. Hiſt. Eccl. & de vita Conſtantini lib. I. 41. Boſius de Cruce Triumph. Gretſerus de Cruce II 44. & alii.*

privatim denique publiceque multo, quam antea, ornatior eniteſcere, crux, inquam, ipſa an ante Conſtantini tempora in ſarcophagis, in lucernis gemmata extiterit, magna eſt inter eruditos quaeſtio. Sunt qui id pernegent, affirment alii. Et hos quidem malim, ſi detur optio, quam illos ſequi. Quotquot enim [a] Cruces in coemeteriis ornatae gemmis inveniuntur, eas omnes poſt Conſtantinum fuiſſe conditas, quis [b] certo aliquo argumento probare poſſit? Cur vero in pleriſque Romae ſubterraneae cubiculis, ipſiſque ſarcophagis gemmata Crux vel Chriſti Domini [c], vel S. Petri, aliorumve Martyrum [d] geſtanda manibus adderetur, cauſam ſi cupis, Aringhum conſule. Senſim ſine ſenſu ad Sanctorum icones ventum eſt. Eae quippe in coemeteriis pars erant ornatus maxima cubiculorum, ſepulcrorumque. Et fuit id quidem civitatum commune omnium, ut ſuorum quaeque Martyrum [e] annotarent in Calendariis nomina, & imagines in anaglyphis, in picturis, in marmoribus, in metallis, in vitris diligentiſſime conſervarent. Itaque Bonarrotius [f] Eccleſiae Romanae id laudi tribuit, quod accuratiſſime in muſivis operibus, aliiſque monumentis, SS. Apoſtolorum Petri & Pauli veras [g] imagines cuſtodierit, in quibus, quanquam diverſis ſeculis expreſſae fuerint, eadem ſemper occurrit ſpecies, eademque lineamenta. Quod princi-

 pes

a *Boſius Rom Subterr. III. 23. Aringh. III. 22 Victorius loc cit.*

b Vid *Mamachius loc. cit. p. 47.*

c *Aringhus & Bottarius T. I.*

d *Idem Aringh VI 14*

e *Aringhus, & Ruinartius in Act. SS MM. ſinc Auguſtinus Orſius Diſſer. Apolog. pro SS. Perpetua, Felicitate &c. cap. I. Mamachius loc. cit. pag 87.*

f *Tab X. p.75* vid. *Boldettus I 5 Blanchinius Prol. T III Anaſt. Mabillon. Liturg. Gallic. II*

g *Praeter cit. Auct. confer. Fabrett. inſcr. Domeſt. VIII p 593. Marangon. in not. ad Acta S. Victorini. Fogginium de Romano S. Petri Itinere, & Apoſtolatu Exc. XX.*

pes Apoſtolorum duo, id quoque decoris habuerunt & alii Martyres, iique in primis, qui ſpecimen conſtantiae extremum dedere in Urbe. Atque in his eminet, ſaepe in coemeteriis [a], in muſivis operibus, & vitris [b] obvia S. Laurentii imago, quem civem fuiſſe Romanum poſt Doctiſſimum Joſephum Blanchinium [c], prolixe evicit Cl. Commendator Victorius.

XIV. Pauca nunc de belluis, rebuſque inanimis. Pictae ſacris in coemeteriis, vel ſculptae belluae nihil erant opinor aliud, quam alicujus aut virtutis, aut vitii ſymbola, illa ut deliciis eſſet, hoc ſecus. Quid enim vulpes niſi fraudolentiam? quid lepuſculi [d], niſi libidinem, cujus indicium [e] erant, evitari admonebant quam ſtudioſiſſime oportere? Ferae, leoneſque potiſſimum, praeterquam quod Chriſtum, ac Martyres [f] denotabant, erant enim vigilantiae indices ac fortitudinis [g], & tacite Chriſti pugiles edocebant [c] ſtandum in acie fortiter, & beſtias pro fidei gloria contemnendas. Quid cervus? nunc caritatis erat, nunc poenitentiae [h], nunc fugae ſymbolum. Et hoc ſane Cataphrygas haereticos increpabat, qui negabant Chriſtiano fugam in vitae periculo eſſe licitam, ideo Tertullianus, poſtqnam eorum ad gregem tranſiit, non erubuit contra noſtros Epiſcopos illud impudentiſſime evomere [i]: *novi & paſtores eorum, in pace leones, in praelio cervos*. Chriſtianos ſymbolis, ut refellerent naſcen-

a *Aringus T. II. p. 359. & al.*
b *Bonarrotius Tab XVI. & XIX. fig. 2.* vid. *Diſſ Philologic. ex Muſeo Victorio, edit. ann 1751.*
c *Volum IV. Opp Anaſt. Proleg. pag. XXXVII & adnot in libell Oration. Antiq Rit Gothic Hiſpan. T. I par. I. Apparat ad Pſalter. Card Thomaſii.*
d *Aringh T. II. p. 95. Boldett. p. 370. Mamach. tab. XIV. cit. Vol.*
e *Clem. Alex. Paedag. II. 10.*
f *Boldett. I. 6. Aringh. VI. 32.*
g *Mamachius loc. cit. p. 90:*
h *Aringh. IV. p. 61. 63. 181. VI. 36. Caſalius de vet. Chriſt. rit.*
i *De Corona militis cap. 1.*

ſcentes haereſes, uſos eſſe Bonarrotius [a] animadvertit. E volucribus hae ſarcophagos, & vitra ornant, Phoenix, Pavo, Columba, Gallus. Fabuloſa phenix reſurrectionis ſymbolum [b] habebatur, itemque [c] pavo. Columba modo unica, modo plures ſeu cruci inſideant, ſeu circumſiſtant, ſive ramum olivae deferant, ſive ad arborem, aut alio convolant [d], innocentiae [e], concordiae [f], amoris [g], manſuetudinis [h], aliarumque proprietatum indicia ſunt, quas Hugo Cardinalis hiſce verſibus complexus eſt [i]:

Grex, Viſus, Pulli, Fel, Oſcula, Pugna, Lapilli.
Grana, Latex, Nidus, Turris, Gemitus, Color, & Pes,
Nuntia, Simplicitas, Fimus, Ova, Venus, Fuga, Cervix.

Gallus ſi S. Petri imagines comitaretur, quid ſibi vellet, teſtatum eſt; ſi ſolus eſſet, vigilantiae hieroglyphicum habebatur [k]; ſi duo ſimul pugnantes [l] indicabant pro Chriſto ſtrenue decertandum. Piſcis, de quo multa non uno in loco Aringhus [m] diſputat, utpote innocentiae [n] typus, & Chriſti Domini, ſaepe in ſarcophagis, in lucernis, in gemmis etiam annularibus invenitur, & hiſce quidam Mamachius [o] putat a veteribus inſcribi ſolitum ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ *Jeſus Chriſtus*, quia piſcis dictus graece ΙΧΘΥΣ, quo item nomine Chriſtum [p] appellant Pa-

a *Tab. I p. 9 & ſeq.*
b *Clemens Rom. Epiſt. ad Corinth. n. XXV. Boldett p. 230.*
c *Aringhus VI. 3. p. 451. & VI. 36. pag. 610.*
d *Idem VI. 35. p. 607. & ſeqq.*
e *Tertullian de Baptiſm. 8.*
f *S. Cyprian. de unit Eccl. 6.*
g *S. Auguſtin in Pſalm 54. Chryſoſt. Hom. in cap. 3. Matth.*
h *Caſſiod. in Matth. c. 10.*
i *In cit pſalm. 54.*
k *Aringh. VI 37. p. 615. & ſeqq.*
l *Boldettus I. 11 p. 156. Aringh. ibid.*
m *Lib. V. 19 & VI. 38.*
n *Pierius Hierogl. 31.*
o *Op. cit Vol III. p. 21.*
p *SS. Hieronym epiſt ad Bonoſ 43. Auguſt. de C.D. 18. & al. vid. Aringh. V. 19.*

tres, & *piſciculos* Tertullianus [a] Chriſtianos vocat ΙΧΘΥΣ porro initialibus litteris dat Chriſti nomen, ejuſdemque praerogativas, nempe Ιησοῦς Χριςὸς Θεοῦ Υἱὸς Σωτὴρ [b], *Jeſus Chriſtus Dei Filius Servator*. Atque ut piſcibus, ſic Delphinis coemeteria [c] exornabantur. Delphines enim & ſepulturae cultores aſſertoreſque [d] ſunt, & aquis pueris innatant, & *ſoli*, ut Plutarchus ait [e], *hominem hoc ſolo nomine diligunt, quod ſit homo*. Serpentem vero in tabulis [f], in annulis, in numiſmatibus [g] eſſe aliud quis credat, quam aut victi proſtratique tartarei hoſtis, aut ex Chriſti monito, prudentiae typum? Formica quoque, ad quam Salomon, ut inde ſolertior redeat, ignavum mittit, in ſepulcralibus anaglyphis [h] habebat locum. Nec animalium figurae, quae ſignificationem haberent ſuam, non aliae deerant. Sed de his ſatis. Nunc de arboribus curſim. Earum ſymbolis ſunt, qui exiſtiment uſos eſſe majores noſtros, ut Chriſtum Dominum, & bonos pariter, atque improbos [i] deſignarent. Sua vero cuique ineſſe debuit myſterii vis. Cypreſſus, quod ſemel abſciſſa non amplius germinat, mortis erat typus aeque apud Ethnicos [k], ac Chriſtianos; ſed noſtris quum certa eſſet indita reſurrectionis ſpes, eadem arbos, ſicut & cedrus, quaeque nunquam amittunt viriditatem ſuam, Eccleſiae firmitatem [l], invictamque fidem [m], atque immortalitatem animae [n] denotabant. Ac tum id maxime,

quum

a *Lib. de Baptiſme.*
b *Aringh l. c Fabrett. p. 569.*
c *Idem Aringh. VI. 39 p. 621.*
d *Ariſtotel Hiſt. de Animal 48.*
e *De Nat. anim. VI. 59. Aelian. VI. 43.*
f *Mamachius l. c. tab. 1. fig. 3.*
g *Aringh. p. 705. 706. T. II.*
h *Bolettus pag. 386.*
i *Aringh p 628. & ſeqq.*
k *Gregor Turonenſ. de Glor. Confeſſ. 89 & al.*
l *Origen & S. Gregor in Cant.* Laquearia noſtra cypreſſina.
m *S. Bernard. in ead. verba.*
n *S. Ambroſ. in Pſal. 118.*

quum cypreſſo, quod veteribus placuit [a], palmae conjungerentur. Prae ceteris enim ſymbolis erat hoc palmae [b] proprium, ut de hoſte humani generis indicaret victoriam certam, & praemium gloriae. Lucernam, in qua palmae arbor expreſſa eſt, quo columbae convolant, Aringhus profert [c]: ſarcophagos, vaſa, picturas, annulos, & reliqua monumenta hujuſmodi enumerare vix quiſpiam poterit. Jam olivae ſymbolis plena ſunt & oracula Prophetarum [d], & commentaria Patrum. Praeſertim lex, fides, ſanctitas, candor, miſericordia, pietas, fortitudo, virtutiſque ſplendor, ac felix aeternitas [e] conſideranda proponebatur olivae ſchemate. In Vite jam nemo eſt, qui vineam [f] electam, Synagogam videlicet, Eccleſiamque, ac Chriſtum ipſum; in palmitibus Chriſtianos; in uvarum racemis [g] aut Chriſti ipſius, aut Martyrum [h] ſanguinem non [i] veneretur. In crypta, ubi olim Hebraeorum ſepulcra erant, qui locus nunc italice audit *Monte Verde* [k], multa cum Chriſtianis communia ſymbola inventa ſunt, nimirum Vitis, terrae divinitus promiſſae typus; Palma, Judaeae ſignum, ut in numiſmatibus apparet; Candelabrum, Tabernaculum, ac potiſſimum Armarium, ubi bibliorum libri adſervabantur [l]; item Cornu ad Regum unctionem, Fabretto interprete, deſi-

a *Aringh. p. 631. T. II.*
b *Idem VI. 42. p. 633. & ſeqq.*
c *Pag. 636. T. II.* vid. *Mamach. T. III. p. 95.*
d Vid. *Aringh. T. II. p. 642. ſeqq.*
e *SS. Ambroſ. lib. de Noe & Arca 19. Hieron. in Oſee 14. lib. 3. Greg. Homil. 20. in Evang. Auguſt. in c. 5. Joann tract 6. & al.*
f *S. Hieron in c. 2. Hierem. & 5. Iſai. Aug. Pſ. 8.*
g *S. Chryſoſt. Hom. 87. in Matth.*
h *S. Hieron. in 9. Amoſ. S. Bernard. in Cant. 6.*
i. *Aringh. T. II. p. 648. Boldett. l. II. 5. p. 370.*
k *Boſius Rom Sotterr. II. 22. Dilbur. Farrag Rit. Sacr. & ſecul in faſcicul. Crenii Vol. VIII. ad hiſt. philolog. ſacr. 25.*
l Vid *Bonarrot. Vitr. Coemet. Tab. III. n. 2. p. 20.*

Digitized by Google

deſignandam, vel potius *unctum Domini*, ut P. Lupio viſum eſt in monumento S. Severae, & Rodulphino Venuto in Diſſertatione ad inſcriptionem graecam ex Hebraei cujuſdam ſepulcro exculptam. Nunc ſe ſe offerunt domorum ſchemata [a] in ſepulcris. Quum ſacrae litterae domorum nomine tum ſepulcra [b] nuncupent, tum noſtra ipſorum corpora [c], quibus diſſolutis domus *non manufacta* in caelis promittitur, hinc liquido conſtat, cur fideles domorum figuras ſarcophagis imprimerent, quod copioſe Aringhus [d] explicat. Jam Cathedra, Navis, Anchora in mentem veniunt. Prima erat obſequii ſymbolum ac reverentiae [e], quae docentibus, imperantibuſque, praeſertim Epiſcopis, ac Romano Pontifici deferri debet: altera, nunc Synagogam [f] ſub Jonae typo, nunc Eccleſiam repraeſentabat [g], & intuentium animos, ne maris fluctibus opprimerentur, ad ſe ſe tacite invitabat: tertia demum ſpei pariter & fortitudinis [h] indicium erat, quare in ſepulcro S. Fauſtinae M. anchora cernitur [i] cum epigraphe: *Virgini Fortiſſimae*. Quod dixi Eccleſiam navis ſymbolo deſignari, praeter Boldettum, auctorem ſequutus ſum virum in primis magnum, & omni doctrinarum lumine praeſtantiſſimum, Joannem Lamium, qui primus omnium ita interpretatus eſt [k] Gazae Mediceae lucernam aeream, ubi myſtica extat navis, in cujus puppi Petrus, undique veſtitos calceis habens pedes, gubernaculum moderatur, Paulus in prora Evangelium nunciat. Orphei

a *Aringh. T. II. p. 658.*
b *Eccl. 12. Pſalm. 48.*
c *Apoſt. II ad Corinth. 5.*
d *Ibidem.* Vid. *Mamach. p. 98.*
e *Aringh. VI. 48.*
f *Idem V. 22. p. 507.*
g *Boldett lib. I 6.*
h *Aringh. VI 40 p 627 ſeqq.*
i *Boldettus p. 89.*
k *Lib. de Erudition. Apoſtolor. c. VI.*

phei lyra cur inter ſacra ſymbola conſpiciatur, doctiſſimus Joannes Bottarius ab intimo ſacello Benedicti XIV. erudite oſtendit. Chriſtus nempe, qui efferatos Ethnicorum mores reddidit doctrina mites, ſub Orphei imagine [a] repreſentatur, adeoque lyra inter alias ſignificationes, quarum multas Aringhus [b] numerat, indicatur Crux, mirificum ſcilicet inſtrumentum, quo barbarorum fuerat victa immanitas. Quis jam cetera perſequatur? Ut de innumeris pauca ſeligam, in virga Moyſis majores [c] noſtri typum habebant crucis, itemque doctrinae ſimul ac diſciplinae, poteſtatiſque ſacerdotalis, ac regiae, praeſertim Chriſti: in Voluminibus [d], ſi ea eſſent implicita, Prophetarum, ſi explicata, Divini Agni, cui comperta ſunt omnia, vel Apoſtolorum, quibus Scripturarum ſenſus apertus eſt, dignitatem venerabantur: in quatuor anni tempeſtatibus, quas in ſarcophagis [e] ſaepe cernimus, auctorem [f] colebant parentemque ſuum, a quo noverant rebus proſpici tum ſingulis, tum univerſis: in ſtatera [g] judicii, ſupplicii in falce [h]; in rete fidei, & Apoſtolicae praedicationis ſymbolum [i] deſignabant, & alia aliter, data opera ab Auctoribus toties jam citatis pulcherrimè illuſtrata, ut in Calevii [k] ſepulcro.

XV. At enim erit, qui haec ſymbolica fuiſſe omnia perneget. Etenim in coemeterio S. Agnetis inventus eſt

Ooo lapis,

a *Aringh. Vol. I. p. 547. & al. Boldett. p 27 ſeqq. Bottar. lot cit p. 30.–43. ſeqq Mirangon Oper. cit. XI. Mamach. loc. cit. p 81.*

b *Lib. VI. 21. & citati Auct.*

c *Aring ibid 15 p 548.*

d *Idem ibid. 16. p. 549*

e *Bottarius praef. p. 1. & p. 47. ſeq T I.*

f *Minuc. Felix in Octavio.* vid *Aringhus VI. 31 Boldett. 11. 12. Bonarrot. Tab. 1 p 6 ſeqq. & al.*

g *Aringh. VI. 47 p 658.*

h *Idem VI. 32. p 600.*

i *Idem VI 39 p 6.0.*

k *Idem VI. 47. p. 658.*

lapis, cui inſculpta navis, & ita inſcriptum [a]: *Nabira in pace anima dulcis, qui bixit annos XVI. M. V. anima meleja titulu factu a parentes ſignu Nabe*. Quid eſt aliud hoc loco navis, quam certa ſepulcri [b] nota, unde his loculus dignoſceretur? Aliquando id eo conſilio factum [c] auctoritas perſuadet, ſed eadem inibi recognoſci rem ſacram jubet. Nam nihil impedit, quin eadem ſigni ratio & ſepulcrum diſtingueret, & ſacrum ſymbolum deſignaret. Aliter enim S.Clemens Alexandrinus [d], non navim, quae curſu in caelum feratur, non columbam, non piſcem, non lyram muſicam, qua Polycrates, non anchoram nauticam, qua Seleucus uſus fuerat, eſſe in annulis Chriſtianorum ſignacula [e] voluiſſet. Porro ex inſtrumentis, quae ſarcophagis, tanquam martyrii indicia, apponebantur, non ſemper veritas exculpi poteſt. Quaedam enim inſunt, quae artis ne, an martyrii inſignia ſint, haud commode conjici poſſe [f] fateor. Dictum & idem volo de aliis notis, quae omnino incertae ſunt. Quorumdam enim ſarcophagis ſigna duntaxat aliqua inſculpebantur, quae privatim Chriſtiani deſcripta in codice adſervabant, ſub ſingulisque notis Martyrum nomina, gentem, patriam, ſupplicii genus, cauſam, tempus accuratiſſime, ne quid oblivione intercideret, litteris conſignabant. Sed plurima haec monumenta Diocletiani furor, aliorumque immanitas abolevit, quare Prudentius [g];

Invidentur, inquit, *nobis iſta*,

Fama

a *Fabrett. inſcr. Dom. VIII. p. 586.*
b *Bonarrot in praef. p. IX. ſeq.*
c *Mamachius loc. cit. p. 100.*
d *Pedagog. III 11.*
e *Boldettus lib. I. 14. II. 3. & 4. & Aringh lib. VI. 50. & alii.*
f *Aringh. Vol. II. p. 684.*
g *Hymn. de SS. Emeterio, & Cheledonio.*

Fama & ipſa extinguitur :
Chartulas blaſphemus olim
Nam ſatelles abſolit .

Fragmenta vitrea, quibus loculorum pars extima ſaepe ornatur, cujus generis eſſent notae, arbitror latere neminem. Neque enim alio, quam ad martyrii lauream poſteris teſtificandam, reſpexiſſe haud dubie ſanguis admonet. Adeſt profecto, qui ſecus ſentiat, ſed minus recte. Immortalis Senator Bonarrotius exiſtimavit fragmenta vitrea quoſdam veluti tacitos characteres, quorum gratia conſanguinei ſuorum loculos facile internoſcerent, monerenturque, ut ſtata pietatis officia in anniverſariis perſolverent. Sed qui rem oculis diligentius perpenderunt, parum id veri ſimile jure ducunt [a]. Nam quod ad ſepulcri notionem ſpectat, nihil ad rem erat aptius, quam nomen ipſum, cujus tamen jactura, ut diximus, fidelibus parvi erat. Quod autem dicitur de pietatis officiis, quam incertum, quam dubium ſit, res ipſa loquitur. Etenim complures loculi, quibus infixa haec vitra fuerant, iis in locis inventi ſunt, quo vix aditum ob anguſtias patuiſſe credas: Quid? quod interdum cuniculi, quorum in lateribus ſepulcra erant, compleri arena, planeque obſtrui debuerunt? Nam prae foetore, qui e cadaveribus exalabat, ne intus latentes enecarentur, nova ſepulcra extrui, & aperiri vias cuniculoſque oportuit novos. Siquidem noſtri [b] ſine ſummo periculo effoſſam arenam ad ſuperficiem terrae deferre non poterant, ideoque vias ut aperirent novas, occludebant veteres, neque ullus ad loculos, ubi parentaretur, aditus erat reliquus. Ex il-

 lis

a Vid. *Marangon Op. cit cap 70.* b *Bottarius Rom. Sotter. T. I. pag.* 11.

Digitized by Google

lis ergo fragmentis vitreis, quibus dat pretium ſparſus pro Chriſto Sanguis, argui tantummodo & paupertas, & martyrium poteſt, praeterea nihil. Notiſſimus eſt antiquorum mos, ut martyrii gloriam, qua ſui claruerant, multiplici quidem modo, ſed praecipue ſanguinis documento teſtatam poſteris eſſe vellent. Huc ſpectant affixa ſepulcris vaſcula fictilia, aenea, encauſtica, itemque conchae, globulique vitrei, & alia hujuſmodi ſacroſancto intincta ſanguine, qui recens adhuc quum eſſet, & ſuperflueret, rubicunda ſui veſtigia imprimebat in ipſa calce. Quoniam vero tum tyrannica urgente crudelitate, tum ſumma inopia, qua laborabant primaevi Chriſti milites, non vaſcula, non ampullas, quibus ſanguinem commendarent, ſemper in promtu habebant, ideo perſaepe fragmenta vitrea, quaecunque ad manum venirent, ſuorum loculis affigebant. Certe, niſi inopia obſtitiſſet, vitra ſaltem electa eſſent, figuris tantum ſacris distincta, nunquam profanis, quales ſaepiſſime nacti ſunt Severanus, Boſius, Bonarrotius, Boldettus, & alii. Atque id etiam tribui, quod fuit in vaſculis uſitatum, inopiae oportet. Ubi enim expreſſus e velaminibus ſanguis reponebatur, nullo habito diſcrimine, cujuſque generis erant vaſcula, cujuſque formae. Quin imo ampullae, in quibus ethnici non lacrimas, ſed unguenta pro libationibus recondebant, a Chriſtianis ad ſacri cuſtodiam ſanguinis, & martyrii indicium, raro quidem, ſunt tamen quandoque adhibitae. Quod ſi quem ſuſpicio fortaſſe inceſſerit, iis ampullis eadem de cauſa Chriſtifideles, ac Ethnicos uſos eſſe, tametſi Boldettus [a] in lacrimis, quibus reconden-dis

[a] *Cap 34. Marangon. loc. cit.*

dis infideles ea vaſcula adhibuiſſe exiſtimabat, nihil ſuperſtitionis noverit, totus tamen in eo eſt, hujuſmodi ut ampullarum omnem excludat uſum, praeter quam ſanguinis reponendi, quam conſuetudinem [a] Leibnitius poſtquam perperam diu negaverat, re diligentius perſpecta affirmare non dubitavit. Ampullarum quot eſſent genera, quam varia forma, apud toties jam laudatos ſacrae antiquitatis interpretes, & in muſeis cernere palam licet. Inter ceteras dolii figura placuit, quae & picta, vel ſculpta cernitur in [b] lapidibus. Cujus rei cauſae in primis afferuntur duae, quia nempe vinum, quod doliis committi ſolet, eſt ſanguinis ſymbolum [c], & quia lignorum commiſſuris, quibus dolia conſiſtunt, mutua Chriſtianorum [d] concordia & caritas indicatur. Ceterum ſymbolis hactenus enumeratis plerunque, tanquam Chriſtianorum inſigne princeps, uniceque proprium, monogramma Chriſti venerabile, & interdum non ſemel tantum [e], ſed trifariam in uno eodemque lapide, adjungebatur. Ejus deſcriptio non una placuit. Nam modo crucis formam ⳨ [f], praeſefert: modo ex P cum linea tranſverſa [g] & X componitur: modo P laevorſum ☧ ſpectat [h]. Forma tamen omnium uſitatiſſima hujuſmodi ☧ eſt. Qui noſtris hoc monogramma, niſi Conſtantini aevo, in uſu fuiſſe negant [i], rem certam pergunt inficias ire. Quanquam enim optimi imperatoris juſſu, ſicut ſalutis ſignum, ut modo dixi-

a *Fabrett.*

b *Aringh. Vol. II. p.* 213. 259. *& al. Boldett. I.* 4. *&* 33.

c *Boldett. pag.* 163.

d *Idem I.* 33. *pag.* 164.

e Vid. *Mamach. l. c. tab.* 1. *fig.* 3.

f *Cuperus in not. ad libr. de Mort. Perſecut. Opp. Lactant. & Georg. de Chriſt. Monogr. p.* 33.

g *Boldett II. p.* 344. *Lupius monum. S. Sever. p.* 145.

h *Victorius de Nummo Aer. veter Chriſt. par. I c.* 30

i *Baſnagius Hiſt. Jud. III.* 23. *& Hiſt. Eccl. XVIII.* 6.

Digitized by Google

diximus, ita Chriſti monogramma in vitris [a], in marmoribus [b], in metallis [c], in gemmis [d], & uno Verbo in monumentis omnibus [e] palam ac libere lucere coeperit: tamennon Diocletiani [f] modo, ſed Antoninorum [g], & Hadriani temporibus [h] uſurpatum a Fidelibus plane conſtat. Quid? ſi Chriſtianorum nomen vix ortum habuit, eos ſtatim hac teſſera nonnulli exiſtimant [i] ab Ethnicis diſtinctos eſſe? In Urbe quidem Sanctorum Martyrum Marii, Alexandri, Primitii, Hermetis, Laurentii, aliorumque monumenta, antequam Conſtantinus imperium regeret, ſacroſancto hoc monogrammate ornata ſunt, & in ſepulcris [k] praeterea inventa, ubi Caſalius [l], & Lycetus [m] Ethnicorum ſepulcra fuiſſe autumant, eoſdemque ſuis in monumentis illam, quae tota fuit noſtrorum propria, notam imprimi voluiſſe. Falſo. Etenim quoad ſepulcra, ſi Chriſtianis, ut mox videbimus, ſtatutum hoc erat omnibus, ſuorum neminem Ethnicis proximos ſepelire, quis putet Martyres? multo minus. Quoad Chriſti monogramma, qui ſanctiſſimam Eccleſiae notam [n] cum Ethnicis communicarunt, eorum errores Cuperus, Georgius, Menckenius doctiſſime emendaverunt. Nummus por-

a *Aringh. III 22. Boldett I. 39. Bonarrot tab. VIII. XIV. XV. XX. XXI.*

b *Boſius II. 8. III. 30. Aringh. II. 10. III. 22. Bottarius, & alii.*

c *Gretſer. de Cruce 37. Bandurius de Numiſm imp. T. II.*

d *Boldett I 14 Sponius Diſſ X Juſtus Fontanin Comment. de S. Columba, & alii.*

e *Euſeb in Vit Conſt. Georg & Mencken de Monogr Chr*

f *Caeſar Becillus Comment. S. Caji P. Aringh. III. 11. Mamach. loc. cit. pag 54.*

g *Mamach Vol. I. pag. 433.*

h *Idem ibid. p. 430 & al*

i *Bonarrot Praefat p. XIII ſeq. & tab V. fig 1. Confer Mamachium pag 56. not. 7.*

k *Boldettus II 4. & Georg loc. cit. pag. 6*

l *De vet Chriſtian. rit. c II.*

m *De lib VI 30.*

n *Caſalius, Baſnagius, Licetus, Cangius de Infer. Aevi numiſm. c. 24.*

porro, quem poſt Choulium Cangius Maxentio [a] tribuit, Magnentii fuit [b], qui propter Chriſtianos milites, quorum habebat multos, Chriſti monogramma cum A. Ω in nummis ſuis, fratriſque Decentii [c] curavit imprimi. Quid nummus Decii, & Ptolomaei regis, quorum uterque ☧ impreſſum habet? Graecarum ibi litterarum contractio eſt, praeterea nihil: in illo enim ΒΑ☧ΑΤΟΥ, id eſt *Baccharati* [d], bis Stephanophori Magneſiorum, nomen contractis litteris deſcriptum eſt: in hoc vel nota ΧΡΗΣΤΗΡΙΟΥ oraculi Jovis Ammonis, vel epitheton regum Aegyptiorum, vel praefecti monetae ſignum [e] eſſe contenditur, cui nihil prorſus cum noſtrorum teſſera. At Cangius [f] Ethnicis adſcribit gemmas, quas prodit duas, in quarum altera monogramma eſt, & epigraphe SAL DO N ALEX FIL LVCE, hoc eſt *ſalus Domini noſtri Alex. filii lucet*: in altera ſub monogrammate cernuntur capita Jovis, Apollinis, ac Dianae, ſculptaeque litterae VIVAS IN DEO F. Neutra enimvero non Cangium fallit. Prima quippe aut imperatorem ſpectat ex Alexiis [g] aliquem, aut ſi ad Alexandrum Mammaeae [h] filium, opus Chriſtiani artificis omnino fuit, Caeſari, noſtrorum ut moris erat, precantis bene: ſecundam Cuperus [i], ſi quiſquam alius, in his doctrinis accuratiſſimus, quem Georgius, Bottarius, Mamachius ſecuti ſunt, ſcalptam exiſtimat a Chriſtiano quopiam, in Ethnicorum fabulis

a *In cit. Diſſert.*

b *Cuperus loc. cit. cap 44. Georgius, Mencken. ibid.*

c *Baronius An 350. n II III. IV.*

d *Triſtan. Vol. II p 505. Mencken. c. 2. Georg. c. 7. de Monogr. Chr.*

e *Pignorius Epiſt. XXIV. Bottarius T. I. p 154. Georg. & Mencken. loc. cit.*

f *Ibidem ut ſupra.*

g *Cuperus in Luc. Caecil. cap. 44. Opp. l. actant.*

h *Georg de Monogr. p. 45.*

i *Cuper & Georg. ibid.*

bulis hoſpite prorſus ac peregrino. Semper igitur Chriſti monogramma fuit propria Chriſtianorum teſſera, Ethnicis ne nota quidem.

XVI. Tandem ad ſanctas ſpeluncas, ſacraſque cryptas, ubi, quae hactenus mirati ſumus, pleraque ſunt repoſita cimelia, & ſymbola, ventum eſt. Sicuti Hebraeorum ſepulcra in ſpeluncis [a], in agris [b] erant, & communiter extra urbes [c], Regum autem in arce Sion [d], aut in extremitate ejuſdem montis in horto regiae domus [e], ita primaevi Eccleſiae filii ſanctiſſimos Patriarchas Abraham, Iſaac, Jacob, aut potius Chriſtum Dominum ſtudioſiſſime aemulati, ſpecus ſubterraneas extra urbium ſtrepitum delegerunt, in quibus & ſibi ipſi, & ſuis pararent aeternitatis domum. Generatim eae cryptae non figura ubique eadem, ſed perſimili [f] extiterunt. Cuniculi erant ſubterranei in monte, aut in verruca per circuitum excavati, concameratique, in varios & multiplices vicos, atque angiportus diſtincti, ita ut intuentibus labyrinti faciem praeſeferrent, quorum in parietibus ferro hinc inde exciſi loculi, longa ſerie, ac mutuo haerentes videbantur, ſolo & peranguſto calle, qui erat in medio reliquus, diſcriminante. Plerumque duplici conſtabant ordine, interdum triplici, de quorum ſuperiore in imum gradibus deſcenſus eſſet. Unde lumen & aer purior in loca horroris ac tenebrarum plena immitteretur, arcus in fornice perforati, ſeu feneſtrae identidem erant ali-

a *Geneſ. 25. 9. Joſ. 24.*
b *Matth. 27. & alibi.*
c *II Reg. 13. Luc. 7. Joann. II. Gejer. de luctu Hebr. 6. Dio in Hadriano lib. LXIX.*
d *Lib. II. Reg. 2.*
e *Reg. II 21. 25 Paralip. II. 26.* vid *Lorinus in Act. Apoſt. II 27.*
f *Ambroſ. Leonius Deſcript urbis Nolae III 2. Iter Italic Mabillonis n. XXI. & modo cit. Auctores.*

aliquae [a]: at illae quidem, ne pluviis [b], Ethnicorumque inſidiis pateret aditus, non ſatis crebrae. Hinc lucernarum uſus, de quibus ſupra. Quanta eſſet Romae amplitudo coemeteriorum, etiamnum cernimus mirabundi. Ac merito Baronius, *obſtupuit*, inquit, *urbs*, *quum in ſuis ſuburbiis abditas ſe novit habere civitates*. Cryptarum ejuſmodi conditores primi fuerunt Ethnici [c] ad inſaniſſimas ſubſtructionum moles [d] aedificandas. Multo poſt Chriſtiani, quorum numerus infinitus in arenam damnatus [e] legitur, aut novas aperuerunt in agris piorum hominum, aut, quas Ethnici extruxerant, amplificarunt, additis ſedibus cathedrarum inſtar, & ſacellis, & loculis, qui alicubi & octo ſunt [f] ſibi invicem inſiſtentes. Ac ne noſtrorum cineribus, ut ſupra diximus, deeſſe loculi unquam poſſent, Foſſariorum ordo, quibus id oneris incumbebat, Conſtantini juſſu inſtitutus eſt, & extant eorum aliquot inſcriptiones, imagineſque e coemeteriis expreſſae [g]. Ideo praeter Romana, quae Baronius an. 226. numerat ſexaginta, Boldettus [h] alia bene multa variis in locis coemeteria numerat, Rinianenſe, Ocrienſe, Ortenſe, Interamnenſe, Spoletanum, Cluſinum, Lucenſe, Patavinum, Brixienſe, Aquilanum in provincia Valeria, Neapolitanum in Campania, Nolanum, Puteolanum, Mediolanenſia (Fogginius addit [i] Florentinum) Antiochenum, Alexandrina, Salaminium in inſula Cypro, Afri-

a *Prudentius, & Hieronym. loc. cit. Bottarius T. I p. 9.*

b *Bottarius ibid. p. 10.*

c *Severanus de Sept. Urb. Eccl. de Eccl. S. Sebaſt. Boldett. I 2. &c.*

d *Cicero Orat. pro Cluentio.*

e *Baronius ad Martyrol. 11. Febr.*

f *Bottarius Vol. I. pag.* 12. Vid. *Boldett. I pag 6. Bonarrot. ad fragm. Vitr. Praefat. &c.*

g *Aringh. I. 13 Boldett. 1. 15. & al.*

h *Boldett. lib. II. 19 Mamach. loc. cit. pag. 159. ſeq. not. 2.*

i *De S. Petri itinere & Apoſtol. p. 291.*

Africana, Sicula, Melitenſe, Granatenſe in Hiſpania, Alba Urgavonenſe, Caeſarauguſtanum, Hiſpalenſe, Gallicana, Agathenſe, Colonienſe, Trevirenſe, Kiovienſe, & alia, quae Euſebius memorat [a], & Tertullianus. Nuncupatae illae ſpecus ab Ethnicis *Arenariae* [b], a noſtris *Areae* [c]; tum a ſpeluncis in petra effoſſis, quas Epiphanius appellat *tumbas*, quarto Eccleſiae ſaeculo *Catacumbae* dictae ſunt, communiter *Coemeteria*, quaſi dulces ſtationes, in quibus mortui ſuaviter conquieſcant. Nam Durandus coemeterium derivat [d] a voce *cimen*, quod eſt *dulce*, & *ſterion*, quod eſt *ſtatio*. Ad declarandam reſurrectionis ſpem, divinamque omnipotentiam, cui tam facile eſt excitare mortuos ad vitam, quam poteſt commode quiſque noſtrum excitare dormientem, pulcherrimo quidem nomine, quae Graeci *coemeteria* dixerant, Latini [e] *dormitoria* nuncupaverunt. Atque hinc frequentiſſimae apud Patres illae dicendi formulae, noſtrorum mortem non eſſe mortem [f], ſed *temporariam dormitionem*, aut *ſomnum conſueto* [g] *longiorem*; ſepulcra eſſe domos, in quibus *hoſpites dormire ſolent* [h]; in ſepulturis *Chriſtianorum eſſe requiem defunctorum* [i], quos & *Quieſcentes*, & *Pauſantes* merito appellabant [k]. Cum Patrum teſtimoniis ſepulcrales conſentiunt tituli, in quibus ſacrae antiquitatis interpretes ſaepe legunt, *dormit* [l], vel *requieſcit* [m], tum *ceſque* [n], vel *queſce* [o], aut *queſcet* pro *quieſce*, vel *quie-*

ſcet

a *Hiſt. Eccl. lib. IX. 2. & VII. 11.*
b *Tertullian. ad Scapulam. 3. Cangius in Gloſſar. Med. & Infim. Latinitat. ad v. Area.*
c *Cicero loc. cit. Sveton. Ner. 48.*
d *Lib. I Ration. Divin. Off. V. n. 4.*
e *Aringh. I. 1. Boldett. I. 1. &c.*
f *Chryſoſt. Hom. II. ad pop.*
g *Idem Hom. V. ad pop.*
h *S. Ambroſ. de Off. II. 28.*
Caſſian. Collat. II. 5.
k *Boldett. II. 6. Aringh. l. c.*
l *Murator. Vol. IV. p. 1824.*
m *Mamach. l. c. tab. I. fig. 3.*
n *Aringh. III. 22. p. 523.*
o *Boldett. ibidem pag. 395.*

Digitized by Google

ſcet IN PACE; itemque *dormienti in pacem*; *pauſat*, *manet*, *reddit*, *exit*, *receptus*, *depoſitus in pace*, aut *in ſomno pacis* [a], non ſomno nimirum *ferreo*, non *perpetuo*, non *aeterno*, aut *aeternali*, ſicut ab Ethnicis vocata [b] mors, quia nullam habebant conceptam animo reſurrectionis ſpem, nullam futurae in Deo felicitatis. Secus noſtri, quorum in ſepulcris fit paſſim mentio de meliore vita, de refrigerio, de requie *in Deo*, *in Chriſto Sancto*, *Domino*, *Deo*; in SPIRITV SANCTO [c]; in Sanctis; item ſimpliciter *in refrigerio*, *vel tibi Deus refrigerit*, aut *Spiritum tuum Deus* RE. FRI. GERET [d]. Nec eodem non ſpectant illae acclamationes *vibas in Domino Jeſu*; *vibe in aeterno*; *vives*, aut *vivas in Deo*; IN D. V. id eſt *in Domino*, vel *in Deo vivas* [e], & aliae id genus ſepulcrales formulae, quarum bene multas P. Mamachius [f] in unum congeſtas protulit, eas etiam doctiſſime commentatus. Quoad formulam *Dormitionis in pace* noſtris familiariſſimam, Fabrettus ait, Hebraeis minime fuiſſe ignotam ſecundum illud Pſalmi: *in pace in id ipſum dormiam & requieſcam*; adeoque inſcriptionis cujuſdam, quae characteribus Latinis, vocibuſque Hebraicis, ſtilo plus quam barbaro expreſſa eſt, finem interpretatur: *in pace dormitio ipſius*. In Ethnicorum titulis quanquam pacis [g], refrigerii, Chriſti, Spiritus Sancti mentio nuſquam fiat, depoſitionis tamen, ſecus ac Mabillonius [h] ſenſerat, veſtigium occurrit aliquod, ut in hoc epigrammate apud Vignolium [i]:

a *Boldett. pag 419. P. Lupius Monum S. Severae p. 166.*

b *Virgil Aen. ſaepe Horat. Ode 24. & III 11.*

c *P. Mamachius Vol. & lib. III. §. 3.*

d *Boldett. ibid. p. 418.*

e *Fabrett. inſcr. p. 573.*

f *Vol. & lib. III. § 3 pag. 16. ſeqq.*

g *P. Lupius loc. cit p. 16 & 104.*

h *De cultu Sanctor Ignot num. VI.*

i *De Columna Anton. p 331.*

OPPIAE . C . L
THEANONIS
OSSA . HIC
SVNT . SITA . AD
VII . K . IVL
CN . LENT . M . CRAS . COS

Etenim Gnei Lentuli, & M. Craſſi Auguris conſulatus ad annum pertinet v. c. 740. ante Chriſtum natum fere 15.

XVII. Quae nos coemeteria, perbelle nonnulli nominant nunc [a] *agros Dei*, nunc *quaſi templorum Atria*, quod in illis ſegetem Deus habeat ſuam, quodque olim ea templorum inſtar frequentarentur, & poſtea coeperint templis proxima aedificari. Vere in Martyrum cryptis ſepulta dicitur ſeges Dei. Nihil enim ibi non ſanctum erat, profanum nihil. Fuit hoc quondam, ut dicebamus, fuit Chriſtianorum proprium, ut, ſi res, ſi tempus id poſtularet, ſoliciti darent Ethnicis ſepulturam; at eorum quemquam in coemeteriis condere ſemper habuere [b] nefas. *A majoribus noſtris*, verba ſunt S. Maximi [c], *proviſum eſt, ut Sanctorum oſſibus noſtra corpora ſociemus, ut dum illos Tartarus metuit, nos poena non tangat, dum illos Chriſtus illuminat, nobis tenebrarum caligo diffugiat*. Sanctorum Martyrum, qui pari agone victoriae palmam adepti fuerant, quanquam pretioſa pignora mos veteribus fuerit una pariter ſepelire; illud tamen ſacra antiquitas cautum voluit, ne liceret unum alteri ſuperimponi [d], quin huic inſtituto ſepulcra obeſſent, quorum alia biſoma vel diſoma [e], itemque triſoma, & quadriſoma ex cada-

a *Joann. Nicolai de Luctu Chriſtian. IV. §. 2.*

b *Baronius An. 358. Spondan. num. 2.*

c *Idem An. 226. Spondan. num. 4.*

d *Aringh. lib. I. 26.*

e *Idem ibid. Bottar. T. I p. 11.*

cadaverum ibi jacentium numero dicta ſunt, quod ita factum intelligamus neceſſe eſt, ut corpora conderentur duo, aut tria, vel etiam quatuor una ſimul, ſed quae ſibi invicem ordine ſuccederent, reſponderentque, diſtincta tamen ac mutuo ſeparata. En vero cauſa, cur coemeteria haberent agrorum pariter, templorumque nomen. Quod ibi abſconditam maneret ſegetem ſempiterna vita, agri erant Dei; quod eo ſolerent boni, ut vota, ut preces, & ſacra facerent, convenire, in cultu erant templorum inſtar. Revera in coemeteriis, tanquam in templis, conſuevere Epiſcopi congregare ſynodos, miniſtrare ſacramenta, facere verbum Dei, moſque in primis fuit Romanorum Pontificum, velut in ſacrariis Eccleſiae ampliſſimis, in ore in oculis ſanctiſſimorum Martyrum, ibidem concilia cogere, populum baptizare, inſtruere, confirmare, deſignare Epiſcopos, Sacerdotes initiare, & alia hujus generis Pontificia munia exercere, quod inter ceteros erudite, ut ſolet, multorum exemplis, ac teſtimoniis Paulus Aringhus [a] comprobat. Tum vero maxime haec conſuetudo viguit, quum perſecutio inſtabat. Haec ſi aliquando remitteret, e ligno aediculae, quae de terra aſſurgerent, ſuper Martyrum tumulis extruebantur, ut illic noſtri, dum vacabant ſacris, ab hyeme, a frigore, ſoliſve ardoribus protecti eſſent, Ethnicorumque forte tranſeuntium oculos fruſtrarentur, ne ſpectatores ſacrorum eſſent irriſoreſque. Quod ſi perſecutio recrudeſceret, eas aediculas demoliri prima erat cura, iterumque in cryptis aut catacumbis perfugium quaerere. Ibi autem quot inediae, foetoris, ſitus, concluſique aeris, & mor-

a *Lib. I. cap. 2.*

& morborum incommodis affligarentur, ne fidem, quam ſemel animo imbiberant, ejurarent, vix licet cogitando conſequi, nedum ſcribendo, atque his de cauſis, & ob foetorem potiſſimum, quem cadavera exhalabant, Burnetius hanc noſtris laudem detrahere auſus eſt, eoſdem pernegans in coemeteriis, donec procellae iram deferbuiſſe intellexiſſent, deliteſcere potuiſſe. Bottarius, Praeſul optimus, doctiſſimuſque vir, foetorem duplici ratione [a] temperat. Ait enim, & ſepulcrales vias arena fuiſſe occluſas, & catacumbas, jure civitatum nomine appellatas, tam late patuiſſe, ut inibi qui latebant, facile poſſent a cadaveribus recens conditis quam longiſſime habitare. At eſto: ob feneſtras minus crebras, urgente autem perſecutione fortaſſe occluſas, coemeteria extiterint ſenta ſitu, nidore horrida: adde oſtia quandoque ab Ethnicis [b] obturata: adde inopiam rerum omnium, cui piorum manus [c], quantumvis liberales, atque hoſtibus parum cognitae, ubique haud poterant afferre ſubſidium opemque certam: iccirco tamen non eo adducar, ut, quod hiſtoria pro certo tradit, in dubium revocare audeam. Nam & Romae, & alibi vix bellum noſtris indicebatur, ſtatim id cautum legimus, ne in coemeteria convenirent [d], quare apud Euſebium [e], Aemilianus in Valeriani perſecutione Dionyſio Epiſcopo, Clericiſque, ac Fidelibus Alexandrinis poenam capitis in Aegypto denunciavit, ſi coemeteria ingrederentur. Mos ergo fuit, cum tyrannorum inſtabat furor, in catacumbis latere, & omni tempore ſacramenta ad ſepulcra Martyrum miniſtrare.

a *Vol. I p. 12. Rom. Subter.*

b *In Act. S. Theodoti Ruinart. num. V. Boldett. p. 11.*

c *Ruinartius ibidem.*

d *Onuphrius II de Coemet.*

e *Hiſt. Eccl. VII. 10.*

re. De baptiſmo, ne multus videar, ita Prudentius [a]:

Electus Chriſti locus hic, ubi corda probata
Provehat ad caelum ſanguine, purget aqua.
Hic duo purpureum Domini pro nomine caeſi
Martyrium pulcra morte tulere viri.
Hic etiam liquido fluit indulgentia fonte,
Ac veteres maculas diluit amne novo.
Qui cupit aeternum caeli conſcendere regnum
Huc veniat ſitiens: ecce parata via eſt.
Ante coronati ſcandebant ardua teſtes
Atria; nunc totae celſa petunt animae.

Caenae quoque, ſive Agape natalitiae ac funebres, de quibus in Diſſ. VII. num. XII., diu fuere ad ſepulcra celebres, quae donec viduarum, pupillorumque ſolatio extiterunt, & temperantiae limitibus detentae ſunt, defenſores habuere [b] ſuos: ſed ad luxuriam redactae ſuperſtitionem ſapere vix coeperunt, a SS. Patribus [c], a Conciliis [d] merito ſublatae ſunt. Itaque progreſſu temporis nonnullis ritibus in melius mutatio accidit. Et hanc non in ſolis duntaxat ritibus, ſed in ſepulcris etiam conſiderabimus. Mutata quippe orbis Romani facie, ac tranquillitate ſub Conſtantino Eccleſiae parta, ſicut Chriſtianis habere templa in urbe licuit, ſic ſepulcra quaſi templorum atria facta ſunt. Etenim ſepeliendis mortuis majores noſtri vel ſpatia quaedam templis proxima deſtinarunt, vel priſca Martyrum dormitoria ſervaverunt, vel nova condidere extra urbem, non longe tamen, interdum

a *Hymno 13.*
b Vid. *Baronius An. 57. n. 40.*
c *SS. Auguſt. Serm. de Sanctis 15. de morib. Eccl. 34. & alibi. S. Ambroſ. de jejunio 17. S. Cyprian. de duplici martyrio, & alii.*
d *Concil. Carthagin. III. & Laodicen. Can. 28.*

dum adjuncto templo, interdum nullo. Imperatoribus, ſummiſque viris hoc datum fuit, eorum ut cadavera in templorum veſtibulis conderentur: itaque Conſtantinus in veſtibulo Eccleſiae SS. Apoſtolorum [a]; Honorius Romae in templo S. Petri [b], & alii alibi ſepulti ſunt, quem morem S. Auguſtinus teſtatur [c] jam ante ſua tempora tenuiſſe: quum vero apud omnes ordines invaluiſſet, vetitus decreto fuit imperatorum Gratiani, Valentiniani, Theodoſii [d], itemque Caroli M. [e], & Theodorici Gothorum regis, a quo gravis poena indicta eſt iis, qui intra urbem Romam cadavera ſepelirent: ſed eorum legibus non diu obtemperatum eſſe cum aliorum teſtimonia evincunt, tum ille in primis, quem Onuphrius [f] texuit, cathalogus Pontificum, Regum, Epiſcoporum, Principum, aliorumque dignitate illuſtrium, qui ad limina, vel in porticibus Eccleſiarum, aut in Eccleſiis ipſis humati ſunt. uſque ad ſeculum VI. extra urbium portas conſueviſſe ſepulcra extrui, ſcriptorum teſtimonia docent a Chiffletio congeſta in Geminiae matris titulo ſepulcrali explicato, & a Fontanino in praefatione Commentarii de Diſco Votivo argenteo cap. VIII. in fine. Paulatim denique, ut Chriſtianorum, unde vitam hauſerant, ibi eſſet aeterna quies, communi omnium inſtituto decretum eſt. Cauſas, cur in templis mortuos humare deceat, complures colligunt Bellarminus [g], Salmero, & inter alios Lobbetius [h], cujus haec ſunt, ubi cauſae hujuſce Chriſtiani ritus tres potiſſimum

a *Chryſoſtom. Hom. 26. in Epiſt. 2. ad Corinth.*

b *Socrat. VII. 23.*

c *Lib. de Cura pro mort. c. 4.*

d *Lib. I. Cod. Juſtinian. tit. 2. de ſacroſ. Eccleſ.*

e *Lib. I. Capitularium.*

f *Lib. VIII. de rit. ſepel. mort.*

g *Bellarminus de Purgator. II 19. Salmero T. V 24.*

h *Ad Luc. VII. 12.*

mum afferuntur: *Prima, ut amici templum aut coemeterium ingredientes meminerint ſuperos, Deumque pro mortuorum quiete precari, ut animas*, ſi forte *in expiatoriis ignibus detinerentur, ex illis in caelum evadant: ſecunda, ut ſacrificiorum, quae in Miſſa, fiant animae participes, quarum exuviae in templo jacent: tertia, ut Sanctorum, qui illic quieſcunt, & religioſo cultu celebres ſunt, precibus adjuventur*, Haereticis lunam, ut inquiunt, allatrantibus, qui has rationes dictitant *ſacrificulorum* eſſe *totidem velamenta* [a], ignes poſt mortem expiatorios & eſſe negant, & a Patribus ſuſtinent admitti [b] nullos, quin imo praedicant *purgatorium exitiale Satanae eſſe* [c] *commentum, quod Chriſti crucem evacuat, quod contumeliam Dei miſericordiae non ferendam irrogat, quod fidem noſtram labefacit, & evertit*, ſummi illi Theologiae antiſtites, & Eccleſiae Principes Eminentiſſimi Cardinales Bellarminus [d], Gottus [e], & alii ſtrenue reſponderunt, & tanta ſane nervorum contentione, doctrina tanta, ut, aut reſipiſcere, aut tacere omnino debeant. Ex compluribus, quas in medium proferunt, Scripturarum, Conciliorumque, ac Patrum auctoritatibus, una & altera huic meo opuſculo finem dabit. S. Baſilius in cap. IX. Iſaiae, *ſi per confeſſionem*, inquit, *detexerimus peccatum, jam ſuccreſcens gramen areſecimus, dignum plane, quod depaſcatur, ac devoret Purgatorius ignis*. S. Auguſtinus licet in *Libro* 21. *de Civitate Dei cap.* 13. *&* 24., *in lib.* 2. *de Geneſi contra Manichaeos cap.* 20., Chriſtianum hoc dogma tueatur,

a *Joann Nicolai loc. cit. XI. §. 18.*
b *Piceninus Apolog. per i Riformatori, e per la Relig Riſ. p. 290.*
c *Calvinus lib. III. Inſt. 5. §. 6.*
d *Lib. de Purgatorio.*
e *La vera Chieſa di Chr. dimoſtr. da' Segni, e da' Dogmi T. II. part. I. Art. X. §. 5. 6.*

praecipue tamen illud propugnat in Pſalm. 37. ubi de Chriſtifidelibus ſcribit, *quod ſi aedificarent aurum, argentum, & lapides pretioſos, de utroque igne ſecuri eſſent, non ſolum de illo aeterno, qui in aeternum cruciaturus eſt impios, ſed etiam de illo, qui emendabit eos, qui per ignem ſalvi erunt.* Quare ad Deum converſus orat, *in hac vita purges me, & talem me reddas, cui etiam emendatorio igne opus non ſit;* Etenim, *quamvis ſalvi per ignem, gravior tamen erit ille ignis, quam quid quid poteſt homo pati in hac vita.* Hinc *ſermone 32. de verbis Apoſtoli* nunc 172. hortatur Fideles, ut ſacrificium mediatoris, orationes, & eleemoſynas pro iis defunctis offerant, qui in expiatioriis ignibus detinentur, *Orationibus*, namque, *S. Eccleſiae, & ſacrificio ſalutari, eleemoſynis, quae pro eorum ſpiritibus erogantur, non eſt*, ait, *dubitandum mortuos adjuvari, ut cum eis miſericordius agatur a Domino, quam eorum peccata meruerunt: Hoc enim a Patribus traditum univerſa obſervat Eccleſia. Eis* autem, ut animadvertit idem S. Doctor in Enchirid. cap. 110. *Eis haec proſunt, qui cum viverent, ut haec ſibi poſtea poſſent prodeſſe, meruerunt. Eſt enim quidam vivendi modus, nec tam bonus, ut non requirat iſta poſt mortem, nec tam malus, ut non ei proſint iſta poſt mortem*: porro, ut repetit in lib. de cura pro mortuis cap. 4. *Orationem prodeſſe non eſt dubium iis, qui cum in corpore viverent, talia ſibi poſt hanc vitam prodeſſe meruerunt.* Videatur itidem *Auguſtinus in Enchirid. cap. 69., & 109. apud Eminentiſſ. Gott. loc. cit.*

CLAS-

CLASSIS X.

Chriſtiana Monumenta.

I.

Ticini ad S. Michaelis in Baptiſterio.
Murator. p. 1862. 2.

ENNODIVS VATES LVCIS REDITVRVS IN ORT.
HOC POSVIT TVMVLO CORPORIS EXVBIAS
CLARVS PROLE QVIDEM GENEROSIOR IPSE PROPINQVIS
QVOS FVNCTVS LAVDVM IVSSIT HABERE DIEM
REDDEDIT HOS CAELO VIVACIBVS ILLE FIGVRIS
CVM FECIT FAMAE VIVERE CONLOQVIIS
QVID MIRVM SI MORTE CARET POST BVSTA SVPERBIS
QVI CONSANGVINEOS RESTITVIT SVPERIS
QVANTOS ISTE FORET MVNDI CELEBRATOR IN HORTV
NEC SILET OCCIDVI CARDINIS OCEANVS
SCISMATA CONIVNXIT DVDVM DISCORDIA LEOS
ADQVE FIDEM PETRI REDDEDIT AECCLESIIS
POLLENS ELOQVIO DVCTRINAE NOBILIS ARTE
RESTITVIT CHRISTO INNVMEROS POPVLOS
LARGVS VEL SAPIENS DISPENSATVRQVE BENIONVS
DIVITIAS CREDENS QVAS DEDIT IPSE SVAS
TEMPLA DEO FACIENS YMNIS DECORAVIT ET AVRO
ET PARIES FVNCTI DOGMATA NVNC LOQVITVR
DEPOSITVS SVB. D. XVI. KAL. AVGVSTAS
VALERIO . V. C. CONSVL.

Sirmondus & Fabrettus *X. p.* 733. *n.* 454. edidere funebre hoc elogium, ſed a marmore nonnihil diſtans, ad cujus fidem Muratorius expreſſum praebet. Diem obiit an. Chr. 521. Valerio conſule in Occidente. Ennodium quoque, ut virum in primis magnum, ac ſanctum Confeſſorem laudant Summi Pontifices Nicolaus I. *in epiſt.* 8. *ad Michaelem Imperat.*, Joan-

nes VIII. *in epiſt. ad Berchariùm Abbatem*, S. Gregorius VII. *in Dictatu*, (ſi tamen auctor illius Gregorius haberi debeat) Florianus ex Monaſterio Romano *in epiſt. ad Nicetium Epiſcopum Trevirenſem*. Vid. *Sirmondus tom. I.*, *Severinus Binius apud Philippum Labb.*, & *Gabriel. Coſſart. in collect. Concil. t. v. pag.* 508., *Baron. ad Annum Chriſti* 503., *Pagius in Critica hiſtorico-chronologica ad hunc annum*, *Natal. Alex.*, *Graveſon.*, *aliique*.

I I.

Ex Torrigio. *Fabrett. III. p.* 237. *n.* 630.

HIC VERVS QVI SEMPER VERA LOCVTVS
POST MORTEM MERVIT IN PETRI LIMINA SANCTA IACERE
OSSA TENET TVMVLVS MENS EST IN CAELO RECEPTA
CVIVS VITAE BONA REQVIRVNT DVLCES AMICI
HOS QVINTILLA TIBI DICTABIT VERSVS AMATRIX
QVAE POST MORTE TVA VOLVI ME FERRO NECARE
SED DOMINI PRAECEPTA TIMENS CASTA ME IN FVTVRO PROMITTO
QVINQVAGINTA ET SEX VERVS DVXIT PER SECVLA MESSES

Confer *Claſſ. VII. not. ad inſcript. XXVII.*

I I I.

Narniae. *Fabrett. III. p.* 167. *n.* 310.

CASSIVS . IMMERITO . PRAESVL . DE . MVNERE . CHRISTI
HIC . SVA . RESTITVO . TERRAE . MIHI . CREDITA . MEMBRA
QVEM . FATO . ANTICIPANS . CONSORS . DVLCISSIMA . VITAE
ANTE . MEVM . IN . PACEM . REQVIESCIT . FAVSTA . SEPVLCHRVM
TV . ROGO . QVISQVIS . ADES . PRECE . NOS . MEMORARE . BENIGNA
CVNCTA . RECEPTVRVM . TE . NOSCENS . CONGRVA . FACTIS
SD. ANN. XXI. M. IX. D. X. RQ. IN . PACE . PRID. KAL.
IVL. P. C. BASILII . VC. ANN. XVII.

Fleetwodus in antiq. inſcr. ſylloge fruſtra miratur, Caſſium anno aetatis XXI. contra Canones Eccleſiaſticos fuiſſe Epiſcopum renuntiatum. Notae enim SD non ad vitam, ſed ad dignitatem ſpectant, neque anni, quibus vixit, ſed quibus SD, nempe *ſedit*, numerantur. RQ. *requieſcit. Fabr. loc. cit.*

Cl. Muratorius ex Boldetto dat hunc lapidem *Vol. I. p.* 429.

Digitized by Google

p. 429., ſed ſecus ac Febrettus, & Baronius ad An. Chr. 558., legit in fine P. C. BASSI. IVC. ANN. XXVII. ideſt *poſt conſulatum Baſilii* V. C. aut *Baſilii Junioris An.* XXVII. Tenenda eſt potius potius lectio Fabretti, & Baronii, ac referendus titulus ad An. V. C. 1309. Chr. 557. Nam ſi legas P. C. Baſilii ann. XXVII. ſpectaret ad an. Aerae Chr. 568. Indictione prima, quo tempore deſignari coeperunt anni a conſulatu Juſtini junioris Auguſti, qui 24. poſt an. a conſulatu Baſilii ſalutatus Imp. conſulatus dignitatem renovare ſibi honori duxit: *Nomenque negatum Conſulibus Conſul poſt tempora cuncta novabo.*

Corip. in ejus Paneg. Vid. *Commendator Victorius p. 7. ſeqq.*

I V.

In Eccl. SS. Quatuor ex ſuo MS. *Fabrett. III. p. 190. n. 439.*

VIRGINIS HIC TENERAE LECTOR MISERERE SEPVLCRO
VNIVS HVIC LVSTRI VIX FVIT ARCTA DIES
O QVAM LONGINQVAE FVERAT DIGNISSIMA VITAE
HEV CVIVS VIVIT NVNC SINE FINE DOLOR
ADDAMVS MERITIS LACRIMAS TAM MORTIS ACERVAE
NAM QVAE GRATA FORENT SVNT MODO FLENDA DIV
HAEC THEODOTE HABVIT NOMEN QVAE GAVDIA MATRIS
PERCVLIT AETERNO VVLNERE RAPTA CITO
SOLA TAMEN TANTI RESTANT SOLAMINA LVCTVS
QVOD TALES ANIMAE PROTINVS ASTRA PETVNT
VIXIT. ANN. IIII. MEN. VII. D. XXV. DEP. III. NO. SEP.

V.

Carali e ſchedis Barberinis. *Fabrett. VIII. p. 583. n. 173.*
Hanc habet ex Bonfanto Murator. *pag.* 1861. 5.

☩ HIC. MIHI. CARA. PIO. TEGITVR. CONIVX. ECCE. SEPVLCRO
EMERITA. SANCTIFICO. SEMPER. SOCIATA. PVDORE
BIS. DVODENOS. ET. FIDA. DEO. QVE. PERTVLIT. ANNOS
INVIOLATA. MALO. FELICI. CONDITA. LVCI
SANCTIMONIVMQVE. GERIT. DOMINO. TRIBVENTE. CORONA
LAVRENTIVS CONTRA VOTVM

Baronius ad An. 416. n. 23. Commendator Victorius *Diſſ. Philologic. p.* 28. Muratorius habet *ſepulcrum*.

VI.

V I.

Ex Torrigio. *Fabrett. III. p. 191. n. 445.*

DEPOS. VI. KAL. AP.

IN FRETA DVM FLVVII CVRRENT DVM MONTIBVS VMBRAE
LVSTRABVNT CONBEXA POLVS DVM SIDERA PASCENT
SEMPER AMOR DECVSQVE TVVM LAVDESQVE MANEBVNT
O DVLCIS CONIVX TENERIS EREPTA SVB ANNIS
EXTINXISTI HIC MEQVE SIMVL MATREMQVE PATREMQVE
FL. PAREGORIVS INIMITABILI CONIVGI FECIT

V I I.

Romae in Biblioth. S. Gregorii ex Mabillonio.
Murator. p. 1822. 6.

SANCTORVM VENERANDA COHORS SEDET ORDINE . . . .
DIVINAE LEGIS MYSTICA VERBA DOCENS
HOS INTER RESIDENS AGAPETVS IVRE SACERDOS
CODICIBVS PVLCHRVM CONDIDIT ARTE LOCVM
GRATIA PAR CVNCTIS SANCTVS LABOR OMNIBVS VNVS
DISSONA VERBA QVIDEM SED TAMEN VNA FIDES

Sacerdos hic aut SS. Scripturarum codices, aut varia SS. Patrum volumina coegerat, & Bibliothecam adornaverat, ubi eorum imagines adſervabantur.

V I I I.

Ravennae in Palatio Archiepiſcopi ex Vandellio Mutinenſi.
Murator. p. 1823. 1.

PONTIFICIS REQVIEM CAELESTI MVNERE . . . .
AGNELLVS VIRTVTE DI NON PERDIDIT ILLAM
QVI OPTATAM MERVIT LVCIS COGNOSCERE PACEM
CORPORIS IPSE SVI TEMPLVM SERVAVIT VT ESSET
IVSTVS CVM SCIS XPO MEDIANTE RESVRGET
SIC QVOQVE PRO MERITIS GAVDET QVI TALIA GESSIT
HIC RQ IN PC AGNELLVS ARCIEPISC.
1. QVI VIXIT ANNOS OCTVAGINTA TE TRES
DEPOSITVS EST SVB D. KAL. AVG. IND. II

1. Qui ſedit: Contra Hieronymum Rubeum, qui legebat in fine epitaphii *ind. XIV.*, Muratorius cum Vandellio legens *ind.*

ind. II. hujus Archiepiſcopi mortem referendam putat ad annum 569.

I X.

Ex Aringho. *Fabrett. II. p.* 112. *n.* 277.

EPITAPHIVM REMO ET ARCONTIAE
QVI NATIONE GALLA GERMANI
FRATRES ADVLTI VNA DIE
MORTVI ET PARITER TVMVLATI
SVNT.

HAEC TENET VRNA DVOS SEXV SED DISPARE FRATRES
QVOS VNO LACHESIS MERSIT ACERBA DIE
ORA PVER DVBIE SIGNANS LANVGINE VESTIS
VIX HIEMES LICVIT CVI GEMINARE NOVEM
NEC THALAMIS LONGINQVA SOROR TRIETERIDE QVINTA
TAENARIAS CRVDO FVNERE VIDIT AQVAS
ILLE REMI LATIO FICTVM DE SANGVINE NOMEN
SED GALLOS CLARO GERMINE TRAXIT AVOS
AST HAEC GRAIVGENAM RESONANS ARCONTIA LINGVAM
NOMINA VIRGINIO NON TVLIT APTA CHORO
DEPOSITI NONIS NOVEMB. CONS. DIOSC. V. C.

Cl. Muratorius *Vol. I. pag.* 406. *n.* 2. ex Sirmondo dat hunc titulum, legitque in *6. v.* TAENARIAS, in ultimo VIRGINEO. Concluſionem dividit in duas lineas, & habet CONSVL. DIOSCVRI, qui Conſul cum Eudoxio fuit An. v. c. 1194. Aer. Chr. 442.

X.

Romae in S. Agnetis ex Sirmondo. *Murat.* 1834. 2.

HOC AVGVSTE QVIDEM TVMVLO TVA MEMBRA TEGVNTVR
SED NVMQVAM MERITVM PARVVLA CLAVDIT HVMVS
CORPVS HABET TELLVS ANIMAM CAELESTIA REGNA
SIC SEDES PROPRIAS SINGVLA RITE TENENT
DEVOTVS DOMINO VIXISTI CORDE FIDELI
PRESBYTERI OFFICIVM SVB PIETATE GERENS
LARGVS PAVPERIBVS DIVES TIBI CARVS AMICIS
DIVINAE LEGIS IVSSA VERENDA COLENS
ET FELIX TANTO LAVDVM CVMVLATVS HONORE
PERPETVVS MERITO IAM FRVITVRE BONIS

In

In 1. Linea Marangonius legit AVGVSTVS. in 8. v. DIVINA pro *divinae*.

X I.

Romae in S. Pauli ex Margarino. *Murat.* 1841. 10.

HIC BENEDICTVS ADEST MERITO SVB RVPE SEPVLCHRI
QVEM TENET ANGELICVS COETVS IN ARCE POLI
QVI FVERAT FORTVNA PIVS NATVRA DECORVS
MORIBVS ET CASTIS FVLSIT IN ORBE SATIS
DOGMATIS EGREGII PRORSVS DOCVMENTA MINISTRANS
OSTENDIT MVLTIS LVCIS ADIRE VIAM
AVREA SAECLA CVI PATEANT SINE FINE PER AEVVM
SORTE BEATIFICA SCANDAT VT AETHEREA

X I I.

Lucae in Baſilica S. Martini ex Florentinio.
Murator. Vol. IV. p. 1820. *n.* 5.

HIC POPVLI LEGES SAXI SVB MOLE SEPVLCRI
HIC IVS PASQVE IACENT HIC PATRIAE AVXILIVM
HIC CVBAT ALA SCVTVM DOLOR LACRYMAEQVE REPOSTAE
HIC OCVLVS CECI HIC PIETAS VIDVAE
PES CLAVDI VESTIS NVDI SOLAMEN EGENI
NOSTER ADALBERTVS DVX BONVS ATQVE PIVS
GENTIBVS EXTERNIS TIMOR ATQVE PAVOR MINITANDVS
MILITIBVS PROPRIIS GLORIA SVMMA SVIS
QVAM FORTIS FVERIT NOVERVNT VLTIMA THVLE
QVA BONITATE FVIT DICERE LINGVA NEQVIT
IN SEXTO DECIMO SEPTEMBRE NOTANTE CALENDAS
HIC POSVIT MEMBRA FVNEREO GEMITV
QVISQVIS LEGIS TVMVLVM CVLPARV̄ FACTA SVARVM
ANTE DEVM RECITA IN PRECIBVSQVE IVVA

Adalbertus II. Tuſciae Dux cognomento *Dives*, obiit An. Ch. *916.* aut *917.* Vid. Florentinius *in vita Comitiſſae Mathildis*, & Coſmus *de Arena in ſerie Ducum Tuſciae*, Muratorius *Part. I. Antiq. Eſtenſ.* ab hoc enim Marchiones, Duceſque Eſtenſes, & regiam Brunſwicenſium Ducum progeniem deſcendere multis conjecturis Cl. Muratorius probat.

XIII.

XIII.

Parmae in Cathedrali e ſchedis Cyriaci apud Philippum Stoſch Baronem. *Murator. p.* 1825. 8.

AMBROSI QVID VIS • PATER HIC TVA MEMBRA QVIESCVNT
SED QVO QVAESO TIBI MENS TVA CEPIT ITER
FILI MAGNA PETIS TAMEN HIC IN FINE PATEBVNT
CVM SIMVL ADDENTVR QVAE MODO SPARSA IACENT
EN PATER O FILI TRIVII QVO DOGMA RECESSIT
QVADRIVIIQVE SINVS DIVITIAEQVE TVAE
MI FILI SECRETA TACE NON MVLTA LOQVARIS
VERBA FERENS MATVRVS ERIS FRENABIS ET IRAM
CEDE LOCVM NEC TVRPE REFER • MISEREBERE CVNCTIS
ATQVE MORI FAC MENTE HABEAS • NEC LAEDERE QVEMQVAM

Trivii & *Quadrivii* mentio ſpectat ad ſecula barbarica; nempe poſt an. Chr. 600. Voſſius, & Cangius, aliique docent, *Trivii* nomine Grammaticam, Rhetoricam, & Dialecticam, Quadrivii vocabulo Aſtrologiam, Geometriam, Arithmeticam, Muſicam ſignificari, quas omnes Ambroſius calluiſſe credendus eſt. In 3. verſu HIC intellige pro HAEC.

XIV.

E coemeterio Priſcillae via ſalaria in vinea Angelonia eruta Fabretti aevo *II. p.* 112. *n.* 276.

• DACIA QVEM GENVIT SVCEPIT *ſit* INCLITA RO:*ma*
*m*AEROREM PATRIAE TANTVM LVCTVSQ REMI:*ſit*
• CVI PATER ALEXANDER QVIQ EO NOMINE DIC:*tus*
• MATER DIOCLIA ANNOQ VICENSIMO VI:*xit*
*d*VM POLLET STVDIIS FATIS DECESSIT INI:*quis*
• DEPOSIT. XVIIII. KAL. SEPT. DIE • V

XV.

Regii Lepidi e ſchedis P. Catanei. *Murat. p.* 1905. 5.

VRNA BREVIS GEMINVM QVAMVIS TENET ISTA CADAVER
ATTAMEN IN CAELO SPIRITVS VNVS ADEST
VIXIMVS VNANIMES LVCIVSQVE ET FLAVIVS IDEM
SENSVS AMOR STVDIVM VITA DVOBVS ERAT

X V I.

Lucae in S. Martini ex Florentinio. *Murat.* 1843. 1.

HOC TEGITVR TVMVLO COMITISSAE CORPVS HVMATVM
INCLITA PROGENIES BERTA BENIGNA PIA
VXOR ADALBERTI DVCIS ITALIAE FVIT IPSA
REGALIS GENERIS QVAE FVIT OMNE DECVS
NOBILIS EX ALTO FRANCORVM NOMINE REGVM
KAROLVS IPSE PIVS REX FVIT EIVS AVVS
QVAE SPECIE SPECIOSA BONO SPECIOSIOR ACTV
FILIA LOTHARII PVLCHRIOR EX MERITIS
PERMANSIT FELIX SAECLO DVM VIXIT IN ISTO
NON INIMICVS EAM VINCERE PRAEVALVIT
CONSILIO DOCTO MODERABAT REGMINA MVLTA
SEMPER ERAT SECVM GRATIA MAGNA DEI
PARTIBVS EX MVLTIS MVLTI COMITES VENIEBANT
MELLIFLVVM CVIVS QVAERERE COLLOQVIVM
EXVLIBVS MISERIS MATER CARISSIMA MANSIT
ATQVE PEREGRINIS SEMPER OPEM TRIBVIT
CLARVIT HAEC MVLIER FORTIS SAPIENSQVE COLVMEN
TOTIVS VIRTVS GLORIA LVX PATRIAE
IDIBVS OCTAVIS MARTIS MIGRAVIT AB ISTA
VITA CVM DOMINO VIVAT * IN REQVIE
MORS EIVS MVLTOS CONTRISTAT PROH DOLOR EHEV
BOVS POPVLVS PLANGIT ET OCCIDVVS
NVNC EVROPA GEMIT NVNC LVGET FRANCIA TOTA
CORSICA SARDINIA GRAECIA ET ITALIA
QVI LEGITIS VERSVS ISTOS VOS DICITE CVNCTI
PERPETVAM REQVIEM DONET EI DOMINVS
AMEN
ANNO DOM. INCARNATIONIS DCCCCXXV. INDICT.
XIII. OBIIT DE MVNDO

* Supple VT. BERTA uxor Adalberti II. Tuſciae Ducis: matre nata eſt Waldrada pellice Lotharii Lotharingiae Regis, qui filius fuit Lotharii I. Auguſti. Vid. *Luitprandus*, & *Muratorius Part. I. Antiq. Eſtenſ.*

XVII.

XVII.

Neapoli in S. Andreae . *Murator. p.* 1846. 1.

HEV QVANTOS LVCTVS RENOVAS GRATISSIME FILI
BONITE MORIENS O DECVS ATQVE DOLOR
QVAM BENE CVM INGENIO FLOREBAS BARBVLA GRATO
MORIBVS ORNATVS PVLCHER ET ACER ERAS
OMNIBVS ET SVBITO REQVIESCIS NATE SVAVIS
HEV SPES CLARA MIHI TE SINE VITA GRAVIS
HOC GENITOR CECINIT TAVRVS LACRIMABILE CARMEN
CVIVS FLAMMA VRIT PECTVS AMORE PIO
HIC REQVIESCIT BONITVS QVI VIX. AN. XXIII
DEP. VII. ID. AVGVSTI INDICT. VII.

XVIII.

Ibidem p. 1848. 2.

MORS QVAE PERPETVO CVNCTOS ABSORBET HIATV
PARCERE DVM NESCIT SAEPIVS INDE FABET *sic*
FELIX QVI AFFECTVS POTVIT DIMITTERE TVTOS
MORTALEM MORIENS NON TIMET ILLE VIAM
CANDIDA PRAESENTI TEGITVR MATRONA SEPVLCRO
MORIBVS INGENIO ET GRAVITATE NITENS
CVI DVLCIS REMANENS CONIVX NATVSQVE SVPERSTES
EX FRVCTV MATER NOSCITVR IN SVBOLE
HOC PRECIBVS SEMPER LACRYMOSA HOC VOCE PETEBAT
CVIVS NVNC MERITVM VOTA SECVNDA PROBANT
QVAMVIS CVNCTA DOMVS TE NVNQVAM FLERE QVIESCAT
FELICEM FATEOR SIC MERVISSE MORI
HIC REQVIESCIT IN PACE CANDIDA C. F. QVAE . . .
1. VIX. PL. M. AN. L. D. P. DIE. IIII. ID. SEPT
IMP. D. N. N. MAVRITIO PP. AVGVSTO AN. IIII
P. C. EIVSDEM . . . . INDICTIONE IIII.

1. PL. M. *plus minus* an. quinquaginta, depoſita die IV. id. Septembris, id eſt An. 585. ſi curſum ſuum menſe Septembri Indictio exorſa eſt. Confer notas Pagii ad hunc Annum. Circa litteras PL. MIN. in lapidibus multifariam inſcriptas nonnullae ortae ſunt quaeſtiones ſuperioribus annis in commentando

 Epi-

Digitized by Google

Epitaphio Hilari, quod Bononiam miſit BENEDICTUS XIV. P. M. Mazochius V. C. novam dedit explicationem, itemque doctiſſimi Praeſules Bottarius, & Georgius dedere ſuam. Tandem Pontifex epiſtolam in lucem edidit, in qua omnia, quae ad rem facerent, eruditiſſime enucleavit. *Candidam* hanc cognomine *Juniorem* Neapolitani Sanctorum numero addiderunt: quibus tabulis freti id egerint, ſe neſcire Muratorius ait. Ex titulo nihil exſculpitur, unde *Sancta* dicenda ſit. Cl. Mazochius commentarium edidit in marmoreum Kalendarium, ſed continens duntaxat ſex menſes: in reliquo, quod avide expectatur, fortaſſe de hac illuſtri femina ſermo erit.

XIX.

Neapoli in S. Gregorii Majoris ex Ughellio.
Murator. p. 1864. 6.

QVISQVIS . AD . HAEC . SANCTI . FESTINAS . TEMPLA . IOANNIS .
OBSECRO . SVBSISTENS . CARMINA . CERNE . MEA .
HIC . QVOQVE . COGNOSCIS . PEREANT . QVOD . REGNA . POTENTVM .
PRAEDIA . DIVITIAE . VMBRA . VELVT . TENVIS .
HIC . EVPHIMIAE . REQVIESCVNT . MEMBRA . BENIGNAE .
NVRVS . GREGORII . QVAE . DVCIS . ALTA . FVIT .
NAMQVE . VIRO . IVNCTA . STEPHANO . DVM . VIXIT . IN . ORBE .
SEMPER . AMANDO . DEVM . AD . BONA . PROMPTA . FVIT .
ORPHANVS . ET . PAVPER . HVIVS . SOLAMINE . VIXIT .
TRISTIS . ET . AFFLICTVS . COMMODA . SENSIT . OVANS .
SEMPER . ERAT . VIGILANS . MEDITANDO . GAVDIA . CHRISTI .
QVALITER . IN . COELO . POSSIT . HABERE . LOCVM .
TANDEM . POST . MVLTVM . FAMVLANDO . RITE . TONANTI .
DEBITA . PERSOLVENS . PERGIT . AD . ASTRA . POLI .
INCLYTE . PRAECVRSOR . DOMINI . ET . BAPTISTA . IOANNES .
ſr DIGITO . DEVOTE . SAEPE . PRECANDO . DEVM .
CHRISTE . SALVS . MVNDI . HOMINVM . PLASMATOR . OPIMVS .
DONA . EVPHIMIAE . GAVDIA . SANCTA . TVAE .
HAEC NOS GREGORIVS PRAEFECTVS . ET ATHANASIVS
LEVITA . TRISTIS MATER AMANDA

Euphemia virum habuiſſe creditur Stephanum filium Gregorii

gorii Ducis Neapolitani, cum nempe, qui ſublata e vivis uxore, Eccleſiaſticae militiae ſe addixit, & An. Chr. 920. Cathedram Epiſcopalem Patriae ſuae conſcendit.

XX.

Mediolani. *Murat. e ſchedis ſuis p.* 1855. 8.

ACCELERES QVAMVIS ORAT TE FLEBILE SAXVM
CONSPICIAS QVIS SIT CONDITVS HOC TVMVLO
CVRTIVS HIC SITVS EST PIETATE INSIGNIS ET ANNIS
VILANVS SVPERIS REDDIDIT AST ANIMAM
NE PVDEAT NOSTRVM TV QVI LEGIS ADVENA NOMEN
DICERE VILANO SIT PRECOR ALMA QVIES

XXI.

Nolae in Baſilica. Verſus ſunt S. Paulini Epiſcopi Nolani ex Franciſco Blanchinio. *Murat. p.* 1871.

PARVVS ERAT LOCVS ANTE SACRIS AVGVSTVS AGENDIS
SVPPLICIBVSQVE NEGANS PANDERE POSSE MANVS
NVNC POPVLO SPATIOSA PIIS ALTARIA PRAEBET
OFFICIIS MEDII MARTIRIS IN GREMIO
CVNCTA DEO RENOVATA PLACENT NOVAT OMNIA SEMPER
CHRISTVS ET IN CVMVLVM LVMINIS AMPLIFICAT
SIC ET DILECTI SOLIVM FELICIS HONORANS
ET SPLENDORE SIMVL PROTVLIT ET SPATIO

XXII.

Lucae in Aſceterio S. Juſtinae ex Florentinio. *Murator. p.* 1885. 3.

HIC IACET IN TVMVLO FELIX VENERABILIS ATQVE
HERMENGARDIS OLIM, NAMQVE DICATA DEO
QVAM REX EGREGIVS LOTHARIVS EDIDIT IPSE
GERMANAEQVE DECVS FRANCORVMQVE POTENS
HVC QVISQVIS VENIENS EPIGRAMMATA LEGERIS ISTA
DIC FAMVLAE CHRISTE PROBRA REMICTE TVAE

Hermengardis, ſanctimonialis in urbe Lucenſi, patrem nacta eſt Lotharium Lotharii I. Auguſti filium, Lotharingiae Regem, quem Florentinius fruſtra quaeſivit, Coſmus de Arena perperam imperatorem fecit. Hermengardis ſoror fuit Ber-

Berta inſcr. 16. Hugonis Italiae Regis ex praecedenti conjugio mater, quae cauſa fuit, cur ſoror Hermengardis Lucae domicilium ſtatuerit, & in monaſterio permanſerit, ſublata e vivis ineunte ſeculo X., ut Muratorius opinatur.

X X I I I.

In Baſilica Gradenſi Canonic. Bertoli miſit.

Murat. p. 1884. 3.

ATRIA QVAE CERNIS VARIO FORMATA DECORE
SQVALIDA SVB PICTO CAELATVR MARMORE TELLVS
LONGA VETVSTATIS SENIO FVSCAVERAT AETAS
PRISCA EN CESSERVNT MAGNO NOVITATIS HONORI
PRAESVLIS HELIAE STVDIO PRAESTANTE BEATI
HAEC SVNT TECTA PIO SEMPER DEVOTA TIMORI

An. Chr. 580. florebat Helias Aquilejenſis Archiepiſcopus. Vid. *Danduli hiſtoria inter Rerum Italicar.*, *Cardinal. Baronius*, *Ughellius &c.*

X X I V.

Vercellis in Cathedrali ex Montfauconio. *Murat. p.* 1886. 3.

PONTIFICIS SANCTI CINERES TENET HONORATI
ARCA HOMINIS VILIS QVAE MANET INGENIO
HVNC SANCTVM DOCVIT NVTRIVIT PASTOR ALVMNVS
EGREGIVS MARTYR PRAESVL ET EVSEBIVS
EXILII POENAS ET CARCERES ISTE SVBIVIT
DISCIPVLVS CARVS ET SOCIVS PARITER
AMBO FIDE DIGNI MERITIS ET NOMINE FRATRES
CVM CHRISTO IVNCTI PRAEMIA SVMMA TENENT

Ibidem.

TERTIVS HANC VRBIS SEDEM TENVIT HONORATVS
ANTISTES CVIVS SPIRITVS ASTRA TENET
EVSEBIVS PRAESVL PRIMVS QVI MARTYR ALVMNVS
CAELORVM POSTQVAM REGNA BEATA PETIT
HIC PATER ECCLESIAM DOCVIT HANC DOGMATE CERTO
SERMONES COMPLENS ACTIBVS IPSE SVOS
TERRIS AC CAELO CONSPICVVS VBIQVE MAGISTRO
EVSEBIO CONSORS HIC HONORATVS ADEST

S. hic

S. hic Epiſcopus, cujus feſtus dies celebratur v. Kal. Novembr., quam S. Ambroſio jucundus fuerit, quamque egregie vixerit, vid. *Ughellius Vol. IV. Italiae Sacrae*.

X X V.

In S. Juvenalis extra oppidum Macereti
Spoletinae Dioeceſeos.

PONTIA SIDEREIS ASPIRANS VVLTIBVS OLIM
HBIC IACET AETHEREO SEMINE LAPSA FVIT
OMNIS HONOS OMNIS TIBI CESSIT GRATIA FORMAE
MENS QVOQVE CVM VVLTVS DIGNA NITORE FVIT
TRADITA VIRGO THORIS DECIMVM NON PERTVLIT ANNVM
CONIVGIS INFELIX VNICA PROLE PERIT
QVANTVS AMOR MENTIS PROBITAS QVAM GRATA MARITO
QVAM GRATI MORES QVANTVS ET IPSE PVDOR
NIL TIBI QVOD FOEDVM VITIVM NEC MORIBVS VLLVM
DVM SATIS OBSEQVERIS FAMVLA DICTA VIRI
DENIQVE TE MEMET FATIS ODIOQVE GRAVATVM
DVM SEQVERIS VIDIT CORSICA CVM LACRYMIS
TVTA VIRVM PERGENS CVRSV SVBVECTA ROTARVM
CONIVGIS HEV CVLTRIX DVRA SATIS PATERIS
TE PATER INFESTVS GENERO CVM TOLLERE VELLET
TENTASTI LAQVEVM SI FACERET GENITOR
CEDITE IAM VETERVM LAVDES OMNISQVE MARITAE
TEMPORA NVLLA DABVNT TALIA QVAE FACIANT
VIR TVVS INGENTI GEMITV FLETVQVE RIGATVS
HOS FECI VERSVS PAVCA TAMEN MEMORANS
. . . . HIC LEGIT AVCTORES . . . . . .

Legi in MS. Em̃i Cardinalis Philippi Monti. Occaſione S. Viſitationis Ferdinandus Paſſerinius exſcripſit hunc titulum incertae aetatis in duobus marmoreis lapidibus, figuris ornatum, characteribus oblongis, ſpiſſis, & adeo confuſis, ut vix exſculpi poſſet. Alicubi proſodia, vel perſpicuitas deſideratur, ſed verſus non ubique inelegans. Habet hanc inſcr. Murator. *Vol. IV. pag.* 1926. 1. In 4. *v.* legit SIBI, in 6. CONIVGII, in 11. TENERAM pro *memet*, in 14. TVTE PVRGENT . . . .

CVM

CVM SVBIECTA ROTARVM, in 17. TESTANDI pro *tentaſti*, in 18. METRVM pro *veterum*, & MARITO.

X X V I.

Fuit in Baſilica S. Petri. *Fabrett. X. p.* 735. *n.* 463.

CVLMEN OPES SOBOLEM POLLENTIA REGNA TRIVMPHOS
EXVVIAS PROCERES MOENIA CASTRA LARES
QVAEQVE PATRVM VIRTVS ET QVAE CONGESSERAT IPSE
CAEDVAL ARMIPOTENS LIQVIT AMORE DEI
VT PETRVM SEDEMQVE PETRI REX CERNERET HOSPES
CVIVS FONTE MERAS SVMERET ALMVS AQVAS
SPLENDIFICVMQVE IVBAR RADIANTI CARPERET HAVSTV
EX QVO VIVIFICVS FVLGOR VBIQVE FLVIT
PERCIPIENSQVE ALACER REDIVIVAE PRAEMIA VITAE
BARBARICAM RABIEM NOMEN ET INDE SVVM
CONVERSVS CONVERTIT OVANS PETRVMQVE VOCARI
SERGIVS ANTISTES IVSSIT VT IPSE PATER
FONTE RENASCENTIS QVEM CHRISTI GRATIA PVRGANS
PROTINVS ALBATVM VEXIT IN ARCE POLI
MIRA FIDES REGIS CLEMENTIA MAXIMA CHRISTI
CVIVS CONSILIVM NVLLVS ADIRE POTEST
SOSPES ENIM VENIENS SVPREMO EX ORBE BRITANNI
PER VARIAS GENTES PER FRETA PERQVE VIAS
VRBEM ROMVLEAM VIDIT TEMPLVMQVE VERENDVM
ASPEXIT PETRI MYSTICA DONA GERENS
CANDIDVS INTER OVES CHRISTI SOCIABILIS IBIT
CORPORE NAM TVMVLVM MENTE SVPERNA TENET
COMMVTASSE MAGIS SCEPTRORVM INSIGNIA CREDAS
QVEM REGNVM CHRISTI PROMERVISSE VIDES
HIC . DEPOSITVS . EST . CEADVAL . QVI . ET . PETRVS . REX
SAXONVM . SVB DIE XII. CAL. MAIAR. INDICTIONE
II. QVI . VIX. ANNOS . PL. M. XXX. IMPERANTE
DNO. IVSTINIANO . PIISSIMO . AVG. ANN. EIVS . CON
SVLATVS . IV. PONTIFICANTE . APLICO VIRO . DOMNO
SERGIO . PP. ANNO . SECVNDO

Grut. *p.* 1174. 11. habet mutilum.

XXVII.

XXVII.

Vercellis in Cathedrali ex Franciſco Rogerio Canonico Vercell. *Murator.* 1903. 5.

L IMINE VIRGINEO HIC SPLENDIDA MEMBRA QVIESCVNT
I NSIGNES ANIMAS CASTIS VELAMINE SACRO
C RINIBVS IMPOSITO CAELVM PETIERE SORORES
I NOCVAE VITAM MERITIS OPERVMQVE BONORVM
N OXIA VINCENTES CHRISTO IVVANTE VENENA
I NVISI ANGVIS PALMAM TENVERE PERENNEM
A SPIDE CALCATO SPONSI VIRTVTE TRIVMPHANT

L AETANTVRQVE SIMVL PACATAE IN SECVLA MISSAE
E VICTIS CARNIS VITIIS SAEVOQVE DRACONE
O BLVCTANTE DIV SVBIGVNT DVRISSIMA BELLA
N AM CVNCTIS EXVTA MALIS HIC CORPORA CONDVNT
T ANTVS AMOR TENVIT SEMPER SVB LVCE SACRATVS
I VNGERET VT TVMVLO SANCTARVM MEMBRA SORORVM
A LVVS QVAS MATRIS MVNDO EMISERAT VNA

F LORIBVS ET VARIIS OPERVM GEMMISQVE NITENTES
L VCIS PERPETVAE MAGNO POTIVNTVR HONORE
A DVENTVM SPONSI NVNC PRAESTOLARI IVBENTVR
V ESTE SACRA DOMINO COMPTAE DONANTE BEATAE
I MMORTALE DECVS NVMEROSA PROLE PARENTES
A ETERNO REGI FIDEM PIETATE SACRARVNT

A D CAELVM MITTET PARITER DOMVS VNA SEPVLCRI
M IRIFICO GENITRIX FOETV QVAE QVATVOR AGNAS
P ROTVLIT ELECTAS CLARIS QVAE QVATVOR ASTRIS
E MICVIT CASTO DONO COMITANTE MARIA
L AETATVR GAVDENS GERMANIS SEPTA PVELLIS
I NGRESSA TEMPLVM DOMINI VENERABILE MVNVS
A CCIPIVNT DVROS QVONIAM VICERE LABORES

NOMINA SANCTARVM LECTOR SI FORTE REQVIRIS

Digitized by Google

EX OMNI VERSV TE LITERA PRIMA DOCEBIT

HVNC POSVIT TITVLVM NEPTIS TAVRINA SACRATVM

Quo tempore floruerint Sanctae Virgines latet: nomina tamen earum, Liciniam, Leontiam, Flaviam, Ampellam Muratorius exiſtimat pertinere ad IV. vel V. ſeculum Aerae Chriſtianae. Quatuor puellis adde duos adoleſcentes, incerti quoque temporis, in vita unanimes, & poſt mortem uno in ſepulcro conditos, quos habes in hujus Claſſis inſcr. XV. *p.* 497.

XXVIII.

Mediolani in S. Vincentii e ſchedis ſuis.

Murator. p. 1885. 6.

HOC RECVBAT TVMVLO NVPER CONFOSSVS IN ISTO
VIR HVMILIS FORMAQVE MICANS DVM VIVERET AEVO
HILDERAMNVS ERAT PROPRIO DE NOMINE DICTVS
QVEM DOMINVS VALLIS DE NOCTE VOCAVIT AD ASTRA
AETHERIA FELIX IVDEX IN ARCE LOCATVS
IVSTVM IVDICIVM LEGEMQVE TENEBAT IN AVLA
HVIC FVERAT CONIVX ALTA DE GENTE CREATA
SAGINTRVDA FORE PROPRIO DE NOMINE DICTA
ANTE PEDES TVMVLATA VIRI CVM PACE QVIESCIT
O FACTOR HOMINVM HIS NVNC MISERERE ALVMNIS
ANNO INCARNS D N I X DCCCCII. INDIC. VI

Hinc apparet, indictionem VI. Mediolani An. Chr. 902. decurrere menſe Septembri coepiſſe.

XXIX.

Spoleti in S. Laurentii ad collem deliciarum e ſchedis Minervii. *Murat.* 1928. 9.

HIC AVIAM NEPTEMQVE LOCVS POST FATA RECEPIT
QVASQVE DIES OLIM FECERAT VNANIMES
EVOLAT AD SVPEROS MENTIS QVOQVE GRATIA SIMPLEX
SEPVLCRVM DVPLEX CORPORA NVNC SOCIAT
ALTERIVS PRAESTANT VOTIS SIC LVMINE VERO
TVNC IACVERE SIMVL NISVS ET EVRIALVS
PROBATIA AVIA DP. XIIII. KAL. NOVEMB.
CONCORDIA NEPVS DP. PRID. KAL. SEPT.

XXX.

XXX.

Mediolani in S. Gregorii ad Palatium e ſchedis Franciſci Caſtelli. *Murat.* 1915. 4.

MARMORE CONCLVSVM TEGITVR VENERABILE CORPVS
NATALIS PRAESVL QVI FVIT ORBE BONVS
GRANDIS HONOR PATRVM FVERAT NAM PASTOR ET ALMVS
NOBILITATE VIXIT REXIT OVESQVE PATER
CONDIDIT HANC AVLAM CHRISTO PRAESTANTE IVVAMEN
REX DEDIT ET RECTE PLVRIMA DONA QVOQVE
VNDE QVEANT VIGILES DOMINO SERVIRE PER AEVA
PROQVE SVIS CVLPIS POSSIT HABERE PRECES
ECCLESIAM REXIT BIS SEPTEM MENSIBVS ANNOS
SEXIES ATQVE DECEM QVOQVE DVOBVS HABENS

In 4. verſu lege cum Muratorio NOBILITER, in poſtremo CVMQVE. Natalis, quem uti Sanctum Mediolanenſes colunt, floruit ſeculo Chriſti octavo.

XXXI.

Spoleti in S. Fabiani. *Murator. Vol. I. p.* 400.

RAPTA IACET NATIS QVOS MATER AD VBERA LIQVIT
ATQVE VIRO PARITER QVEM CITO DESTITVIT
TRISTE MINISTERIVM GEMINI SVBIERE PARENTES
FVNERE DE TANTO QVOS COQVIT IPSE DOLOR
DEPOSITO SVPERARE DIEM QVINCTVM KL. IVLIARVM
1. CONSVLE CONSTANTIO V. C. QVAE VIXIT A XXVII

1. Flavius conſul fuit An. V. C. 1166. Chr. 414.

XXXII.

Ticini in aede S. Auguſtini. *Baronius ad An. D.* 526.

MAEONIA ET LATIA LINGVA CLARISSIMVS ET QVI
CONSVL ERAM HIC PERII MISSVS IN EXILIVM
ET QVIA MORS RAPVIT PROBITAS ME VEXIT AD AVRAS
ET NVNC FAMA VIGET MAXIMA VIVIT OPVS

Boethius nobilitate generis nulli ſecundus, quippe prognatus antiquiſſima Manlii Torquati familia, & eo, qui Chriſtiana religione claruit, Anicio atavo. Gener fuit Symma hi conſularis, cujus ex filia Ruſticella bis ipſe conſul duos filios

Digitized by Google

habuit. Quanta ejus doctrina fuerit, teſtis extat Theodorici Regis ad eum epiſtola, in qua *Translationibus*, ille inquit, *tuis Pythagoras muſicus, Ptolomaeus aſtronomus leguntur Itali: Nicomachius arithmeticus, geometricus Euclides audiuntur Auſonii: Plato theologus, Ariſtoteles logicus Quirinali voce diſceptant, mechanicum etiam Archimedem Latialem Siculis reddidiſti. Et quaſcunque diſciplinas, vel artes foecunda Graecia per ſingulos viros edidit, te uno auctore, patrio ſermone Roma ſuſcepit.* Plura de ejus vita, exilio, interitu Julius Martian., & Baron. An. D. 510. 526.

XXXIII.

Mediolani. *Canonicus Mezoch. de Aſcia p.* 143.

Fleetwod. p. 373.

A ⳩ Ω

CERVIA . QVAE . FIDEI . VEXIT . FVNDAMINA . SECLO
TERDENOS . AEVO . BINOS . QVATER . ATTVLIT . ANNOS
LAETA . DOLIQ. EXPERS . CVLPA . PROCVL . IMPIGRA . HONESTA
ASTRIGERAM . SECAT . ALMA . VIAM . CAELOQVE . RECEPTA
HIC . VITAE . METAS . ET . INANIA . MEMBRA . RELIQVIT
1. DED. PRIDIE . NONAS . IANVARIAS

1. Prudenter emendat Mazochius DEP. pro *ded.*

XXXIV.

Extra Romam in S. Pauli ex Margarino.

Murator. Vol. I p. 403. 1.

CONSVLATV HIC REQVIESCIT DATIVA
IOHANNI AVG DEP. VI. KAL. FEB. IN PACE
CVM PRIMA DATIVAE SVBOLES MONSTRARET GAVDIA CARA
CVR SVBITO NOBIS LACRIMAS NON GAVDIA REDDAS
NON ITA VOTA TVA MERVERVNT SPECTARE PARENTES
ET BASILIA SOROR EIVS HIC REQVIESCIT DEP. V. IDVS MARTIAS
IN PACE

Raram hanc inſcr. dat Fabrettus *pag.* 418. unde conſtat Joannem tyrannum, qui tribus annis in Occidente imperavit, conſulatum etiam arripuiſſe, quo anno incertum, fortaſſe 1177. V.C. & 426. Aer.Chr. ut conjicit Muratorius, quia id temporis Theo-

Theodoſius & Valentinianus conſulatum gerebant in Oriente; dum Romae dominabatur Joannes, qui hoc anno trucidatus tyrannidem & vitam amiſit.

XXXV.

Cajetae in Cathedrali. *Murator. p.* 421. 1.

PANDE TVAS PARADISE FORES SEDEMQVE BEATAM
ANDREAE MERITVM SVSCIPE PONTIFICIS
CVLTOR IVSTITIAE DOCTRINAE ET PACIS AMATOR
QVEM VOCAT AD SVMMVM VITA BEATA BONVM
PLENVS AMORE DEI NESCIVIT VIVERE MVNDO
AT FAMVLO CHRISTI GLORIA CHRISTVS ERAT
QVAE MEDITATA FIDES ET CREDITA SEMPER INHAESIT
HAEC TE VSQVE AD CAELOS ET SVPER ASTRA TVLIT
NVMQVAM DE MANIBVS TIBI LEX DIVINA RECESSIT
ELOQVIVM DOMINI VIXIT IN ORE TVO
ROMANAMQVE PRIVS DECORAVIT PRESBYTER VRBEM
CVLMINIS AVCTVS HONOR HIC DEDIT ESSE PATREM
DISTRICTVS SVB IVRE PIO ET MODERAMINE CERTO
VTQVE BONVS PASTOR REXIT AB HOSTE GREGEM
HOSPITIBVS GRATVS SE IPSVM DONAVIT EGENIS
ILLOS ELOQVIO HOS SATIABAT OPE
PRAESVLE SVB TANTO FLORENS ECCLESIA MATER
CREVIT MVNERIBVS CREVIT ET OFFICIIS
VIXIT ANN. P. M. LXX. PRESB ROMANVS VII
ET IN EP. ANN. XXVII. M. X. D. XX
REQVIEVIT IN PACE XIIII. KAL NOV.
CONS. DECI IVN.

Decius Junior conſul fuit ſolus An. V. C. 1281. Ch. 529.

XXXVI.

Romae in S. Martinae ad Capitolium.
Marangonius dell' Anfiteatro Flavio *p.* 18.

SIC PREMIA SERVAS VESPASIANE DIRE PREMIATVS ES MORTE GAVDENTI LETARE
CIVITAS VBI GLORIE TVE AVTORI PROMISIT ISTE DAT KRISTVS OMNIA TIBI
QVI ALIVM PARAVIT THEATRV̄ IN CELO

Gaudentius hic noſter Marangonio C. V., qui primus ti-tu-

tulum e tenebris vindicavit; Titi amphiteatri architectus viſus eſt. Rei ſuſpicionem non certe abſurdam dat ipſe titulus. Nec obſtat, quod Veſpaſianus novam in Chriſtianos perſequutionem non inſtauraverit: ipſo enim imperante perſequutio Neroniana perſeveravit; ideo S. Apollinaris Ravennae Epiſcopus *ſub Veſpaſiano Caeſare glorioſum martyrium conſummavit*. Praeterea idem Imperator quotquot eſſent ex ſtirpe Davidis, inter quos & Chriſtianos fuiſſe, utpote Hebraeorum adhuc nomine nuncupatos, in comperto eſt, diligenter perquiri, crudeliterque occidi juſſit. *Euſeb. Hiſt. Eccl. III.* 15. *Baron. ad Ann.* 74. *Dio Caſſ. lib. LXVII.* Verba quidem ipſa, & characteres inelegantes ſunt, neque in hoc minus, quam in aliis titulis ejuſdem aevi, quo in urbe laus non perierat bonarum artium; Sed Chriſtianorum inopiae cura non erat maxima de excellenti ſcalpro. Ceterum hoſce verſus ſi clarius italice cupias redditos, Marangonium conſule, ſi latine, accipe quoquo modo:

Siccine, crudelis, virtuti praemia ſervas?
Laus tua, Gaudenti, mors eſt: Laetare triumpho
Roma, tuae Auctori ſpopondit praemia laudis
Iſte: tibi ſolvit nunc, Heros, omnia Chriſtus.

XXXVII.

Curiae in Rhetia in S. Lucii. *Murat. p.* 425. 6.

HIC IACET IN TVMVLO QVEM FLEVIT RHAETICA TELLVS
MAXIMA SVMMORVM GLORIA PONTIFICVM
ABIECTIS QVI FVDIT OPES NVDATAQVE TEXIT
AGMINA CAPTIVIS PRAEMIA LARGA FERENS
EST PIETAS VICINA POLO NEC FVNERIS ICTVM
SENTIT OVANS QVI PETIT ASTRA BONIS
HIC POLLENS TITVLIS VALENTINIANE SACERDOS
CREDERIS A CVNCTIS NON POTVISSE MORI
QVI VIXIT IN HOC SECVLO ANN
PLS. MN. LXX. DPS. SVB DIE ID IAN
SPS. P. CS. BASIL. V. C. IND. V. PAVLI
NVS NEPOS IPSIVS HAEC FIERI OR
DINAVIT

In

In 6. verſu, qui fortaſſe claudicat ex deſcriptoris oſcitantia, Schobingus legit pro *fetit* FECIT, Muratorius cenſet PETIT. In fine PLS. MN. *plus minus*, DPS. *depoſitus*, SPS. *ſepultus* P. CS. *poſt conſulatum* Baſilii Junioris, qui conſul fuit anno V. C. 1293. Ch. 541.

XXXVIII.

In oppido Anſe ex Marchione Maffejo. *Gall. Ant. Epiſt. XX.* dat *Murator. Vol. I. p.* 423. 1.

GERMINE SVELIMI PROBA NOMINE MENTE PROVATA
QVAE SVEIIO RAPTA EST HIC TVMVLATA IACET
IN QVA Q'QVID *ſic* HABENT CVNCTORVM VOTA PARENTVM
CONTVLERAT TRIBVENS OMNIA PVLCHRA DS
HINC MESTVS *ſic* PATER EST AVIAE MATRIQVE PERENNIS
Eſt dolor HEV FACINVS *tanta* PERIT PIETAS
ACCIPE QVI LACHRYMIS PERFVNDIS IVGITER ORA
MORS NIHIL EST VITAM RESPICE PERPETVAM
QVAE VIXIT ANNIS V. MENSIS *ſic* VIIII
1. OBIIT SD III. IDS. OCTVBRIS *ſic* PAVLINO V E
C

1. SD id eſt depoſita *ſub die*. Fl. Theodorus Paulinus Junior conſul cum Imp. Fl. Anicio Juſtiniano Aug. IV. An. V. C. 1286. Chr. 534.

XXXIX.

Romae in S. Agnetis, via Nomentana.
Carmen S. Damaſi.

FAM:A PREFERT SANCTOS DVDVM: RETVLISSE PARENTES
AG:NEM CVM LVGVBRES CANTVS: TVBA CONCREPVISSET
N:VTRICIS GREMIVM SVBITO: LIQVISSE PVELLAM
SPONTE TRVCIS CALCASSE MIN:AS RABIEMQ. TYRANNI
VRERE CVM FLAMMIS VOLV:ISSET NOBILE CORPVS
VIRIB. IMMENSVM PARVIS SV:PERASSE TIMOREM
NVDAQVE PROFVSVM CRI:NEM PER MEMBRA DEDISSE
NE DOMINI TEMPLVM FA:CIES PERITVRA VIDERET
O VENERANDA MIHI SANCT:VM DECVS ALMA PVDORIS
VT DAMASI PRECIBVS FAVEAS PR:ECOR INCLYTA MARTYR

Autho-

Authographum carmen a S. Damaſo PP. in S. Agnetis gloriam exaratum, ejuſque Baſilicae affixum, poſtquam injuria temporum inverſis litteris in pavimento per multa ſecula latuiſſet, tandem in lucem rediit an 1728. quum pavimentum renovaretur; ſed niſi damno, quod jam inſtabat, Joannis Marangonii Vicentini V. C. diligentia opportuniſſime obſtitiſſet, venerandum hoc monumentum penitus deletum eſſet. Nam quo momento ſectores marmorum illud ſectioni aptabant, vir ſummus adfuit, & id mali avertit. Vid. *ejuſdem vol. II. Theſaur. Parochor. l. 4. p. 42. & Append. de Coemeter. SS. Thraſonis, & Saturnini pagg. 139. 140.*

X L.

Arimini in Eccl. Cathedr. e ſchedis Farneſiis.
Murator. p. 436. 1.

HVMANO GENERI LEGEM NATVRA CREATIS
HANC DEDIT VT TVMVLO MEMBRA SEPVLTA TEGANT
LIBERII SOBOLES PATRI MATRIQVE SEPVLCRVM
TRISTE MINISTERIVM MENTE DEDERE PIA
HIC SVNT MEMBRA QVIDEM SED FAMAM NON TENET VRNA
NAM DVRAT TITVLIS NESCIA VITA MORI
REXIT ROMVLEOS FASCES CVRRENTIBVS ANNIS
SVCCESSV PARILI GALLICA IVRA TENENS
HOS NON IMBELLI PRETIO MERCATVS HONORES
SED PRETIVM MAIVS DETVLIT ALMA FIDES
AVSONIAE POPVLIS GENTILES RITE COHORTES
DISPOSVIT SANXIT FOEDERA IVRA DEDIT
CVNCTIS MENTE PATER TOTO MEMORABILIS AEVO
ſic TERDENOS TRIS PROXIMVS OCCVBVIT
O QVANTVM BENE FACTA VALENT CVM MEMBRA RECEDVNT
NESCIT FAMA MORI LVCIDA VITA VALET

Quis fuerit hic liberii filius, qui conſulatu claruit, Gallias rexit, exercitibus pra fuit, divinandum relinquit Cl. Muratorius, non immerito ſuſpicatus in ſuperiore marmoris parte inſculptum fuiſſe illius nomen.

XLI.

X L I.

Viennae ad S. Petri. *Maſſejus Gall. Ant. Epiſt. XX.*

FOEDVLA QVAE MVNDVM DOMINO MISERANTE
RELIQVIT HOC IACET IN TVMVLO QVEM
DEDIT ALMA FIDES MARTINI QVONDAM
PROCERIS SVB DEXTERA TINTA CRIMINA
DEPOSVIT FONTE RENATA DEI AD HVNC
MARTVRIBVS SEDEM TRIBVENTIBVS APTAM
CARBASIVM PROCEREM PROTASIVMQ. COLIT
EMERITAM REQVIEM TITVLO SORTITA FIDELI
CONFESS . . . . .

X L I I.

Romae ex MS. in Bibl. S. Crucis in Jeruſalem.

PATRONO . MERITIS . FVERIS . QVI . CARVS . AMICIS
HIC . REQVIRENDE . DIV . TV . MISERANDE . IACES
EVCHARIS ☧ IANO IN PACE

X L I I I.

E coemeterio Calliſti. *Fabr. Ant. Inſcr. VIII. p. 577. n. 66.*

MAXIMVS HIC SITVS EST PRIMAEVO FLORE IVVENTAE
FRATRIBVS ET NOBIS DVLCIS AMICVS OBIT
OLLI QVIPPE AETAS VIGINTI EST ACTA PER ANNOS
QVINTVM POST MENSEM QVARTVM AD VSQVE DIEM
avicula IN PACE *ramus*

X L I V.

Cluſii in arca vetuſta in aede S. Muſtiolae ex MS.
Cl. Abbatis Rodulphini Venuti.

1. ☧ SPARGE . ROSAS . LECTOR . ET . LILIA . CANDIDA . PONE
2. ET . RIE . SACRVM . BEAERARE . LOCVM

Ibidem in altera parte muri.

VIRTVTVM GEAS. ET MORVM FLORE VENVSTA
HANC . IMITARE . VELIS . SI . BONVS . ESSE . CVPIS

1. Vocales A in tribus prioribus lin. habent fere omnes in vertice tranſverſam lineolam modo ad dexteram, modo ad laevam, marmorarii luſum.

2. RIE pro *pie* nulla quantitatis ratione habita. BEAERARE, id

Ttt eſt

eſt *venerare*, B pro V frequens in lapidibus, Λ graecam pro N latina nuſquam vidiſſe memini.

X L V.

Romae ad ſepulcr. Bonifacii Papae.

Baron. anno 423.

POSTQVAM MORS CHRISTI PRO NOBIS MORTE PERISTI
IN DOMINI FAMVLOS NIL TIBI IVRIS ERIT
PONE TRVCEM RABIEM NON EST SAEVIRE POTESTAS
AVT QVID VICTA FVRIS NIL NOCITVRA PIIS
HOC SIQVIDEM MELIVS [a] DEMISSO VIVITVR ORBE
CVM TAMEN VT VIVAT HIC SIBI QVISQVE FACIT
[b] HIC SITA SVNT PAPAE BONIFACII MEMBRA SEPVLCHRO
PONTIFICALE SACRVM QVI BENE GESSIT OPVS
IVSTITIAE CVSTOS RECTVS PATIENSQVE BENIGNVS
CVLTVS IN ELOQVIIS ET PIETATE PLACENS
FLETE ERGO MECVM PASTORIS FVNERA CVNCTI
QVOS TAEDET CITIVS HIS CARVISSE BONIS

a Alii habent *demiſſe*. b lege *hoc*.

X L V I.

Ex monum. Vaticanae Baſilicae.

De eodem. Baron. ibid.

ATRIA MAGNIFICI SVNT MEMBRIS PLENA SEPVLTI
SEDIS APOSTOLICAE BONIFACII PRAESVLIS ALMI

X L V I I.

Et haec apud eund. cit. loc.

SACRI FONTIS HONOR LABOR EST MERITVMQVE DVORVM
PONTIFICVM PER QVOS CONTVLIT ISTA DEVS
NAM QVAE MAGNIFICIS COEPTIS BONIFACIVS AVXIT
HAEC CAELESTINVS COMPSIT AD OMNE DECVS

Tam cito haec Claſſis ſi ad finem venit, ne aegre id feras, benigne Lector: ſpicilegium quippe duntaxat adornare ſtatui ex Chriſtianis lapidibus, quos in multis voluminibus jam ſtudioſe dedit non unus Auctor.

CLAS-

CLASSIS XI.

Varii Generis Monumenta.

I.

Agamemnonis hermae inſcriptum.

ΑΝΤ ΕΥΕΡΓΕΣΙΗΣ ΑΓΑΜΕΜΝΟΝΑ ΣΤΗΣΑΝ ΑΧΑΙΟΙ

Ἀντ' εὐεργεσίης Ἀγαμέμνονα στῆσαν Ἀχαιοί.

Ita vertitur in Antiq. Aſiat. Edmund. Chiſſul. *p.* 41.

Sic meritum poſuit Agamemnona coetus Achivum.

Addenda *II. Claſſ. pag.* 329.

I I.

Prope Epheſiorum portum.

Edmundus Chiſſul. Antiq. Aſiat. part. 2. *pag.* 7.

ΤΟΙ ΙΟΝΟΝΕΙΣΟΡΑΑΣ
Τ ΠΟΝΟΡΘΙΟΝΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ
ΔΩΡΟΘΕΟΣΠΤΕΛΕΗ
ΘΗΚΑΤΟΚΡΥΠΤΟΜΕΝΟΝ

Τῶτον ὃν εἰσοράας τύπον ὄρθιον Ἀντωνείνυ
Δορόθεος Πτελέῃ θήκατο κρυπτόμενον.

Latine reddit Edmund. Chiſſul.

Stantem hanc effigiem, quam conſpicis Antonini,
Clam tibi Dorotheus condidit in Ptelea.

Ptelea vetuſtum Epheſi nomen, ubi diſtichon inventum cum Antonini, fortaſſe M. Aurelii, effigie intra murum abdita. Cur vero abdita? quia, ut auctor eſt Heraclitus Phyſicus civis & ipſe Epheſius, intoleranda fuit illius civitatis malignitas, quae virtutis publica teſtimonia ferre non poterat. Heraclitus apud Strabonem IV. interprete Cicerone *Tuſculan. V. univerſos*, ait, *Epheſios eſſe morte multandos, quod, quum civitate expellerent Hermodorum, ita loquuti ſunt: nemo de nobis unus excellat: ſin quis extiterit* (aut potius excelluerit) *alio in loco, & apud alios ſit*. Hic ille eſt Epheſiorum princeps

Digitized by Google

Hermodorus, qui exul a patria ſtatuam apud Romanos meruit.

I I I.

Romae. *Ex Donian. Inſcr. Cl. V. p. 196.*

ILLE . EGO . QVI . QVONDAM . . PRE . . . . .
FAVCISQVE . DIEBVS
PRAETEXTATVS . AGRI . IVDEX . FINIS
QVE . REGENDI
IVSTITIAM . COLVI . MATREMQ
AEQVALITER . AMBAS
HIC . SVM . QVEM . CERNIS . NVNC
CASSIVS . AGRIPPINVS

Extabat in domo Cardinalis Gymnaſii, eratque lapis litteris elegantibus, & ſecus ac alibi, eminentibus, non intus cavatis.

I V.

Sixianum marmor. *Murator. p. 799. 5.*

ΗΛΥΘΕΣ ΟΥΚ ΑΒΟΑΤΟΣ ΕΝΙ ΤΡΙΣΣΑΙΣ ΔΕΚΑΔΕΣΣΙΝ
ΘΕΥΔΟΤΕ ΤΑΝ ΖΩΟΙΣ ΟΙΜΟΝ ΟΦΕΙΛΟΜΕΝΑΝ
ΚΑΙ ΣΕ ΤΟΝ ΕΝ ΕΠΟΝΔΑΙΣΙ ΓΕΓΑΘΟΤΑ ΠΟΥΛΙ ΜΕΤΑΣΤΑΝ
ΜΑΤΗΡ ΑΙΑΖΕΙ ΜΥΡΟΜΕΝΑ ΠΡΥΤΑΝΙΝ
ΠΕΤΡΟΣ ΟΔΕ ΞΕΙΝΟΙΣΙ ΒΟΑΣΕΤΑΙ ΩΣ ΑΙΔΑΛΩΣ.
ΑΣΦΑΛΙΣ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ ΟΥΘΕΝ ΕΝΕΙΜΕ ΤΥΧΑ
ΕΙΗΣ ΤΟΙ ΣΥΜ ΠΑΤΡΙ ΚΕΧΑΡΜΕΝΟΣ ΟΦΡ ΑΝ ΕΣΑΥΩ
ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ ΕΝ ΦΘΙΜΕΝΟΙΣ ΜΥΡΙΟΝ ΑΙΝΟΝ ΕΧΗ

Ἤλυθες οὐκ ἀβόατος ἐνὶ τρίσσαις δεκάδεσσιν
Θεύδοτε τὰν ζωοῖς οἶμον ὀφειλομέναν,
Καὶ σὲ τὸν ἐν σπονδαῖσι γεγαθότα πουλὺ μετ' ἀστὰν
Ματὴρ αἰάζει μυρομένα πρύτανιν.
Πέτρος ὅδε ξεινοῖσι βοάσεται ὡς αἰδάλως.
Ἀσφαλὶς ἀνθρώποις οὐδὲν ἐνείμε τύχα,
Εἴης τοι σὺμ πατρὶ κεχαρμένος ὄφρ' ἂν ἐσαύω
Σώστρατος ἐν φθιμένοις μύριον αἶνον ἔχῃ.

Ita vertit Jacobus Tollius.

Sextum intra vitae luſtrum, ſed non ſine planctu
Fatatum cunctis Theudote carpis iter,

Te-

Teque inter cives libamina feſta regentem
Laetitia in media mater obiſſe gemit.
Hoſpes ab hoc ſaxo diſc.s licet, omnia caeco
Fortunae inſtabilis vertier arbitrio,
At tu laetus agas cum patre, ut ſic quoque laudem
Plurimam apud Manes Soſtratus obtineat.

Hic titulus cum ſequenti addendus Cl. III. nam Theudotus Soſtrati filius Prytanis fuit, ſive curator reipub. Athenienſis. In Prytaneo quum cibum de more caperet, hilarius ſe ſe invitavit, & ſequenti nocte mors eum inſperata extinxit.

V.

Romae. *Murator. p.* 435. 1.

FECERAT EVFRANOR BACCHVM QVEM GALLVS HONORAT
FASTORVM CONSVL CARMINE TVRE SACRIS

Cognomine Gallos multos ibidem recenſ.t Muratorius conſules. Fortaſſe hic agitur de Bacchi ſtatua, quam Eufranor fecit, Gallus dedicavit, honoravitque carminibus, thure, & ſacris de more, ut nos in I. Diſſ. oſtendimus.

V I.

Romae in S. Mariae in Aquirio. *Grut. p.* 652. 3.

HIC . IACET . HELVIDIVS . FATIS . EXTINCTVS . INIQVIS
EGREGIVS . IVVENIS . CAVSARVM . ORATOR . HONESTVS
QVI . VIXIT . ANNIS . XXX

Addendus hic titulus V. Claſſi.

V I I.

De Oraculo Delph. *Plutarch. pag.* 437.

ΓΡΑΨΕ ΠΟΛΥΓΝΩΤΟΣ ΘΑΣΙΟΣ ΓΕΝΟΣ ΑΓΛΑΟΦΩΝΤΟΣ
ΥΙΟΣ ΠΕΡΘΟΜΕΝΑΝ ΙΛΙΟΥ ΑΚΡΟΠΟΛΙΝ

Γράψε Πολύγνωτος, Θάσιος γένος, Ἀγλαοφῶντος
Υἱὸς περθομένας Ἰλίου ἀκρόπολιν.

Latine reddit Xylander.

Aglaophonte ſatus, patria Taſius, Polygnotus
Arcis depinxit Dardaniae excidium.

Ita inſcriptus fuit celeberrimi crateris fundus ſive baſis, quam *hypocrateridem* Herodotus appellavit. Polygnotus cra-

teris

teris artifex, pictor, & caelator fuit. Primus omnium hic plurimum picturae profuit: ſiquidem picturas & os aperire, & dentes oſtendere inſtituit primus: Delphis aedem, Athenis poecile pinxit: ejus tabula in porticu Pompeji laudatiſſima fuit. *Plinius H. N. XXXIV. 8. & XXXV. 9.*

V I I I.

Ad Timonis ſepulcrum. *Plutarch. in Vit. M. Anton.*

ΕΝΘΑ Δ ΑΠΟΡΡΗΞΑΣ ΨΥΧΗΝ ΒΑΡΥΔΑΙΜΟΝΑ ΚΕΙΜΑΙ
ΤΟΥΝΟΜΑ Δ ΟΥ ΠΕΥΣΟΙΣΘΕ ΚΑΚΟΙ ΔΕ ΚΑΚΩΣ ΑΠΟΛΟΙΣΘΕ

Ἐνθάδ᾽ ἀποῤῥήξας ψυχὴν βαρυδαίμονα κεῖμαι.
Τοὔνομα δ᾽ οὐ πεύσεσθε, κακοὶ δὲ κακῶς ἀπόλοισθε.

Xylander latinitate donat.

Hic recubans abrupta anima infelice quieſco.
Nomen ne quaeras: mala peſtis perde ſceleſtos.

Hujus tituli auctorem fuiſſe Timonem ferunt adhuc ſuperſtitem. In eundem ſic luſit Callimachus:

Τίμων μισάνθρωπος ἐνοικέω· ἀλλὰ πάρελθε,
Οἰμώζειν εἴπας πολλὰ, πάρελθε μόνον.

Timon Miſanthropus hic jaceo: aſt etiam hac tu
Tranſi dira precans, ac modo praetereas.

Eccui non exoſus ſit oſor humani generis? Hic nempe ille, qui Alcibiadem oſculatus ſtupenti Apemanto, cauſamque requirenti, eum ab ſe diligi dixit, quod Athenis multorum cauſa malorum futurus eſſet. Quid porro indignius ea oratione, quam in concione habuit, antequam ficum exſecaret? Halis juxta mare ſepultus eſt, ubi unda circumfuſa locum inacceſſum reddidit.

I X.

Epheſi. *Edmund. Chiſſul. Antiq. Aſiat. p. 12. n. 16.*

ΟΣΤΕΑΜΕΝΚΑΙΣΑΡΚΑΣΕΜΑΣΣΠΙΛΑΔΕΣΔΙΕΧΕΥΑΝΟΞΕΙΑΙΚΡΗ
ΜΝΩΝΑΛΜΥΠΟΔΕΞΑΜΕΝΑΙΨΙΧΗΔΑΙΘΕΡΙΟΝΚΑΤΕΧΕΙΠΟΛΟΝ
ΑΞΥΝΕΤΩΝΔΕΒΟΤΑΑΙΣΑΝΘΡΩΠΩΝΤΟΥΔΕΤΥΧΟΝΘΑΝΑΤΟΥ

Ita diſtinguit & vertit idem Chiſſul.

Ὀστέα μὲν καὶ σάρκας ἐμὰς σπιλάδες διέχευαν
Ὀξεῖαι κρημνῶν ἅλμ᾽ ὑποδεξάμεναι.

Ψυ-

Ψυχὴ δ' αἰθέριον κατέχει πόλον. Ἀξυνέτων δὲ
Βυλαῖς ἀνθρώπων τῶδ' ἔτυχον θανάτυ.

Dum feror in praeceps ſcopulis illiſus acutis
Oſſa quidem & nervi diſperiere mei:
Aſt anima aethereas ſedes habet. Inſipientum
Conſiliis hominum talia fata tuli.

Non hominum ſtultitia, ut indicare videtur ἀξυνέτυς, ſed improbitate ac ſcelere (ſaepe enim ſtulti & improbi pro ſynonymis uſurpantur) ſe praecipitem hic de ſcopulo dedit.

X.

Tuſculi in Senticeto, vulgo *Macchia delle Sterpare.*
Ex Epitome Gr. Paleograph. P. Gregorii Placentini.

ΒΑCCOC ΕΓωΝ ΟΔΕ
ΚΕΙΝΟC ΟΝ ΕΚΤΑΝΕ
ΑΤCCΟΡΟC ΑΝΗΡ

Βάσσος ἐγὼν· ὁδὲ κεῖνος· ὃν ἔκτανε δύσσορος ἀνήρ.

Sic ego vertebam.

Baſſus ego: occidit vir: ſit precor intumulatus.

In lapide habetur illa tam Graeca, quam Latina forma vocalis **Ԑ** pro E, quam Sponius *Miſcell. Erud. Ant. Sect.* 8. Graecis ait in uſu fuiſſe tempore Domitiani, Latinis ſub Juſtiniano, & Juſtino.

X I.

Thebis in S. Lucae. *Murator. p.* 2061. 1.

ΠΗΝΟC ΜΕΝ ΓΕΝΕΤΗΡΕC ΕΠΕΙ ΓΕΡΑΣ ΕCΤΙ ΘΑΝΟΥCΙ
ΚΕΙΡΟΝΤΕC ΚΛΑΙΕCΚΟΝ ΑΝΑΙCΘΗ ΤωΙ ΠΕΡΙ ΤΥΜΒωΙ
ΨΥΧΗ Δ ΕC ΤΟ ΔΙΚΑΙΟΝ ΕΒΗΙ ΗΝ Δ ΟΥΝΟΜΑ ΤΟΥΜΟΝ
ΝΗΔΙΜΟϹ ΙΤΑΛΙΚΗC ΑΔΑΗC ΠΑΙC ΗΜΕΡΟC ΟΝΤωC
ΟΥΚ ΗΜΗΝ ΕΜΠΡΟCΘΕ ΠΟΛΥΝ ΧΡΟΝΟΝ ΕΙΤ ΕΓΕΝΗΘΗΝ
ΕΙC ΟΛΙΓΟΝ ΕΤΕωΝ ΑΝΑΡΙΘΜΙΟC ΑCΤΑΤΟC ΑΙωΝ
ΟΥΚ ΑΝΑΔΡΑCΤΟΝ ΕΧΕΙ ΙΔΙΟΝ ΔΡΟΜΟΝ ΗC Δ ΕΛΑΧΕΝ ΤΙC
ΜΟΙΡΗC ΤΑΥΤΗΝ ΕΚ ΤΕΛΕCΕΙ ΚΑΙ ΓΑΡ ΒΑCΙΛΗΕC
ΤΑΥΤΑ ΕΠΕΓΡΑΨΕ ΠΑΤΗΡ Ο ΖωCΙΜΟC ΕΙΝΕΚ ΕΜΕΙΟ
ΑΙΕΙ ΜΝΗCΤΟΝ ΕΧωΝ ΨΥΧΗC ΠΟΘΟΝ ΑΘΑΝΑΤΟΙΟ

Πη-

Digitized by Google

Πῆνος μὲν γλυκτῆρες ἐπεὶ γέρας ἐστὶ θανόντι
Κείροντες κλαίεσκον ἀναίδη τοὶ περὶ τυμβῷ.
Ψυχὴ δ' ἐς τὸ δίκαιον ἔβη ἦν δ' οὔνομα τ' ἐμὸν
Νήδιμος Ἰταλικῆς Ἄδης παῖς ἤμερος ὄντως.
Οὐκ ἤμην ἔμπροσθε πολλοῦ χρόνιον εἶτ' ἐγενήθην
Εἰς ὀλίγον ἐτέων· ἀναρίθμιος ἄστατος αἰὼν
Οὐκ ἀνάδρομον ἔχει ἴδιον δρόμον ἧς δ' ἔλαχεν τὶς
Μοίρης ταύτην ἐκτελέσει καὶ οἱ βασιλῆες.
Ταῦτα ἐπέγραψε πατὴρ ὁ Ζώσιμος εἵνεκ' ἐμεῖο.
Αἰεὶ μνῆστον ἔχων ψυχῆς πόθον ἀθανάτοιο.

Verſio eſt Bricherii Columbi J. C.

Flendo comas (vita functorum eſt hoc in honorem)
Hunc circa tumulum maeſti ſcidere parentes.
Iverat ad ſuperos jam tunc anima. Ipſe vocabar
Nedimus, ille Adae Italicae puer oppido dulcis.
Haud fueram pridem: natus mox ad breve tempus
Vixi. Exlex nimium, nimiumque inſtabile ſeclum
Nunquam retrorſum graditur: ſed fata ſubibit
Quae nactus quiſquis. Sors ipſis regibus una eſt.
Zoſimus haec genitor ſcripſit, noſtri memor uſque,
Perpetuo flagrans animi immortalis amore.

In hac Claſſe Nedimus habet locum, quia cum immortali Muratorio vix poſſum non anceps eſſe, Chriſtianus ne, an Ethnicus ſit, qui lugetur. Comas ſcindere ad tumulum ſuperſtitionem ſapit: ſed anima immortalis, quae ad judicium fertur in tertio verſu εἰς τὸ δίκαιον, ex Evangelio eſt, niſi referatur ad inferorum fabulas. Fati mentio etiam in antecedenti Claſſe fuit obvia.

X I I.

Reineſ. p. 821. *Murator. p.* 1642. 5.

ΗΛΘΕΣ ΕΜΗΣ ΖΩΗΣ ΓΛΥΚΕΡΩΡΕ ΟΣ Μ ΑΠΕΛΥΣΑΣ
ΝΟΥΣΩΝ ΚΑΙ ΚΑΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΜΟΓΕΡΑΣ ΠΟΔΑΓΡΑΣ
ΑΥΡ. ΑΜΦΙΚΤΥΩΝ
ΑΓΩΝ ΕΤΟΣΟ

Ἠλ-

Ἦλθες ἐμῆς ζωῆς γλυκερώτερ᾽ ὅς μ᾽ ἀπολύσας
Νόσων καὶ καμάτων καὶ μογερᾶς ποδάγρας.
Αὐρ. Ἀμφικτύων
Ἄγων ἔτος ο.

Latine Sirmondus in notis ad Ennodium *Epiſt.* 42.
Veniſti tandem vita mihi dulcior, & me
Solviſti morbis triſtibus, & podagra.
Aurelius Amphictyo
Annum agens LXX.

XIII.

Tanquam corollarium hunc habe titulum merito ſpuriis adſcriptum apud Murator. *p.* 1813.

INGENTES TIBI GRATIAS AGO MORS
MORS FASTVS HOMINVM SEVERA VINDEX
QVAE ME TERRICVLIS RAPACIS ORCI
VIVENTEM BENE NACTA LIBERASTI
NEC VERO MALA TV SED HERMAE IN ASTRIS
IN TERRA ES SIMILIS CHAMAELEONTI
NAM FVLVIS NIGRA FVLGIDISQVE AETHRA ES

XIV.

Beneventi antea, nunc Neapoli. *Murator. p.* 1719. 2.

ZOICVS HIC NOMEN NVDVM VANVMQVE RELIQVI
IN CINERES CORPVS ET IN AETHERA VITA SOLVTA EST

XV.

Romae in columbario viae Latinae.
Murator. p. 1671. 3.

HAVETE . ANIMAE . BONAE
FINITVM . EVHODIAE . FATVM
QVI . CONSPICIS ? *Hoſpes* ?
DESINE . MIRARI . CORPVS
INANE . IACET . EVHODVS . VT
VALEAT . PATER . OPTVMVS . OPTO

Animadverte, quod rarum eſt, puncta interrogationis: cujus rei exempla forte ſuppeterent, ſi minuta quaelibet accurate inſpicerentur.

X V I.

Campigalliani in agro Mutinenſi. *Murat. p.* 1770. 5.

ΕΝΘΑΔΕ ΜΕΝ ΚΕΙΜΑΙ ΚΑΙ CωΜΑΤΟC ΟΥΤΟC Ο ΤΥΜΒΟΝ
ΕΙΝ Η ΜΝΗΜΗ ΜΕΤΟΝ ΚΛΕΟC ΕCΤΙ ΤΑΦΟC

Ἐνθάδε μὲν κεῖμαι καὶ σώματος ὗτος ὁ τύμβον.
Εἶν ἡ μνήμη μετὸν κλέος ἐςὶ τάφος.

Sic ego latine reddebam.

Hic equidem jaceo, tumuluſque eſt corporis iſte:
Laudis at eſt expers non lapis ipſe meae.

Hoc fragmentum cum litteris ſemiuncjalibus inſculptam habet Venerem, & amores, alioſque deos, deaſque hinc inde adſtantes. Anaglypha vetuſtatem teſtantur, ſed appoſiti accentus nullo adjecto ſpiritu rem dubiam Muratorio relinquebant.

X V I I.

Ex MS. Cl. Abbatis Rodulphini Venuti.

PETRONIO
BIRRONIO

PARVA QVIDEM MONVMENTA TIBI PRO MVNERE VITAE
FECIMVS ET TVMVLO TEXIMVS OSSA LEVI
SED QVONIAM TACITIS ADSVNT SVA PRAEMIA VOTIS
TESTATVR TITVLVS PIGNVS AMICITIAE
SI DATVR EXTINCTIS MENTEM RETINERE PRIOREM
RESPICE BIRRONI MVNVS AMICITIAE

Muratorius *pag.* 1489. 1. habet huic ſimilem titulum, ſed informem.

X V I I I.

Romae. *Spon. Miſcell. Erud. Ant. in fine.*

MONVMENTVM . ABSOLVI . SVMPTV . ET . IMPENSA . MEA
AMICA . TELLVS . VT . DET . HOSPITIVM . OSSIBVS
QVOD . OMNES . OPTANT . SED . FELICES . IMPETRANT
NAMQVE . QVID . EGREGIVM . QVIDVE . CVPIENDVM . EST . MAGIS
QVAM . LIBERTATIS . VBI . TV . LVCEM . ACCEPERIS
FESSAE . SENECTAE . SPIRITVM . IBI . DEPONERE
QVOD . INNOCENTIS . ARGVMENTVM . EST . MAXIMVM

Mazochius hoc epigramma deformatum habet, correctius Gru-

Gruterus, Sponius hoc modo exſcripſit, additque immortali Scaligero viſum fuiſſe foetum veteris alicujus, & elegantis poetae comici.

X I X.

Narbone. *In Gallic. Antiq. Epiſt. XV. Cl. Maffeji.*

SIC TIBI PRAETERITO REDEAT FELICIOR ANNVS
Longaeva ET FACILI *vita* REGATVR OPE
NEC DVRAE MORTIS SACRATOS LAEDERE MANES
ECCE MONENT LEGES ET LEVIS VMBRA ROGI

Grut. *p.* 905. 12. non dat SIC. initio 2. *v.* habet .... CAPER. in 3. omittit NEC.

X X.

Romae. *Grut. p.* 904. 9.

D . M
CAESIVS . AEQVIDICVS . IAM
CENTVM . CLAVSERAT . ANNOS
FELICES . ANNOS . TOT . TVLIT
HORA . BREVIS
P. D

X X I.

Ex Muſeo Veronenſi p. 171.

P. ATINIVS . L. F. FAB
HIC . SITVS . EST
SI . LVTVS . AVT . PVLVIS
TARDAT . TE . FORTE
VIATOR . ARIDA . SIVE
SITIS . NVNC . TIBI . ITER
MINVIT . PERLEGE . CVM
IN . PATRIAM . TVLERIT . TE
DEXTERA . FATI . VT . RE
QVIETVS . QVEAS . DICERE
SAEPE . TVIS . FINIBVS . ITA
LIAE . VIDI . VOBERNA . IN
QVO . EST . CORPVS . ATINI
CONDITVM

Grut. *p.* 803. 1. ponit hunc lapidem Boarni ditionis Brixionis, legitque in 1. *v. ſi lutus ſi pulvis*. At Maffejus affirmat ita extare omnia, uti damus.

X X I I.

Mediolani. *Grut. p.* 917.

SISTE GRADVM FVGIAT QVAMVIS BREVIS HORA VIATOR.
SIC FATI NVLLVS TE DOLOR EXANIMET
LESBIA QVAM TVLERAT TELLVS PVLCHERRIMA TARSIS
INDICIO SIT AMOR TOTIVS HESPERIAE
QVAM EREPTAM TERRIS PIA NVMINA SVBTRAXERVNT
HANC SIBI SOLA DOMVM CORPORIS CONSTITVIT

Ferrettius *in Muſ. Lapid.* putat eſſe Lesbiam Catulli: ſed 4. verius reclamat. Elide more veterum s in *corporis*.

X X I I I.

Lugduni. *Grut.* 661. 1.

D M
M. AETERNAE. L. CL. RVFINI
CL. HVNC. VVIVS. STIGIAS. RVFINVS
AD. VMBRAS. INSTITVIT
TITVLVM. POST. ANIME [ſic]. REQV
IEM. QVI. TESTIS. VITAE. FATIS
SIT. LEGE. FVTVRVS. CVM. DO
MVS. ACCIPIENS. SAXEA. CORPVS. HA
BENS. QVODQVE. MEAM
RETINET. VOCEM. DATA. LITE
RA. SAXO. VOCE. TVA. VIVET
QVISQVE. LEGET. TITVLOS
ROTTIO. HIC. SITVS. EST. IVVE
NILI. ROBORE. QVONDAM
CVI. SIBI. MOXQ... SI... NVTRICI
MARCIANAE. ITEM. VERINAE
COLLATIA. HAC [ſic]. MONV
MENTA. DEDIT. ET. SVB. ASCIA
DEDICAVIT
CVRANTE. CL. SEQVENTE. PATRONO

XXIV.

XXIV.

Ceſanae in Flaminia. *Grut.* 684. 8.

D M.

C. FONTEIO SPVRIANO FONTEIVS
DIONYSIVS . ET . AVRVNCEIA FLORA
FEC. ET. SIBI . POSTERISQ. EORVM

NEC . GRAVIVS . POTE . NEC . BREVIVS . SVPERANTE . PARENTE
HIC . IACET . AETERNA . FILIVS . IN . REQVIE

XXV.

In regno Tunetano. *Muſ. Veron.* 461.

SINT . LICET . EXIGVAE . FVGIENTIA . TEMPORA . VITAE
PARVAQVE . RAPTORVM . CITO . TRANSEAT . HORA . DIERVM
MERGAT . ET . ELISIS *ſic* . MORTALIA . CORPORA . TERRIS
ASSIDVE . RAPTO . LACHESIS . MALE . CONSCIA . PENSO

In turri prope locum *Cazarim* unde hoc fragmentum exſcriptum eſt, erant plurima carmina in quatuor columnas diſpertita, ſed iis plus quam temporis, barbarorum injuria obſuit.

XXVI.

Romae in S. Silveſtri. *Grut.* 928. 9.

VT . PERFERANTVR . SI . QVA . SVNT . AD . INFEROS
DATE . TERRAE . FRVCTVM . VT . TERRA . POSSIT . REDDERE
AB . ALIO . SPERES . ALTERI . QVOD . FECERIS

XXVII.

Aquini in pariete S. Joannis. *Grut.* 1133. 7.

DIIS . MANIB. SACRVM

L. MANLIO . L. F. OVF. MONTANO
L. MANLIVS . GLAVCIO . SIBI . ET
ANIMISIAE . C. L. RESTITVTAE . VX
L. MANLIO . L. F. OVF. APRO

MANLIVS . HIC . SITVS . EST . MONTANVS . RABTVS . INIQV .
FEMINEAQVE . MANV . INSPERANS . INCIDIT . AETAS
FAS . ERAT . VT . POTIVS . NATVS . PIA . FVNERA . NOBIS
PENDERET . ET . DIGNOS . COLERET . MANESQVE . PATREQVE
SI . FORTVNA . PIE . SERVASSET . VOTA . PARENTVM

Addenda Cl. VII.

XXVIII.

X X V I I I.

Velati vico agri Mediolan. *Grut.* 1137. 9.

HOC . QVI . SCIRE . CVPIS . IACEANT . QVAE . MEMBRA . SEPVLCHRO
DISCES . DVM . RELEGAS . HOS . MODO . VERSICVLOS

X X I X.

Veronae. *Fleetwod. Syllog. p.* 305.

SPONTE . FVI . PAVPER . TAM . RE . QVAM . NOMINE . FELIX
QVAESIVI . NOMEN . QVAERAT . AVARVS . OPES

X X X.

Romae ad S. Suſannae. *Fabbrett. pag.* 283. *n.* 182.

MOLLITER . OSSA . CVBENT . DICAT . ROGO . QVISQVE . VIATOR
SIC . TIBI . DEFVNCTO . DICERE . DI . IVBEANT

X X X I.

In oppido Stromonis. *Fabrett. p.* 191. *n.* 443.

L. LICINIVS . PRISCVS . ET . FABIA . EVPLIA
L. LICINIO . SEVERO . FILIO . PIENTISSIMO
PARENTES
DE . GENITORE . MIHI . DOMVS . VMBRIA . DE . GENITRICE
OSTIA . TYBRIS . IBI . VITREVS . NAR . HIC . CLVIT . ALBVS
ILLEGO *sic* . QVI . VIXI . BIS . DENO . CIRCILE . SOLIS
FLORE . GENAS . TENERO . VERNANS . ET . ROBORE . POLLENS
MILES . ERAM . SVM . DEINDE . CINIS . DE . MILITE . FACTVS
NEC . SOLVM . HOC . QVIA . ME . RAPVIT . FATVM . MALE . FECIT
QVOD . PATER . ET . MATER . PLANGVNT . HOC . PLVS . MALE . FECIT
HAC . LVCE . SI . EXCESSI . SPES . ET . FORTVNA . VALETE
NIL . AMPLIVS . IN . ME . VOBIS . PER . SECLA . LICEBIT
QVOD . FVERAT . VESTRVM . AMISI . QVOD . ERAT . MEVM . HIC . EST

X X X I I.

Capuae. *Fabrett. I. pag.* 21. *n.* 93.

O . TV . QVI . MVLTAS
HOSPES . LVSTRA
VERIS . VRBES
DIC . QVO . VIDISTI
STEMMATA . PLV
RA . LOCO

XXXII.

Digitized by Google

XXXIII.

Fabrett. ibid. n. 89.

INFELIX . ANNOSA
VIRO . NATAEQ.
SVPERSTES

XXXIV.

Romae in Muſaeo Marchionis Capponii, nunc Collegii Romani. *Murator. p. 661.*

In altera tabula.

I. SEMPER IN HANC sic	VICTVS LEBATE
TABVLA HILARE	LVDERE NESCIS
LVDAMV SAMICI	DALVSO RILOCVM

Jure Muratorius plaudit conjecturae eruditiſſimi Marchionis Capponii, qui in LEBATE jubebat legi E pro V idem ac italice *levati ſu*. Quam diu ante ſecula barbarica initium habuerit lingua italica vid. Murat. *Antiq. Ital. Diſſert.* 32. De tabula luſoria Daniel Souterius Flandro-Britannicus *l.* 12. *& ſeqq.* & Ficoronius *de Talis Luſor.*

XXXV.

Norae in Sardinia. *Murator.* 466. 4.

SALVIS . DD. NN. IMPP
THEODOSIO ET PLACIDO VALENTINIANO AVGG
SVBDVCTOS OLIM LATICES PATRIAEQVE NEGATOS
RESTITVIT POPVLIS PVRO FLAVIOLVS AMORE
CVRANTE
VALERIO ENNODIO PRINCIPALE AC
PRIMARIO EIVSDEM VRBIS

In linea 4. alibi legitur TYRO pro *Puro*, & in ultima PRIMORE pro *Primario*.

XXXVI.

Ex Fulvio Urſino. *Fleetwod. p.* 326.

FELTRIA . PERPETVO . NIMIVM . DAMNATA . RIGORE
FORTE . MIHI . POSTHAC . NON . ADEVNDA . VALE

Fulvius Urſinus *in commentar. de Viris Illuſtr.* dum C. Jul. Caeſarem inter nobiliſſimos hiſtoricos, ac poetas numerat, illius

illius hoſce verſus fuiſſe exiſtimat, in quem Aguilius Fleetwod. illud Horatianum quadrare ait: *aliquando bonus dormitat Homerus*.

XXXVII.

Ad baſim Obeliſci Byzantini.

Edmund. Chiſſul. Antiq. Aſiatic. pag. 43.

HIC . LAPIS . EST . VNVS . DIC . NVNC . QVA . EST . ARTE . LOCATVS
SI . NVNC . SVNT . BINI . DIC . VBI . CONTIGVI

XXXVIII.

Romae. *Murator.* 1969. I.

VNDA LAVAT CARNIS MACVLAS SED CRIMINA PVRGAT
PVRIFICATQVE ANIMAS MVNDIOR AMNE FLVENS
QVISQVE SVIS MERITIS VENERANDA SACRARIA PAVLI
INGREDIENS SVPPLEX ABLVE FONTE MANVS
PERDIDERAT LATICVM LONGO AEVO INCVRIA CVRSVS
QVOS TIBI NVNC PLENO CANTARVS ORE VOMIT
PROVIDA PASTORIS PER TOTVM CVRA LEONIS
HAEC OVIBVS CHRISTI LARGA FLVENTA DEDIT

Erat hic olim lapis in loco cantari Aquae ſanctae ante portam Baſilicae S. Pauli. De quo Leone Pont. ſermo ſit, non apparet. Ferrettius *pag.* 188. dat duntaxat tertium diſtichon, & legit LONGAEVA pro *longo aevo*.

XXXIX.

Romae in ponte Salario.

QVAM . BENE . CVRBATI . DIRECTA . EST . SEMITA . PONTIS
ANTE . INTERRVPTVM . CONTINVATVR . ITER
CALCAMVS . RAPIDAS . SVBIECTI . FLVMINIS . VNDAS
ET . LIBET . IRATVM . CERNERE . MVRMVR . AQVAE
ITE . IGITVR . FACILES . PER . GAVDIA . VESTRA . QVIRITES
ET . NARSEN . RESONANS . PLAVSVS . VBIQVE . CANAT
QVI . POTVIT . RIGIDAS . GOTORVM . SVBDERE . MENTES
HIC . DOCVIT . DVRVM . FLVMINA . FERRE . IVGVM

XL.

Ex Pauſania in Boeoticis in fin. *Fabrett. X. p.* 676.

ΠΕΝΤ ΕΠΙ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΠΟΔΑΣ ΠΗΔΗΣΕ ΦΑΥΛΛΟΣ
ΔΙΣΚΕΥΣΕΝ Δ ΕΚΑΤΟΝ ΠΕΝΤ ΑΠΟΛΕΙΠΟΜΕΝΩΝ

Πέντ'

Πέντ' ἐπὶ πεντηκόντα πόδας πήδησε Φαΰλλος
Δισκεῦσεν δ' ἑκάτον πέντ' ἀπολειπομένων.

Ibidem.

Quinquaginta pedes ſaliit cum quinque Phayllus
Ad centum diſcum, ſed deme quinque jacit.

Fabrettus vix credibilis hujus ſaltus auctorem fuiſſe conjicit Phayllum Crotoniatem, quem idem Pauſanias in *Phocic.* nulla olympia palma inſignem, ſed Pythicis ludis duas, de ſtadio tertiam tuliſſe tradit.

XLI.

Scrofani. *Ex Ligorio Murat. p.* 1133. 1.

ΚΑΛΛΙΤΕΚΝΟΝ
ϹΕΜΝΗΝ ΟΔΕ
ΤΥΜΒΟϹ ΕΧΕΙ ϹΕ
ΑΦΟΔΕΙΤΗ

Καλλίτεκνον σέμνην ὅδε τύμβος ἔχει σε Ἀφοδείτη.

Id eſt.

Formoſam ac miram tumulus tenet hic Aphoditen.

XLII.

Ex Muſeo Veronenſi p. 317. 1.

ΠΑΡΘΕΝΙϹ
ΕΝΘΑΔΕΚΕΙ
ΤΑΙΑΓΗΡΑΤΟϹ
ΑΘΑΝΑΤΗΤΕ

Ita diſtinguit, vertitque Cl. Maffejus:

Παρθενὶς ἐνθάδε κεῖται ἀγήρατος ἀθανάτητε.

Parthenis heic immortalis minimeque ſeneſcens.

XLIII.

Athenis. *Spon. Miſcell. Erud. Ant. Sect. X. p.* 320.

ΕΝΘΑΔΕ ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΚΑΘΑΡΩ ΠΥΡΙ ΓΥΙΑ ΚΑΘΗΡΑΣ
ΑΣΚΗΤΗΣ ΣΟΦΙΗΣ ΩΧΕΤ ΕΣ ΑΘΑΝΑΤΟΥΣ
ΕΝΘΑΔΕ ΔΙΑΛΟΓΟΙΟ ΣΑΟΦΡΟΝΟΣ ΟΣΤΕΑ ΚΕΥΘΕΙ
ΓΥΜΝΑΣ ΟΣ ΑΜΦ ΑΡΕΤΗΝ ΕΠΛΕΤΟ ΚΑΙ ΣΟΦΙΕΝ
ΑΛΛΑ ΤΑ ΜΕΝ ΚΕΥΘΕΙ ΜΙΚΡΑ ΚΟΝΙΣ ΑΜΦΙΚΥΘΕΙΣΑ
ΨΥΧΗΝ Δ ΕΚ ΜΕΛΕΩΝ ΟΥΡΑΝΟΣ ΕΥΡΥΣ ΕΧΕΙ

Ἐνθάδε Διάλογος, καθαρῷ πυρὶ γυῖα καθήρας,
Ἀσκήτης σοφίης ᾤχετ' ἐς ἀθανάτους.
Ἐνθάδε Διαλογοῖο σαόφρονος ὄστεα κεῦθει,
Γυμνὰς ὃς ἀμφ' ἀρετὴν ἔπλετο καὶ σοφίην.
Ἀλλὰ τὰ μὲν κεῦθει μικρὰ κόνις ἀμφικυθεῖσα,
Ψυχὴν δ' ἐκ μελέων οὐρανὸς εὐρὺς ἔχει.

Sic ego latine, uſus in voce Dialogus licentia graeca.

Membra ubi Dialogus nitido expurgavit in igne,
Perrexit ſophiae cultor ad Elyſios.
Dialogi hic frugi cineres conduntur & oſſa,
Virtutis totus qui fuit & ſophiae.
Ille quidem exiguus cinis hoc jacet in monumento,
Aſt animam extra artus amplus olympus habet.

X L I V.

Inter Farneſianas. *Ex Muſ. Veron. p.* 318.

ΕCΤΩCΔΙCΓΑΖΕΙC....
ΤΠΕCΤΙΝΤΩΔΤΠΟΤΤ..
ΒΩΑΝΗΡΕΤΖΗCΑCΤΡΙC
ΕΤΕΩΝΔΕΚΑΔΑCΤΟΤ
ΝΟΜΑΠΟΛΛΟΦΑΝΗC.
ΠΙCΤΕΙΜΕΓΑ....ΔΕΙΔΟ
ΞΗΟCΠΡΟΛΕΓΕΙΘΝΑΤΟΙC
ΕΤΦΡΟCΤΝΗCΜΕΤΕΧΕΙΝ
ΤΗΝΔΕΠΙΤΤΜΒΙΔΙΟΝ
ΤΟΤΤΩΘΗΚΕΝΧΑΡΙΝΟΝ
ΤΡΕΦΕΠΑΙΔΑΤΟΤΝΟ
ΜΑΚΑΙΤΕΧΝΗΝΗΝΔΙΟ
ΔΩΡΟCΟΔΕ

Cl. Maffejus notat in quinto ſuperfluere τοῦτο:

Ἑστὼς διστάζεις τίς ὕπεστιν τᾷδ' ὑπὸ τύμβῳ;
Ἀνὴρ δὲ ζήσας τρεῖς ἐτέων δεκάδας,
Τοὔνομ' Ἀπολλοφάνης, πίστει, μεγακύδεϊ δόξῃ
Ὃς περιλέγχει θνατοῖς εὐφροσύνης μετέχειν.
Τὴν δ' ἐπιτυμβίδιον θῆκεν χάριν ὃν τρέφε παῖδα,
Τοὔνομα καὶ τέχνην ἦν Διόδωρος ὅδε.

Idem

Idem latine vertit.

Ambigis inſpectans, tumulus quem contegat iſte?
Qui annorum exegit tres decades, hominem
Nomine Apollophanem, virtute, & nomine magno,
Qui vita functos laetitiam docuit.
Funereum hoc ponit donum illi filius. Heic eſt
Qui Diodorus re, & nomine rite fuit.

X L V.

Corinthi. *Ex Cyriaco Anconitano p. 13. n. 125.*

ΙΗ ΠΡΟ ΤΡΟΦΙΜΩ ΠΙϹΤΝΟΙ
ΘΗΡΕΤΤΑΙ ΑΝΔΡΕϹ
ΕΧΟΜΕΘΑ
ΑΝΘ. ΩΝ. ΧΑΛΚΕΙΗΝ. ΤΗΝ. Δ. ΙΚΟΝΑ. ΘΗΚΑΝΕΝ. ΑΝΔΡΟΣ
ΕΓΓΤΣ. ΘΗΡΕΙΩΝ. ΙϹΤΑΜΕΝΟΙ. ϹΤΟΜΑΤΩΝ

Ἰὴ πρὸ Τροφίμου πίσυνοι
Θηρευταὶ ἄνδρες ἐξόμεθα.
Ἀνθ' ὧν χαλκείην τὴν δ' ἰκόνα θῆκανεν ἀνδρὸς,
Ἐγγὺς θηρείων ἱστάμενοι σομάτων.

Id eſt.

Io ante Trophimum obedientes
Venatores viri ſumus.
Propterea hoc hominis ſimulacrum ex aere dicamus,
Intrepidi ſtantes, ut decet, ante feras.

ΙΗ ſive *io* adclamatio eſt, qua Trophimo perilluſtri venatori plauditur.

X L V I.

Romae in clivo Capitolino. *Grut.* 701. 10.

ΕΙϹ ΘΡΗΝΟΤϹ ΕΦΤΑΛΞΑϹ ΑΤΙΝΙΑΝωΙ ΚΑΚΕ ΔΑΙΜΟΝ
ΟΤΚ ΟϹΙωϹ ΠΟΙΝΗΝ ΕΤϹΕΒΙΗϹ ΚΑΤΕΔΟΤ
ΡΟΤϹΤΙΚΟΝ ΗΓΕΜΟΝΗ ΑΠΟϹΙΝ ΚΑΙ ΠΑΙΔΑ ΤΙΘΗΝΟΝ
ΠΟΜΠΗΙΟΝ ΜΑΖΩΙ ΘΕΛΓΟΜΕΝΟΝ ΓΛΤΚΕΡΩΙ
ΜΗΓΕΡΑ Τ ΑΡϹΟΤΕΝΗ ΠΟΜΠΗΙΑΝ ΗΔΕ ΠΟΤΔΕΝΤΑϹ
ΤΙΟΝ ΚΑΙ ΠΑΠΠΟΝ ΦΕΤ ΘΑΝΑΤΩΝ ΑΝΙϹωΝ
ΠΑΠΠΟϹ ΜΕΝ ΓΕΝΕΗϹ ΠΡΟΠΑΤωΡ ΠΕΛΕΗ ΗΙΘΕΟΙΔΕ
ωΧΕΤ ΕΧωΝ ΟΤΔΕΝ ΠΛΗΝ ΔΑΚΡΤΟΝ ΠΡΟ ΤΑΦΟΤ

Εἰς θρήνους ἐφύλαξας Ἀτινιανοῦ κακὲ δαῖμον,
Οὐκ ὁσίως ποινὴν δυσεβίης κατίδου.
Ῥοῦστικον Ἡγεμόνη ἀποσὶν καὶ παῖδα τιθηνὸν
Πομπήιον μαζῷ θελγόμενον γλυκερῷ,
Μητέρα τ' ἀρσογένη Πομπηίαν, ἢ δὲ Πουδέντας.
Υἱὸν, καὶ πάππον, φεῦ θανάτων ἀνίσων;
Πάππος μὲν γενεῆς προπάτωρ πέλεν. Ἠίθεοι δὲ
ᾤχετ' ἔχων οὐδὲν πλὴν δακρύων περὶ τάφου.

Sic vertit Benedictus Hegius.

Daemon Atinianum in luctus ſcelerate reſervas;
Hoccine juſtitiae eſt, hoc pietatis opus?
Ruſticum Hegemonea virum, ac prae dulcia parvum
Pompejum exugentem ubera matris adhuc,
Tarſigenam matrem Pompejam, atque Pudentas,
Filiolumque, & avum, haeu funera iniqua! petis.
Progenitor fuit ipſe avus aetate. Innubus autem
Ad feretrum lacrimas nil niſi habens abiit.

X L V I I.

Corcyrae. *Murator. Theſ. p.* 1041. 5.

ΜΥΡΙ ΑΠΟΦΘΙΜΕΝΟΙΟ ΤΑΦΩ ΠΙΡΙ ΤΩΔΕ ΧΥΘΕΙΣΑ
ΠΑΙΔΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΜΥΡΑΤΟ ΚΑΛΛΙΟΠΑ
ΩΚΥΜΟΡΟΝ ΚΑΙ ΑΤΕΚΝΟΝ ΕΠΕΙΘΕΤΟ ΤΑΔ ΕΠΙ ΓΑΙΑ
ΕΠΤΑ ΚΑΙ ΕΙΚΟΣ ΕΤΟΥΣ ΠΝΕΥΜΑ ΛΙΠΟΝΤΑ ΒΙΟΥ
ΙΣΤΟΡΑ ΠΑΙΔΕΙΑΣ ΤΟΞΩ ΚΑΥΤΟΝ Ω ΠΟΚΑ ΛΗΣΤΑΣ
ΑΝΔΡΟΦΟΝΟΥΣ ΑΛΙΑΙΣ ΚΤΕΙΝΕΝ ΕΠΙ ΣΤΡΟΦΑΣΙΝ
ΑΛΛ ΙΘΙ ΝΥΝ ΠΑΡΟΔΙΤΑ ΤΟΝ ΕΚ ΚΘΟΝΟΣ ΚΑΙΝΟΟΙΟ
ΚΑΙΡ-ΕΙΠΩΝ ΑΓΑΘΟΥ ΠΑΙΔ ΑΓΑΘΟΝ ΣΑΤΥΡΟΥ

Μύρει ἀποφθιμένοιο τάφῳ περὶ τῷδε κυθεῖσα
Παιδὸς Ἀλεξάνδρου μύρατο Καλλιόπα.
Ὠκύμορον καὶ ἄτεκνον ἐπέθετο τῷδ' ἐπὶ γαίᾳ
Ἑπτὰ καὶ εἴκοσ' ἔτους πνεῦμα λίποντα βίου.
Ἵστορα παιδείας τόξῳ κλυτὸν ὦ πόκα λῃστὰς
Ἀνδροφόνους ἀλίαις κτεῖνεν ἐπὶ στρόφασιν.
Ἀλλ' ἴθι νῦν παρόδιτα τὸν ἐκ χθόνος κλινοοῖο,
Καίρ' εἰπὼν ἀγαθοῦ παῖδ' ἀγαθὸν Σατύρου.

Sic

Digitized by Google

Sic ego latine.

Hunc circa tumulum fundens unguenta parenti
Filii Alexandri Calliope illacrimans,
Hic poſuit ſine prole virum, qui ut floruit annos
Septem & viginti, triſtia fata ſubjt,
Doctus, & inſignis telo, quo furibus olim
Litora barbaricis eripuit Strophadum.
Ex terra Alcinoi jam nunc diſcede, viator,
Sed Satyri dicens optime nate vale.

Muratorius in 1. *v.* legendum ait ΜΥΡΑ pro ΜΥΡΙ, & ΧΕΘΥΣΑ pro ΧΥΘΕΙΣΑ, & in poſtremo pentametro ΕΙΠΩΝ vim habere Homerici verbi ΕΝΝΕΠΕ.

XLVIII.

Fabrett. I. p. 29. n. 130.

1. STALLIVS . GAIVS . HAS . SEDES . HAVRANVS . TVETVR
2. EX . EPICVREIO . GAVDIVIGENTE . CHORO

1. Hoc diſtichon, cujus in hexametro bis eliditur littera finalis S, ut legatur,

Stalliu' Gajus has ſedes Hauranu' tuetur,

marmore antiquo inſculptum, Fabretti aevo Neapoli extabat, nunc muſeum ornat celeberrimi Antonii Franciſci Gorii, quem amice Hagenbuchius arguit, nimis eum feciſſe duriter, quod hunc lapidem e genuinorum numero ad ſpurios relegaverit *Inſcript. Etr. Vol. III. p.* 15. *num.* 70. Graverolius extrema epiſtola, Sorberianis praefixa, hanc epigraphen, in qua tamen cum damno metri omiſit HAS, ante Fabrettum edidit, teſtatus non ita pridem inventam Capuae. Stallia gens in Fabr. *p.* 648. & in *Donian. inſcr. p.* 219. nota eſt, quam in Muratorio *p.* 147. 1. per incuriam in Statiliam mutatam eſſe Hagenbuchius dolet, *Epiſt. Epigr. ad Gorium p.* 478. *ſeq.*

2. *In Gaudivigente Choro* Graverolius perfectam ideam ſive imaginem recognoſcit hominis Epicurei, quem diceres cum Horatio *Epicureum de grege porcum*. *Gaudivigens* vocula e vino nata. Quid *Hauranus*? an gaudivigens chorus, ſeu combibones Epicureji Gajo Stallio hoc cognomen inditum vo-

lue-

luerunt ab *hauriendo* vino ? ſic *Biberius* pro Tiberio legitur, pro Claudio *Caldius*, pro Nerone *Mero*. *Suet. Tib.* 42. Vid. *Hagenbuchius loc. cit.*

X L I X.

Romae in Vaticano ſub ſtatua, quae manu poculum tenebat.
Fabrett. pag. 421. *n.* 387.

TIBVR MIHI PATRIA AGRICOLA SVM VOCITATVS
FLAVIVS IDEM EGO SVM DISCVMBENS VT ME VIDETIS
SIC ET APVT *ſic* SVPEROS ANNIS QVIBVS FATA DEDERE
ANIMVLAM COLVI NEC DEFVIT VMQVA LYAEVS
PRAECESSITQVE PRIOR PRIMITIVA GRATISSIMA CONIVNCXS *ſic*
FLAVIA ET IPSA CVLTRIX DEAE PHARIAES CASTA
SEDVLAQVE ET FORMA DECORE REPLETA
CVM QVA TER DENOS DVLCISSIMOS EGERIM ANNOS
SOLACIVMQVE SVI GENERIS AVRELIVM PRIMITIVVM
TRADIDIT QVI PIETATE SVA COLERET FASTIGIA NOSTRA
HOSPITIVMQVE MIHI SECVRA SERVAVIT IN AEVVM
AMICI QVI LEGITIS MONEO MISCETE LYAEVM
ET POTATE PROCVL REDIMITI TEMPORA FLORE
CETERA POST OBITVM TERRA CONSVMIT ET IGNIS

L.

Fabrett. X. p. 752. *n.* 594.

1. QVI PATRIAS CONSVMPSIT OPES VENTRIQVE DICAVIT
HIC SITVS IGNAVAE GLORIA PRIMA GVLAE
QVIQVE SIBI IVGVLVM SECVIT NE PAVPERE MENSA
FACTVS INOPS TRISTES DVCERET INDE DIES
SPARGE MERO DAPIBVSQVE IGITVR NON THVRE SEPVLCHRVM
HOC APICI REDEAT PRISCVS IN OSSA CALOR

Deſumpſit Fabrettus e ſchedis Peniae, additque in ejus adverſariis huic titulo inter ſpurios fuiſſe locum, quia Martialis *III.* 22. Apicium tradit veneno interiiſſe, poſtquam ſeſtertium trecenties, vel ter centies, ut Meurſius legit, aut potius nongenties liguriverat, ut docet Seneca in *Conſolat ad Helviam*. At enim quod de veneno dicitur, tanti non eſt, ut hunc titulum nothis adjungamus. Nam guloſi ac nepotes omnes *Apicii*,

cii, aut *Apiciani* dicti ſunt, & ille in proverbium abiit, qui & alpha helluonum audivit, & altiſſimus nepotum gurges *Plin. H. N. X.* 48. Non unus, ſed tres fuere Apicii magnae gulae, primus circa tempora Caeſaris; ſecundus ſub Tiberio, tertius ſub Trajano. Ex iis, qui veneno interiit, ſecundum fuiſſe conſtat, ceteros latet. Quoniam vero fit mentio de liguritoribus, his addo multibibum, cujus lapis extabat in atrio domus Cinciae ſub vaſe utrinque anſato, & tigribus hinc inde alterum pedem anteriorem illi imponentibus.

L. I.

Fabr. III. p. 115. *n.* 295.

CVM MIHI MORS ANIMAM
RAPIET . ET . IAM . NON POTE
RO BIBERE . FATAQVE VI
1. NVM IQVA *ſic* APSTVLERINT *ſic*
SIC SEPELITE ROGO SENECA

1. Fata *iniqua*, *ſitus malus*, & huic ſimiles dicendi rationes tam ſunt tritae in marmoribus, ut notatione vix egeant.

Cl. Murator. *p.* 1743. 12. e ſchedis Ptolomeis legit in 3. & 4. lin. FATAQVE VIVVM QVA, & in fine SENECE. Tum BIBERE interpretatur *vivere*, nec deeſſe hic ait, quae ſpurii tituli ſuſpicionem ingerant. At Fabrettus, ſe ab autographo exſcripſiſſe fatetur.

Huc revoca T. Flavii Martialis titulum a nobis datum 1. *Vol. p.* 197., quam ad Epicureum cum Gorio ſpectare diximus. At Cl. Muratorius in *Nov. Theſ. Vol. III. pag.* 1677. 2. *ſi Epicureum*, inquit, *hominem hic habemus, cur Deorum Manium ſit mentio?* ſcite ac perbene. *Porro niſi demens, nemo dicat, ſe poſt mortem habere quod edit & bibit*. Nimirum quia demens, ita Martialis loquitur. Ut enim digna liberalitatis eſt illa vox: *Quicquid amicis quis tribuit, id eſſe ſuum, ita intemperantiae eſt illa, quod ligurierit, ſe poſſidere, quod reliquerit, amiſiſſe*. Faciunt ad rem, ſive genuinae ſint, ſive ſpuriae, quae ſequuntur, inſcriptiones duae.

LII.

L I I.

Vivuli Potatoris.

Ex Malvaſia in Comment. Aelia Laelia Criſpis &c. p. 139.
Labbe Part. IX. Epiſt. 235.

DOCTIBIBVS . IACET . HEIC . IS . QVI . DVM . VITA . MANEBAT
NON . MERVIT . DICI . VIVVLVS . AT . BIBVLVS
NAMQVE . VIDENS . TVMIDOS . PER . TOT . VINETA . RACEMOS
OMNIA . POTIPOTENS . VINA . VETVSTA . BIBIT
GRANDINE . PLVS . SOLITO . GRANDI . VINDEMIA . SICCIS
EXHAVSTISQVE . CADIS . TOTA . ET . VBIQVE . CADIT
VIVVLVS . EXCLAMANS . MISERO . SPES . ERGO . BIBENDI
OMNIS . ADEMPTA . MIHI . SIT . MEA . VITA . MORI
ET . VERE . MORIENS . HAEC . VERBA . NOVISSIMA . DIXIT
MALO . MORI . NVNC . QVAM . VIVERE . NEC . BIBERE

L I I I.

Ex eodem Malvaſia loc. cit.

VIXI . EDI . ATQVE . BIBI . LVRCO . MERVS . ATQVE . PROPINO
HAEC . MIHI . QVOT . CVRIS . VITA . PERACTA . FVIT.
QVI . LEGIS . HAEC . DIVAE . BONA . VERBA . PRECARE . VACVNAE
NVNC . SALTEM . VACVO . DONET . VT . ESSE . MIHI

L I V.

Romae in pratis Mutiis. *Grut. p. 792. 1.*

D I S . M A N I B V S .
IVLIAE . FELICVLAE
C O N . I V G I . B E N E
M E R E N T I . E I V S D E M
FILIO . NEPTVNALI . PATER
F E C I T . E V A R I S T V S . P V B L I C
I V L I A N V S . S I B I . E T . S V I S
P O S T E R I S Q V E . E O R V M
HOSPES . AD . HVNC . TVMVLVM
NE . MEIAS . OSSA . PRECANTVR
TECTA . HOMINIS . SET . SI . GRATVS
HOMO . ES . MISCE . BIBE . DA . MI

LV.

L V.

In ruinis Cortynae in Creta in veſtigiis Hippodromi .

Grut. pag. 1116. 8.

ΙϹΠΗΡΙΗϹ ΠΑϹΗϹ ΧΘΟΝΟϹ ΟΒΡΙΜΟΝ ΙΘΥΝΤΗΡΑ
ΜΑΡΚΕΛΛΟΝ Ο ΘΡΑϹΥϹ ΜΑΡΨΕ ΜΟΡΟϹ ΤΑΜΙΗΝ
ΕΛΛΑΔΟϹ ΑΓΛΑΟΝ ΕΡΝΟϹ ΕΥΔΟΚΙΗΙ ΚΥΚΛΑΔΟΝ ΓΗϹ
ΚΟΥΦΙΖΩΝ ΠΟΛΙΑϹ ΘΗΚΕΝ ΕΛΑΦΡΟΤΕΡΑϹ
ΤΟΥΝΕΚΑ ΚΑΙ ΠΡΟΘΥΡΟΙϹΙ ΔΙΚΙ Ϲ ΕΠΙΜΑΡΤΥΡΑ ΘΕϹΜΩΝ
ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ ΠΥΡΡΟΝ ΘΗΚΕΝ ΕΦΗΜΟϹΥΝΗ

Ἑσπηρίης πάσης χθόνος ὄβριμον ἰθυντῆρα
Μαρκέλλον [a] ὁ θρασὺς μάρψε μόρος ταμίην.
Ἕλλαδος ἀγλαὸν, ἔρνος εὐδοκίῃ κυκλάδων γῆς
Κυφίζων πόλιας θῆκεν ἐλαφροτέρας.
Τοὔνεκα καὶ προθύροισι δίκι σ' ἐπιμάρτυρα θεσμῶν
Βέλη, καὶ Πύρρον θῆκεν ἐφημοσυνῃ.

a Alibi ὀρακὴς pro ὁ θρασὺς.

Furlanus ita latine reddit .

Marcellum Heſperiae ductorem fortia facta
Quaeſtorem inſignis fecit & ipſe labor
Grajugenam clarum, qui rexit Cycladas omnes,
Atque agerent ſtatu liberiore dedit .
Illi ideo Pyrrhi decreto, & lege ſenatus
Juſtitiae hoc ſignum ponitur ante fores .

L V I.

Puteolis in villa M. T. Cic. *Ex Plin. H. N. XXXI.* 2.

QVO . TVA . ROMANAE . VINDEX . CLARISSIME . LINGVAE
SILVA . LOCO . MELIVS . SVRGERE . IVSSA . VIRET
ATQVE . ACADEMIAE . CELEBRATAM . NOMINE . VILLAM
NVNC . REPARAT . CVLTV . SVB . POTIORE . VETVS
HIC . ETIAM . APPARENT . LYMPHAE . NON . ANTE . REPERTAE
LANGVIDA . QVAE . INFVSO . LVMINA . RORE . LAVANT
NIMIRVM . LOCVS . IPSE . SVI . CICERONIS . HONORI
HOC . DEDIT . HAC . FONTES . QVVM . PATEFECIT . OPE
VT . QVONIAM . TOTO . LEGITVR . SINE . FINE . PER . ORBEM
SINT . PLVRES . OCVLIS . QVAE . MEDEANTVR . AQVAE

Poſt Ciceronis caedem, ejus villa poſſeſſorem habuit Antiſtium Veterem, tum Hadrianum imperatorem, ubi & mortuus eſt: *Ael. Spartian. in vit.* 25. Ea villa celebrata erat porticu & nemore, quam & vocabat Cicero Academiam, ibi compoſitis voluminibus ejuſdem nominis, in qua & monumentum ſibi inſtauraverat, ceu vero, inquit Plinius, non & in toto terrarum orbe feciſſet. Poſt ejus obitum, Antiſtio Vetere poſſidente, eruperunt fontes calidi, celebrati hoc carmine Laureae Tullii e libertis ejus, ut noſcatur etiam illa majeſtas e miniſterio, & miniſterium ex illa majeſtate.

L V I I.

Londini in muſeo Cl. D. Hans Sloane.

Ex Muſeo Veronenſi 444. *6.*

CALLIA . ME . GENVIT . NOMEN . MIHI . DIVITIS . VNDAE
CONCHA . DEDIT . FORMAE . NOMINIS . APTVS . HONOS
DOCTA . PER . INCERTAS . AVDAX . DISCVRRERE . SILVAS
COLLIBVS . HIRSVTAS . ATQVE . AGITARE . FERAS
NON . GRAVIBVS . VINCLIS . VMQVAM . CONSVETA . TENERI
VERBERA . NEC . NIVEO . CORPORE . SAEVA . PATI
MOLLI . NAMQVE . SINV . DOMINI . DOMINAEQVE . IACEBAM
ET . NORAM . IN . STRATO . LASSA . CVBARE . TORO
ET . PLVS . QVAM . LICVIT . MVTO . CANIS . ORE . LOQVEBAR
NVLLI . LATRATVS . PERTIMVERE . MEOS
SED . IAM . FATA . SVBI . PARTV . IACTATA . SINISTRO
QVAM . NVNC . SVB . PARVO . MARMORE . TERRA . TEGIT

L V I I I.

Romae in aed. Ducis Urbini in via lata.

Fabrett. IV. p. 331. *n.* 490.

QVOD POTVI POSVI TIBI FIDA CATELLA SEPVLCHRVM
DIGNA MAGIS CAELI MVNERE QVAM TVMVLI
CANDENTI E LAPIDE HAEC TIBI CONVENIT VRNA FVISTI
CANDIDA TOTA PILO CANDIDA TOTA FIDE
SI CAELVM VT QVONDAM CANIBVS PATET HAVD TVA TERRAS
INCENDET SED VER STELLA PERENNE DABIT
TITAE CATELLAE BLANDISSIMAE ANTONIVS THEBALDEVS

Hoc

Hoc epigramma inter vetera recenſet Gutherius de *Jur. Man. II.* 37. ſed ut recentioris aetatis foetum dat liber Peniae manuſcriptus. *Fabrett. ibid.*

L I X.

Romae e ſchedis Barberinis. *Fabrett. IV. p.* 331.

HIC · SITA · SVM · VARIOS · AVIVM · PERFINGERE · CANTVS
DOCTA · AVIS · E · SICVLO · PRAEDA · PETITA · SINV
NVPER · HERVM · STVDIIS · FESSVM · CVRISQVE · LEVABAM
NVNC · MANES · BLANDIS · MVLCEO · RAPTA · SONIS

L X.

Ex muſeo Marchionis Maximi in vaſe minutiſſimis characteribus. *Fabrett. p.* 332. *p.* 494.

DIS · AVIBVS
LVSCINIAE PHILVMENAE EX AVIARIO DOMITIOR
SELECTAE VERSICOLORI PVLCERRIMAE *ſic* CANTRICI
SVAVISS. OMNIBVS GRATIIS AD DIGITVM PIPILLANTI
IN POCVLO MVRRHINO CAPVT ABLVENTI
INFELICITER SVMMERSAE HEV MISELLA
AVICVLA HINC INDE VOLITABAS TOTA
GARRVLA TOTA FESTIVA LATITAS MODO
INTER PVLLA LEPTYNIS LOCVLAMENTA
IMPLVMIS FRIGIDVLA CLAVSIS OCELLIS
LICINIA FILVMENA DELICIAE SVAE
QVAM IN SINV PASTILLIS ALEBAT
IN PROPRIO CVBICVLO ALVMNAE KARISS.
LACRVMAS POS.
HAVE AVIS IVCVNDISSIMA QVAE MIHI VOLANS
OBVIA BLANDA PERSONANS ROSTELLO SALVE
TOTIES CECINISTI CAVE AVIS AVIA AVERNA
VALE ET VOLA PER ELISIVM
IN CAVEA PICTA SALTANS QVAE DVLCE CANEBAT
MVTA TENEBROSA NVNC IACET IN CAVEA

L X I.

Romae ad portam Nomentanam in villa Emi Cardinalis Silvii Valenti Gonzagae.

SCITA . HIC . SIT
PAPILIO . VOLITAS
TEXTO . RELIGATVS
ARANIST . ILLEI . PRAE
DA . REPENS . HVIC
DATA . MORS . SVBIT
AST

Papilio volitans texto religatus araniſt;
Illei praeda repens, huic data mors ſubitaſt.

Minus uſitatum eſt, praenomen *illa* rei proximae tribui, ut huic papilioni, ſed exemplo non caret apud Plautum. SCITA pro *ſita*: ILLEI pro *illi*.

L X I I.

Extra Neapolim. *Murat. p.* 1689.

D M
M. MARIO . PROCVLO
VIX. ANN. III. MENS. IIII. D. VIIII.
M. MARIVS . FRONTO
ET . COSCONIA . HYGIA
PARENT. INFELICISS.
FILIO . PIISSIMO . FECERVNT . ET . SIBI
LIB. LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EOR.
SI . NON . FATORVM . PRAECEPS . HIC . MORTIS . OBISSET
MATER . IN . HOC . TITVLO . DEBVIT . ANTE . VEHI .
ET . TV . PRAETERIENS . DICAS
PROCVLE . SIT . TIBI . TERRA . LEVIS

L X I I I.

Inter marmora Oxonienſia. *Fabrett. pag.* 301.

ΚΛΑΥΔΙΟϹ ΙΗΤΗΡ ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΣ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΜΑΙ
ΠΑΝΤΟΙΗϹ ΔΕΔΑΩϹ ΚΡΑΙΠΝΟΝ ΑΚΕΣΜΑ ΝΟΣΟΥ
ΞΥΝΟΝ ΤΟΥΤΟ ΔΕ ΜΟΙ ΚΑΙ ΜΥΡΤΑΛΗ ΗΙϹΑ ϹΥΝΕΥΝΩ
ΜΝΗΜΑ ΜΕΤ ΕΥϹΕΒΕΩΝ Δ ΕϹΜΕΝ ΕΝ ΗΛΥϹΙΟΙ

Κλαυ-

Κλαύδιος ἰητὴρ Ἀγαθήμερος ἐνθάδε κεῖμαι,
Παντοίης δεδαὼς κραιπνὸν ἄκεσμα νόσου.
Ξυνὸν τοῦτο δὲ μοὶ, καὶ Μυρτάλῃ ἧισα συνεύνῳ
Μνῆμα· μετ' εὐσεβέων δ' ἐσμὲν ἐν Ἐλυσίῳ.

Sic ego vertebam.

Claudius hic jaceo medicina Agathemerus ingens,
Qui omnigeni noram pharmaca certa mali.
Hoc mecum ſortita ſimul commune ſepulcrum
Myrtala: cumque piis nos tenet Elyſium.

L X I V.

Ad ripas fluvii Caſulini. *Reineſ. p.* 350.

ΡΕΙΘΡΑ ΚΑΣΩΛΙΝΟΥ ΠΟΤΑΜΟΥ ΒΕΒΑΡΗΜΕΝΑ ΝΕΚΡΟΙΣ
ΔΕΞΑΤΟ ΤΥΡΣΗΝΗΣ ΗΙΟΝΟΣ ΚΡΟΚΑΛΗ
ΗΝΙΚΑ ΦΡΑΓΓΙΚΑ ΦΥΛΑ ΚΑΤΕΚΤΑΝΕΝ ΑΥΣΟΝΙΣ ΑΙΧΜΗ
ΟΠΠΟΣΑ ΔΕΙΛΑΙΩΙ ΠΕΙΘΕΤΟ ΒΟΥΤΙΛΙΝΩΙ
ΟΛΒΙΟΝ ΑΝ ΤΟΔΕ ΡΕΥΜΑ ΚΑΙ ΕΣΣΕΤΑΙ ΑΝΤΙ ΤΡΟΠΑΙΟΥ
ΑΙΜΑΤΙ ΒΑΡΒΑΡΙΚΩΙ ΔΗΡΟΝ ΕΡΕΥΘΟΜΕΝΟΝ

Ῥεῖθρα Κασωλίνου ποταμοῦ βεβαρημένα νεκροῖς
Δέξατο τυρσήνης ἠιόνος κροκάλη.
Ἡνίκα Φραγγικὰ φῦλα κατέκτανεν Αὐσονὶς αἰχμή
Ὁππόσα δειλαίῳ πείθετο Βουτιλίνῳ.
Ὄλβιον ἂν τόδε ῥεῦμα καὶ ἔσσεται ἀντὶ τροπαίου
Αἵματι βαρβαρικῷ δηρὸν ἐρευθόμενον.

Latine vertit Frid. Morellius ad Conſtant. Porphyr.

Plena cadaveribus, taboque infecta fluenta
Tuſca Caſulini cepit arena rubens.
Quum fractos acies populos Romana cecidit,
Et quot parebant agmina Butilino.
Nae felix amnis, qui praefert ſigna tropoei,
Dum rubet aeternum ſanguine barbarico.

Secundum verſum emendat mihi peramicus, & graecae, latinaeque eruditionis peritiſſimus Abbas Juſtinianus Orſinus.

Butilinum Germanum Francor. Rex Gothis foederatus contra Narſetem in Italiam miſit, qua direpta, quum in Campania hyemaret juſto praelio victus periit. Jovius *lib. II.* flumen appellat

pellat Vulturnum, hodie *Sanguigno*. Vid. *P. Diaconus II. Long.* 2. *Aimon. II.* 32. *Capac. II. Hiſt. Neap.* 27.

L X V.

Romae in aedibus Principis Praeneſtini *Murat. p.* 1076. 4.

ΤΙΟϹ ΕΓΩ ΓΕΝΟΜΗΝ ΑΓΑΠΩΛΛΕΝΟΥ ΩΜΕΛΛΙΓΕΙϹΑ
ΚΟΥΙΝΤΑ ΤΕΚΕΝ ΘΑΛΕΡΗ ΡΗΓΙΩ ΕΝ ΔΙΕΡΩ
ΕΝΔΥΚΕΩϹ Δ ΕΤΡΕΦΟΝ ΤΕ ΕΑΤΕΙΜΗΤΟΝ ΜΕ ΚΑΛΕϹϹΑΝ
ΔΩΡΑ ΔΕ ΜΟΥϹΑΩΝ ΚΑΙ ΒΡΕΦΟϹ ΩΝ ΑΓΑΠΩΝ
ΔΩΔΕΚΕΤΗϹ ΗΛΘΟΝ ΡΩΜΗΝ ΦΙΛΕΤΗϹ ΜΕ ΚΑΛΥΠΤΕΙ
ΗΔΕ ΝΕΟΝ ΒΩΛΟϹ ΠΑΤΡΙ ΛΙΠΟΝ ΤΑΧΕΑ

Υἱὸς ἐγὼ γενόμην Ἀγαπωλλένου Ὠμελλιγεῖσα
Κυίντα τέκεν θαλερή Ῥηγίῳ ἐν διερῷ.
Ἐνδυκέως δ᾽ ἔτρεφον τε ἐατειμήτον μὲ καλέσσαν,
Δῶρα δὲ Μουσάων καὶ βρέφος ὢν ἀγαπῶν.
Δωδεκέτης ἦλθον Ῥωμὴν· φιλέτης μὲ καλύπτει
Ἡ δὲ νεὸν βῶλος πατρὶ λίπον ταχέα.

Sic ego metri cauſa.

Hic Agapolleni ſum filius : Omeligiſa
Quinta tulit juvenis Rhegio in undiſono :
Perbene nutrierant, dignum quoque honore vocabant,
Muſarum colerem quum ſacra dona puer.
Romam adii duodennis adhuc : ſed nuper amica
Condit humus, dum mors fallit acerba patrem.

L X V I.

Fabrett. p. 193. *n.* 454.

ΒΑΙΟΝ ΕΠΙΣΤΗΣΑΣ ΙΧΝΟΣ ΕΝΘΑΔΕ ΤΥΜΒΟΝ ΑΘΡΗΣΟΝ
ΠΑΙΔΟΣ ΑΦΝΩ ΜΑΘΩΝ ΜΗΤΡΟΣ ΑΠΟΠΤΑΜΕΝΟΥ
ΩΧΕΤΟ Δ ΕΝ ΝΕΚΥΕΣΣΙ ΛΙΠΩΝ ΠΑΤΡΙ ΠΕΝΘΟΣ ΑΛΑΚΤΟΝ
ΔΙΣΣΗΣ ΠΛΗΡΩΣΗΣ ΠΕΝΤΑΔΑ ΤΩΝ ΣΥΝΟΔΩΝ
ΤΟΙΟΣ ΔΗΝ ΓΕΓΑΩΣ ΟΙΟΣ ΠΟΤΕ ΦΥΣΕΝ ΙΑΚΧΟΣ
Η ΘΡΑΣΥΣ ΑΛΚΙΔΗΣ ΗΚΑΛΟΣ ΕΝΔΥΜΙΩΝ

Βαίον ἐπιστήσας ἴχνος ἐνθάδε τύμβον ἄθρησον
Παιδὸς ἄφνω μαθὼν μητρὸς ἀποπταμένου·
Ὤχετο δ᾽ ἐν νεκύεσσι λιπὼν πατρὶ πένθος ἄλακτον,
Δισσῆς πληρώσης πεντάδα τῶν συνόδων.

Τοῖος

Τοῖος δ' ἦν γεγαὼς, οἷος πότε φύσεν Ἴακχος,
Ἢ θρασὺς Ἀλκίδης ἢ καλὸς Ἐνδύμιων.

Sic ego reddebam latine.

Hic paulum ſiſtens, infantis cerne ſepulcrum
Abrepti heu! ſubito matris ab uberibus,
Ad manes abiit, patri lacrimaſque reliquit,
Bis lunae ut curſús quinque replere datum eſt.
Talis erat natus, fuit olim qualis Jacchus,
Fortis & Alcides, pulcher & Endymion.

L X V I I.

Romae. *Fabrett. pag. 723. n. 442.*

ΜΝΗΜΗΝ ΤΗΣ ΙΔΙΑΣ ΓΑΜΕΤΗΣ ΜΕΤΑ ΜΟΙΡΑΝ ΑΤΡΕΠΤΟΝ
ΕΝ ΣΤΕΡΝΟΙΣΙΝ ΕΧΩΝ ΙΔΙΟΣ ΠΟΣΙΣ ΩΝ ΕΤΙ ΖΩΟΣ
ΕΤΩ ΕΦΥ ΣΙΓΤΑΛΑΙΣ ΠΑΡΟΔΟΙ ΠΟΡΕΤΟΥ Θ ΤΠΕΤΡΑ Α
ΠΡΩΤΟΝ ΜΕΝ ΤΥΠΟΣ ΗΝ ΑΤΤΗ ΧΡΤΣΗΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ
ΕΙΧΕ ΔΕ ΚΑΙ ΨΥΧΕΝ ΑΦΕΛΗ ΣΤΕΡΝΟΙΣΙ ΜΕΝΟΥΣΑΝ
ΗΝ ΑΓΑΘΗ ΝΟΜΙΜΟΙΣ ΔΕ ΘΕΟΥ ΠΑΡΕΓΕΙΝΕΤΟ ΠΑΣΙΝ
ΟΥΔΕΝ ΟΛΩΣ ΠΑΡΕΒΑΙΝΕ ΧΑΡΙΖΕΤΟ ΛΕΙΠΟΜΕΝΟΙΣΙΝ
ΔΟΥΛΑΙΣ ΥΠΑΡΧΟΥΣΑ ΣΤΕΦΑΝΟΝ ΤΟΝ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ ΕΣΧΕΝ
ΖΩΟΥΣ ΤΡΕΙΣ ΕΚΤΗΣΕ ΓΟΝΟΥΣ ΜΗΤΗΡ ΕΓΕΝΗΘΗ
ΔΙΣΣΩΝ ΑΡΡΕΝΙΧΩΝ ΤΟ ΔΕ ΘΗΛΥ ΤΡΙΤΟΝ ΚΑΤΙΔΟΥΣΑ
ΗΟΥΣ ΕΝΔΕΚΑΤΗΣ ΕΛΙΠΕ ΨΙΧΗΝ ΑΜΕΡΙΜΝΩΣ
ΚΑΛΛΩΣ Δ ΑΥ ΜΕΤΑ ΜΟΙΡΑΝ ΑΜΑΖΟΝΟΣ ΕΣΧΕΝ ΑΠΙΣΤΟΝ
ΩΣΤΕ ΝΕΚΡΑΣ ΠΛΕΟΝ Η ΖΟΣΗΣ ΕΙΣ ΕΡΩΤΑ ΦΕΡΕΣΘΑΙ
ΕΙΚΟΣΤΟΝ ΔΕ ΒΙΩΣΑΣΑΝ ΑΦΕΛΩΣ ΕΝΙΑΥΤΟΝ
ΜΑΡΚΙΑΝ ΤΗΝ ΕΛΙΚΗΝ ΖΟΦΕΡΟΣ ΤΑΦΟΣ ΕΝΘΑ ΚΑΛΥΠΤΕΙ

Docte hunc lapidem emendat Hagenbuchius
Epiſt. Epigr. 48. & ſeqq.

Μνήμην τῆς ἰδίας γαμετῆς μετὰ μοῖραν ἄτρεπτον
Ἐν στέρνοισιν ἔχων ἴδιος πόσις, ὢν ἔτι ζωὸς,
Ἔξω, ἔφη, στήλαις παρ', ὁδοιπόροι, τῶνδ' ὑπέγραψα.
Πρῶτον μὲν τύπος ἦν αὕτη χρυσῆς Ἀφροδίτης,
Εἶχε δὲ καὶ ψυχὴν ἀφελῆ στέρνοισι μένουσαν.
Ἦν ἀγαθή. Νομίμοις δὲ θεοῦ παρεγείνετο πᾶσιν.
Οὐδὲ ὅλως παρέβαινε. Χαρίζετο λειπομένοισιν.

Δυ-

Δουλὶς ὑπάρχουσα στέφανον τὸν ἐλεύθερον ἔσχεν.
Ζωοὺς τρεῖς ἐκύησε γόνους. Μήτηρ ἐγενήθη
Δισσῶν ἀρρενικῶν· τὸ δὲ θῆλυ τρίτον κατιδοῦσα
Ἠοῦς ἐνδεκάτης ἔλιπε ψυχὴν ἀμερίμνως,
Κάλλος δ᾽ αὖ μετὰ μοῖραν Ἀμάζονος ἔσχεν ἄπιστον,
Ὥστε νεκρᾶς πλέον ἢ ζώσης ἐς ἔρωτα φέρεσθαι.
Εἰκοσὸν δὲ βιώσασαν ἀφελῶς ἐνιαυτὸν
Μαρκίαν τὴν Ἑλύκην ζοφερὸς τάφος ἔνθα καλύπτει.

Sic ego latine.

Conjugis uſque memor poſt immutabile fatum
Illam corde fovens vir carmine honorat, at extra
Cipporum ſeriem, lapis eſt ubi primus ab urbe.
Illa quidem fuerat Veneris typus inclytus aureae,
Cui ſimplex animus pudibundo in corde manebat:
Lux probitatis erat, ſacris aderatque Deorum
Omnibus: haud ulli gravis, officioſa miſellis;
Servaque quum fuerit, meruit ceu ſponſa coronam
Libera, tres foetus vivos enixa, duorum
Facta parens marium, vidiſſet quumque puellam,
Undecima aurora vitam haud gemebunda reliquit,
Defuncta & ſpeciem ſervavit Amazonis, & plus,
Credite, in extinctae, quam vivae traxit amorem.
Poſtquam olli fluxit caſtae viceſimus annus,
Marcia in hoc Helice tenebroſo eſt condita ſaxo.

L X V I I I.

In Sicilia. *Ferrettius pag.* 119.

ALMO . THEON . THYRSIS . ORTI . SVB . MONTE . PELORI
SEMINE . DISPARILI . LAVRENTE . LACONE . SABINA
VITE . SABINA . LACON . SVLCO . SVE . COGNITA . LAVRENS
THYRSIS . OVES . VITVLOS . THEON . EGERAT . ALMO . CAPELLAS
ALMO . PVER . PVBESQVE . THEON . ET . THYRSIS . EPHEBVS
CANNA . ALMO . THYRSIS . STIPVLA . THEON . ORE . MELODVS
NAIS . AMAT . THYRSIN . GLAVCE . ALMONA . NISA . THEONEM
NISA . ROSAS . GLAVCE . VIOLAS . DAT . LILIA . NAIS

Ferrettius haec carmina exſcripta tradit vetuſto e marmo-

more. Cytherio Sidonio nonnulli adſcribunt. In quibuſdam codicibus Virgilii ſunt ante Bucholicon. Repone inter ſuſpecta.

L X I X.

In Barbicano.

QVID . GNATVM . CAEDIT . VENVS . ARCVM . PERDIDIT . ARCVM
QVIS . RAPVIT . TVSCO . FLAVIA . NATA . SOLO
QVI . FACTVM . PETIT . HAEC . DEDIT . HIC . NAM . LVMINE . FORMAE
DECEPTVS . MATRI . SE . DARE . CREDIDERAT

Inſcriptus hic quidem titulus marmori antiquo, ſed ſuſpicione non caret. Vid. Scaliger in notis ad Gruterum.

L X X.

Farneſianum marmor.

ΠΡΩΤΑ ΜΕΝ ΕΝ ΝΕΜΕΑ ΒΡΙΑΡΟΝ ΚΑΤΕΠΕΦΝΕ ΛΕΟΝΤΑ
ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΥΔΡΑΝ ΛΕΡΝΑΙΑΝ ΕΚΤΕΙΝΕ ΤΡΙΤΟΝ ΔΕ
ΚΑΠΡΟΝ ΕΝ ΑΡΚΑΔΙΑ ΣΤΙΚΤΗΝ ΕΛΑΦΟΝ ΔΕ ΤΕΤΑΡΤΟΝ
ΠΕΜΠΤΟΝ ΔΕ ΣΤΡΟΥΘΟΥΣ ΣΤΥΜΦΑΛΙΔΟΣ ΗΛΑΣΕ ΛΙΜΝΗΣ
ΕΚΤΟΝ Δ ΑΥΓΕΙΑΟ ΕΦΟΡΕΙ ΚΟΠΡΟΝ ΕΒΔΟΜΟΝ ΕΛΘΩΝ
ΕΚ ΚΡΗΤΗΣ ΤΑΥΡΟΝ ΜΕΓΑΝ ΗΓΑΓΕΝ ΟΓΔΟΟΝ ΙΠΠΟΥΣ
ΒΙΣΤΟΝΟΣ ΕΞΕΛΑΣΕΝ ΔΙΟΜΗΔΕΟΣ ΙΠΠΟΛΥΤΗΣ ΤΕ
ζωΣΤΗΡΑ ΕΞΕΚΟΜΙΣΕΝ ΑΜΑΖΟΝΙΔΟΣ ΔΕΚΑΤΟΝ ΔΕ
Γηριόν ΗΝ ΕΚΤΕΙΝΕ καὶ ΑΓΑΓΕ ΒΟΥΣ ΑΓΕΛΑΙΑΣ
ΕΝΔΕΚΑΤΟΝ Δ ΕΞ ΑΔΟΥ ΑΝΗΓΑΓΕ ΚΕΡΒΕΡΟΝ ἐλθὼν
ΕΣΠΕΡΙΔΩΝ Δ ΕΝΝΕΓΚΕ ΜΟΛΩΝ εἰς Ἑλλάδα δρεπτὰ
ΧΡΥΣΕΑ ΜΗΛΑ ΔΡΑΚΟΝΤΑ ΛΑΘ . . . φονεύσας.
ΔΩΔΕΚΑ ΜΕΝ ΤΟΥΣ Δ ΕΞΕΝΝεγκὼν ἔκτανε πολλούς.
ΒΟΥΣΙΡΙΝ ΜΕΝ ΕΝ ΑΙΓΥΠτῳ, Σαρπάδονα, Νέσσον,
ΑΝΤΑΙΟΝ ΦΟΛΟΗΝ ΚΕΝΤαύρους, Εὐρυτίωνα,
ΚΥΚΝΟΝ ΚΑΙ ΑΕΤΟΝ ΤΟξεύσας, Κάρκινον, Ὄρθρον.
ΕΝ Δ ΑΥΤΟΙΣ ΠΥΜΑΤΙς ΧΘονὸς ἵδρυσε τέρματα ὁδείας,
ΟΥ ΤΟΝ θεὸν πιθΕΗ ΤΕρπνὸν φάος Αἰλίοιο.

Perperam dedere hoc marmor Tollius, ex Tollio Reineſius, ex autographo Sponius: dedit accuratius ex Blanchinio Gorius, ex Gorio Muratorius: noviſſime Diſſ. cui tit. *Herculis Quies & expiatio*, feliciſſime illuſtravit P. Eduardus Corſinus, lumen mei Ordinis immortale. Sic ego metrice.

Primus honos Nemeae horrendum jugulaſſe leonem;
Lernaeam fuit alter hydram: mox tertius Aprum
Suſtulit Arcadiae: quarto maculataque cerva,
Quinto & Stymphalidis volucres ceſſere paludis:
Tranſtulit Augiae ſextus mala ſtercora: taurum
Septimus e Creta ingentem; Diomedis abegit
Biſtonios octavus equos, & Amazonis idem
Hippolytae abſtraxit zonam: decimuſque triformem
Geryonem occidit, tauros rapuitque gregales:
Cerberum at undecimus veniens eduxit ab orco,
Aurea & adveniens in Achajam poma tuliſſe
Dicitur Heſperidum, cuſtode dracone peremto.
Talia quum ferret, multos in tartara miſit,
Buſiridem in Memphi, nec non Sarpedona, Neſſum,
Antaeum, Pholoes Centauros, Eurytionem,
Cycnum, Aquilamque ſimul, Cancrum jaculatus, & Orthrum.
Definitque ſuas mundi cum limite curas,
Ponit ubi fines ſibi lumen amabile ſolis

LXXI.

Romae. *Fabrett. X. pag.* 731. *n.* 449.

ΒΙΗΝΟΦΙΛΟΝ ΤΑΦΟΣ ΟΥΤΟΣ ΕΧΕΙ ΠΟΛΥΠΕΝΘΕΑ
ΠΑΙΔΑ ΟΝ ΧΑΡΙΤΩΝ ΠΡΙΣΣΩΝ ΠΑΝΕΠΗΡΑΣΤΟΝ ΕΙΔΟΣ;
ΕΧΟΝΤΑ ΑΙΝΟΤΟΚΩΝ ΕΩΝ ΦΘΟΝΟΣ ΗΡΠΑΣΕ.
ΝΟΝΚΑΘΟΡΑΤΕ ΟΚΤΩ ΜΟΝΟΙΣ ΕΤΕΣΙΝ
ΣΕΒΙΩ ΚΟΤΑΛΛΗΣΙΓΕ ΠΕΝΤΕ

Habe diſtinctam ex Hagenbuchii *Epiſt. Epigr. pag.* 42.

Μηνόφιλον τάφος, οὗτος ἔχει πολυπένθεα παῖδα;
Ὃν Χαρίτων τρίσσων πανεπήρατον εἶδος ἔχοντα
Αἰνοτόκων γονέων. φθόνος ἥρπασεν· ὃν καθόρατε
Ὀκτὼ μόνοις ἔτεσιν βεβιωκότα μησί τε πέντε.

Sic ego vertebam.

Menophili eſt pueri lacrimabilis hocce ſepulcrum,
Quem Charitum ſplendore trium formaque decorum
Fatorum miſeris tulit ordo parentibus atrox.
Octo vix annos, & menſes quinque peregit.

SYL-

SYLLABVS INSCRIPTIONVM.

CLASSIS VI.

Coniugum.

Antoniae L. F. Maurae pag.	117
Apollonia quae vocitabar	114
Attiliae L. F. Pomptillae	133
Baſſa vatis quae Laberi	114
C. Rubrius Urbanus	97
Claudiae Lepidillae	117
Connubii decus	116
Debita Conjugio Apelles	116
Detrahe ſerta comis	129
Hic pietatis bonos	113
Hic ſita quae vixit	135
Hoſpes quod deico	98
Immitis ferro ſecuit	119
Ingratae Veneri ſpondebā	119
Innocuus Aper ecce	121
Invida florentem	104
Juliae Secundae.	102
Julia quae longa fueras	109
Laeliae Clementinae	101
Lesbiae oſſa hic ſita	100
Laevitia conjunx	113
Laomedon genuit	116
L. Petronius L.F.Primus	112
L. Valerius Severinus	133
Manes ſi ſaperent	131
M. Aemilius M. F.	137
Marcianae C. F. Verae	139
Meja fui felix	110
Non potuit totos	104
Q. Fabio Augurino	111
Q. Vibius L. F.	130
Quiſquis amore volens	113
Reſtitutae	110
Rubriae Tertulliae	107
Semicapri quicunque	134
Servavi thalamum	129
Si quis forte velit	ibid.
Sic pia ſic felix	100
Tarquitiae Modeſtae	103
T. Truppicus T. F.	121
Vibia Phryne vixit	131
Δοιοὺς Ἱπποµεδοντας	125
Λείψανα Λουκίλλης	129
Μαρκέλλης τάφος	128
Μνῆμ᾽ ἀρετῆς µοίρης	138
Ξανθίππην Ἄκυλα	137
Πόλλα Πειγλθου χαῖρε	122
Ποπιλίης τάφος οὗτος	110
Ῥουφείνης τάφος οὗτος	135
Σῆμα τοῦ Γλυκερῆ	140
Τὸν Δίος ἀμφίπολον	114

Τὸν σοφίης σφέχοντα	132	Φεάζε τίνος γονέος	105
Τύμβον ὅςας παρεδῖτα	127		

CLASSIS VII.

Liberorum.

C. Acilii Erotis	245	*Primilla F. ſuo*	231
Cajus Tutilius Rufinus	258	*Pylades Anni Novati*	242
Camillus Aquilejus	250	*Q. Caecilio Q. F.*	244
Cinura mater ſibi	243	*Q. Aricinus Q. F.*	245
D. Laelius D. F. Palatina	262	*Quintum annum & dec.*	254
Di manes manes ſitis.	227	*Quod vixi flos eſt*	248
Diſpar damna lege	264	*Sepulchrum Eugenii*	234
Filius hic ſitus eſt	252	*Si non fatorum*	224
Florentem ſpeciem	248	*T. Aelius Hoſpes*	252
Funere non aequo	241	*Ti. Antonio Rufino*	225
Heu crudele nimis	253	*Ti. Claudius Eſquil. tr.*	263
Hic Aquilae cineres	241	*Trax puer aſtricta*	264
Hic puer octavo	242	*Valeria Novella mater*	237
Hic ſitus ille ego	249	*Vervex & pueri*	259
Hic ſitus Amphion	262	Ἁδὶ Ἡρακλείδην	229
Laberiae Alexandriae	240	Ἄιθος ἐγὼ γλυφμένη	224
L. Calpurnii Hypni	244	Ἄνθεα πολλὰ γένοιτο	246
M. Junio M. F.	246	Βασιλείδης ἐτῶν	238
M. Annaeus M. F. Eſquil.	250	Εἰκόνα τήνδε Πεθάνος	230
Me miſerum fraternus	226	Ἕκτον ἐπ᾽ εἰκοςῷ	223
Memoriae M. Lucei	231	Κιξίλλος τόδε σῆμα	261
Murrae & Verecundo	249	Μάρκος Αὐρήλιος Εὔτυχος	258
Muſica cum cantu	243	Μινικράτης Ἀπολλωνίου	235
Nec duro jam doleas	225	Μὴ πῶ γεωσπάρμενος	260
Nomine quo genitor	254	Νῦν βασίλειος ἐγὼ	255
Nunc pater & mater	242	Παξίδος ἐκ Σμύρνης	251
Parvulus hic ſitus eſt	237	Πλεῖςην δὴ θνητῶν	256
Pater & mater titulum	252	Προθήβην ἔτι κερὸν	247
Phoſtilio P. F. Poblilia tr.	257	Τέρμα βίου πλήσας	259

Φλα-

Φλάβιος Καικιλίου Στάκ.	239	Ψύχ' ῥὸν ὕδωρ	228

CLASSIS VIII.

Puellarum.

Aeliae P. F. Sabinae	324	*Salaſiae L. F. Merulae*	324
Artibus ingenuis cura	305	Eadem *inemendata*	314
C. Clodiae Filiae	313	*Sum caſtae cinerum*	324
Curtia hic ſita eſt	324	*T. Truppicus* inconſiderate iteratus lapis.	323
Felix haec viſa eſt	318	*Verius hunc titulum*	313
Hateria Talete	324	*Veturiae C. F. Bellae*	328
Have Septima	313	*Umbrarum ſecura quies*	311
Heus qui tranſis	312	*Ummidiae manes*	326
Hic ſum Baſſa ſita	316	*Volumniae Iſiacae*	306
Immatura quies	328	Εἰκόσιν δὶς λυκάβασιν	326
Invida ſors fati	323	Κλαύσατε πάντες	315
Jucunda ſueis	319	Νύμφαι κρυμναῖαι	307
Juliae Helpidis	327	Ὃν ὅτε μόνον	323
Muſa & Megiſte	306	Οὐκ ἔθανες Πρῶτε	321
Ninnia Cronis	313	Οὐχ ὁσίως ἥρπαξες	309
Nome fuit nomen	305	Σῆμα μὲν ἐν στήλῃ	314
Quod dulcis nati	318	Σώφρονα Κρησκεντεῖνην	319
Rapta ſinu matris	320		

CLASSIS IX.

Libertorum Libertarumque ac Mancipiorum.

Ac veluti formoſa roſa	384	*C. Curtius C. L. Antiochus*	421
Altorio meritum dicat	412	*C. Julius C. L. Antiochus*	410
Anniae Agathonices	409	*C. Junio Clity ...*	398
A. Socconi Attice L.	422	*C. Octavius Memor*	409
A. Socconi Chreſto	ibid.	*C. Poblitius ɔ. L.*	411
Athimetus Pamphili	375	*C. Publicius C. L.*	483
Aurelius L. L. Herma	370	*C. Vibius C. L.*	385
Θ. *C. Fidicularius C. L.*	383	*Calpurnia Athis*	371

Clau-

Digitized by Google

Verna puer, puer o	407
Vipſania M. L.	397
Viro poſuit conjunx	377
Una juveniles domus	371
Xantippes ſive Jajae	381
Zethus T. Vini	405
Δαίμοσιν εὐσεβέσιν	389
Ἐνθάδε κεῖμαι ἄνανδρον	380
Εὐφράνθεις ἀνικῶς	399
Ἱστορίας δείξας καὶ	401
Κήρυξ καὶ τάφος	390
Σεμνὴν Πηνελόπην	379
Τὸν ζιβὸν ὅς	391
Στὰς χένε τάνδ᾽	394

CLASSIS X.

Spicilegium Inſcriptionum Chriſtianarum.

Acceleres quamvis, orat	501
Ambroſi quid vis	497
Atria quae cernis	502
Atria magnifici ſunt	514
Caſſius immerito	492
Cervia quae fidei	508
Culmen opes ſobolem	504
Cum prima Dativae	508
Dacia quem genuit	497
Ennodius Vates	491
Epitaphium Remo	495
Fama refert Sanctos	511
Foedula quae mundum	513
Germine ſublimi Proba	511
Heu quantos luctus	499
Hic aviam neptemque	506
Hic Benedictus adeſt	496
Hic jacet in tumulo	501
Hic jacet in tumulo quem	510
Hic mihi cara pio	493
Hic populi leges	496
Hic Verus qui ſemper	492
Hoc Auguſte quidem	495
Hoc recubat tumulo	506
Hoc tegitur tumulo	498
Humano generi legem	512
In freta dum fluvii	494
Limine virgineo hic	505
Maeonia & latia	508
Marmore concluſum	507
Maximus hic ſitus eſt	513
Mors quae perpetuo	499
Pande tuas Paradiſe	509
Parvus erat locus	501
Patrono meritis	513
Pontia ſidereis ſpirans	503
Pontificis requiem	494
Pontificis ſancti cineres	502
Poſtquam mors Chriſti	514
Quiſquis ad haec Sancti	500
Rapta jacet natis	508
Sacri fontis honor	514
Sanctor. veneranda cohors	494
Sic premia ſervas	509
Sparge roſas lector	513
Virginis hic tenerae	493
Urna brevis geminum	497

CLAS-

CLASSIS XI.

Varii Generis Monumenta.

Almo, Theon, Thyrſis	544	*Sic tibi perpetuo*	523
Caeſius Aequidicus	523	*Sint licet exiguae*	525
C. Fontejo Spuriano	525	*Siſte gradum fugiat*	524
Cum mihi mors animam	535	*Sponte fui pauper*	526
Doctibibus jacet heic	536	*Stallius Gajus has*	533
Fecerat Eufranor Bacch.	517	*Tibur mihi patria*	534
Feltria perpetuo	527	*Vixi edi atq. bibi*	536
Gallia me genuit	338	*Unda lavat carnis*	528
Havete animae bonae	521	*Ut perferantur ſi qua*	525
Hic jacet Helvidius	517	*Zoicus hic nomen*	521
Hic lapis eſt unus	528	Ἀντ' ἀρετῆς	515
Hic ſita ſum varios	535	Βαιὸν ἐπιστήσας ἴχνος	542
Hoc qui ſcire cupis	526	Βάσσος ἐγὼ	519
Ille ego qui quondam	516	Γράψε Πολύγνωτος	517
Infelix annoſa viro	527	Εἰς θρήνους ἐφύλαξας	531
Ingentes tibi gratias	521	Ἐνθάδε ἀπορρήξας	517
Juliae Feliculae	536	Ἐνθάδε Διάλογος	530
L. Licinius Priſcus	526	Ἐνθάδε μὲν κεῖμαι	522
L. Manlio L. F. Ouſentina	525	Ἑσπερίης πάσης	537
Luſciniae Philumenae	539	Ἔστως διστάξεις	530
M. aeternae L. Cl. Ruf.	524	Ἦλθες ἐμῆς ζωῆς	520
M. Mario Proculo	540	Ἤλυθες οὐκ ἀβόατος	516
Molliter oſſa cubent	526	Ἰὴ περὶ Τρόφιμω	531
Monumentum abſolvi	522	Καλλιτέκνον σέμνην	529
O tu qui multas	526	Κλαύδιος ἰητὴρ	540
P. Atinius L. F.	523	Μνήμην τῆς ἰδίας	543
Petronio Birronio	522	Μύρα ἀποφθιμένοιο	532
Quam bene curbati	528	Ὀστέα μὲν σάρκας	518
Qui Patrias conſumpſit	534	Παρθενὶς ἐνθάδε κεῖται	529
Quod potui poſui tibi	538	Πέντ' ἐπὶ πεντηκόντα	528
Quo tua Romanae vindex	537	Πῆνος μὲν γλυκερῆς	519
Salvis DD. NN. Impp.	527	Ῥέθρα Κασσαλίνου	541
Sita hic ſit papilio	540	Τοῦτον ὃν εἰσορᾷς	515
Semper in hanc tabula	527	Υἱὸς ἐγὼ γλυκερὸν	542

IN-

INDEX RERVM NOTABILIVM,

Quae in hoc Volumine continentur.

A

A Similis lamdae. pag. 124
Abgari regis infelicitas. 225
Abluendi cadavera uſus & utilitas apud veteres Chriſtianos. 432
Accenſorum variae ſpecies. 122
Acerra ad torum funebrem. 51
Achillis in Patroclum amor. 90
Adolere & cremare perperam diſtinguit Gutherius. 192
Aeris cathartica vis. 303
Aes idem ac aſſis. 9
Agape natalitia & funebris. 487
Alimentorum largitio. 89
Alleluja in funere Chriſtiano. 451
Ambroſiae ſupplementum. 210
Amici in Elyſiis. 90
Amor dux Pſyches. 22
Amuleta ſepulcro tradita. 167
Anaglypha myſtica. 10. 13
Ludicra in puerorũ ſepulcr. 162
Anculi & Anculae. 362
Anima cur magna. 209
Conjuncta tribus corporibus. 198
Anima in primo ore. 39
Animae duces ad Elyſios. 16
Deſcenſus e caelo ac reditus. 23
Animantium picturae ſepulcrales. pag. 165
Annorum curioſa computatio. 92
Annorum menſium dierum aequalis numerus. 103
Annuli perbelle inſcripti. 69
Eleganter inciſi. *ibid.*
Rogo & ſepulcro traditi. 68
Annuli ſignatorii traditio. 11. 12
An cum cineribus ſepultus. 11
Antinoi Apotheoſis. 349
Apicii tres. 535
Apollinis potentia. 25
Contra homicidas invocatus. *ibi.*
Apophreta Chriſtianorum. 440
Aqua luſtralis Chriſt. 459
Aquae vis cathartica. 200
Arae Deorum everſae ac lapidatae in carorum morte. 185
Arae ſepulcrales. 120
Cur binae. 220
Arborum typus in coemeteriis. 470
Attalicae veſtes. 54
Sepulcris conditae. 55
Avari Genius. 97
Averrunci Dii. 35
Auguſtae prolis honores poſtumi. pag. 177. ſeqq.
Auguſti pietas in Agrippam. 73
Cura de educandis nepotib. 364

B

B Aldinus P. J. Franciſcus. 243
Balſamum in ſepulcris. 47
Barbarorum funus. 71
B. B in lapidibus. 112
Benedictus XIV. P. M. 293. 359
Bigariorum conditio. 387
Binae manus expanſae. 25
Bottarius Jo. Praeſul. 473
Bulla puerilis quando poſita. 169
Bulla triumphalis rejecta. 168

Bullae forma inſtar cordis repudiata. 171
Bullae puerorum ſepultae. 163

C

Cadavera rite compoſita. 40. 429
Varie condita aromatibus. 45. 433
Cuſtodita domi. 48.
Loco pignoris rapta. 49
Conſpectui data a Chriſtianis. 454
Deformia veſtibus involuta. 153
Caeſarum amor in libertos. 347
Calaſanctius B. Joſeph. 455. 460
Calcis uſus pro aromatibus apud Chriſtianos. 433
Canaliculi obliqui in ſepulcr. 202
Canes mactati in funere. 161
Cerae extremae. 10
Cereorum copia in funere Chr. 446
Vigilantius refutatus. 448
Choragii pompa. 273
Chorus gaudivigens. 533
Chriſti monogramma varie expreſſum ante Conſtantinum. 477
In ethnicorum numiſmatibus. 478
Cicero de riciniis. 53
Ejus honor ſingularis. 177
Dolor in morte Tulliolae. 286
Solicitudo de ejus apotheoſi. 287
Cineres amicorum miſti. 90
Cinerum collectio. 161
Cinxiae Deae. 107
Circenſes ludi. 80
Claves filiae traditae. 11
Coemeteria unde dicta. 487
Cur agri & templa. 485
A Chriſtianis habitata. 486
Eorum deſcriptio. 480
Multitudo in variis locis. 481
Coena funebris duplex. 186
Coli uſus in menſis. 201
Comitatus funeris Chriſtiani. 444
Connubialis amoris formulae. 91
Corbitores in funere. 86
Corona Sacerdotalis. 30
Coronae emortuales. 86. 441
Virtute partae. 69
Cupreae in ſepulcris. 153
An aureae in funere. 65
Coronata decreto publico ſepulcra virorum ac mulierum. 65
Crepundia in pueror. ſepulcr. 164
Crines tonſi aut ſoluti in carorum obitu. 151
Crux cadaveribus impoſita. 439
Cupreſſi raritas in urbe. 28
Uſus funebris. *ibid.*

D

Delicati ambigua vox. 238
Delicii appellatio. 408
D.M. in ſepulcris Chriſtianor. 463
Depoſitionis vox non inuſitatata Ethnicis contra Mabillonii. 483
Dii incuſati in carorum obitu. 185
Diocletiani furor in Chriſt. 474
Diodori opinio de aromatibus. 44
Dirae ſono impeditae. 34
Diſpenſatorum conditio. 363
Divinitatis impetrandae ratio. 200
Inſignia mortuis data. 18
Diviſionum munera. 88
Divitiae ſepulcrales. 68. 436
De his decretum providum. *ibid.*
Domini titulus emortualis. 164
Domitiani inſania. 186

E

Eleemoſinae in funere Chr. 462
Elyſiorum incerta ſedes. 20. 63
Epheſiorum malignitas. 515
Epiſcoporum ac Sacerdotum veſtis funebris. 439
Epulae anniverſariae. 188
Epulum funebre. 85
Ethnicos cum Chriſtianis ſepelire nefas. 484
Eumenii grammatici opes. 365
Exequii ritus. 186
Expiationis ratio. 199

Fa-

F

Faces & cerei comites omnis funeris. 155
Fax vitae mortiſque index. 23
Feminarum laudatio funebris. 66
Luxus in gemmis. 67
Nomina ſaliari carmini adſcripta. 66
Feneſtrae in catacumbis. 480
Filiorum filiarumque pietas in parentes. 78. ſeqq.
Fiſtulae in expiationibus. 200
Fleetvvodus caſtigatus. 492
Flores virtutum ſymbola. 441
Florum uſus apud Chriſtian. 442
Focus & acerra ad aegroti lectulum. 30
Foecunditatis praemium funebre. pag. 57. ſeqq.
Formulae Chriſt. ſepulcrales. 483
Foſſariorum ordo. 481
Franciſci I. Francorum Regis inanis in mumiis ſpes. 44
Funebris veſtis color. 75. 437
Funeris paupertas, deinde luxus apud Chriſtianos. 436
Furiae in ſepulcr. inſculptae. 31

G

G Quando inventa. 124
Genius bigarius in gem. 20
Genii concha vecti. 24
Genu flectendi ritus coram Epiſcopis unde ortus. 440
Gorius Antonius Franc. 8. alib.

H

H Ante conſonantem rejecta. 99
Hagenbuchius Jo. Gaſpar pag. 119. alib.
Hebraeorum regium funus. 458
Hederae, laurique uſus in ſepeliendis Chriſtianis. 459
Hercules animarum ductor. 20
Cur dictus Μήλιος. ibid.
Dracones in gemm. ſtrangulat. ib.
Delphinum calcat. 21
Ejus tunica ſtellata. ibid.
Auroram noctemque gerit. ibid.
Heredes Ceſtii laudati. 56
Heu & Vae in naeniis. 302
Hieronym. Mercurialis notatus. 46
Hominis creatio, vita, mors expreſſa anaglyphis. 19
Hora acerbi funeris. 154
Horarum enumeratio. 314
Hoſtia dum caedebatur fari nefas. pag. 193

I

I Ajae cognomen ludicrum. 384
Ignis vis cathartica. 203
Imagines Sanctor. in ſepulcr. 467
Incrementa in largitionibus. 89
Infantes minores rogo. 158
Infantium curioſa ſepultura. 157
Infantium more involuti a Chriſtianis mortui. 435
In imperio militari extinctis datum funus in urbe ſecus ac Gutherio placet. 181
In Jovis diademate ſigna Parcarum. 24
Inſepultorum umbrae. 373
Inſtrumenta martyrii ſepulta. 460
Jupiter Parcarum dux. 24
Juſtitii publici forma. 183
Inſtitutio contra Gutherium. 178

L

L Amentatorum vetuſtas. 301
Lamius Jo. Doctor. 269. 477
Laparellius Philippus Canonic. 444
Lapidatio ſepulcri. 306
Larvata funera. 275
Latitudo & longitudo ſepulcri varie expreſſa. 117
Laudatio Homerica. 233
Lectuli Etruſci forma. 36
Libamina in inferiis. 194
Libatum Diis ſuperis & inferis eodem modo. 195

Liberti ſuperbe ſepulti . 336
In ſepulcri communionem a patronis admiſſi . 341
Libertorum ſocietas in ſepulcro parando . 339
Nomina unde petita . 351
L vel LIB nunquam LI . 352
Fabretti & Muratorii error. 354
Lilith Judaicum monſtrum . 317
Linteorum pro cadaveribus triplex genus apudChriſtianos.435
Litterarum apices . 97
Liviae & Tiberii calliditas . 179
Locatellius Marchio Joannes Petrus . 219. eidem dedicata Diſſert. III. in I. Vol.
Lucerna virtutis & Chriſti ſymbolum . 499
Luci claro nefas parentibus oculos ſigillare . 41
Luctus domeſticus . 10. 15. 36
Luctus intermittendi cauſae . 77
In luctu ſponſalia fieri licuit, non nuptias . 72
Secus facienti indicta poena . *ibi*
Modeſtia Caeſaris Auguſti . 73
Ludi ſcenici . 82
Gladiatorii ad rogum & alibi : unde delati ad Graecos : quando inventi, & ſublati : pauperum mos . 83. 84
Ludorum funebrium vetuſtas , cauſa , varietas . 79. ſeq.
Aditus occluſus feminis . 81
Spectatorum corona & veſtis. *ibi*
P. Ludovico ab Auguſta Taurinorum Proc. Gen. Ordinis Capuccinorum inſcripta Diſſ. X. pag. 425
Lugendi tempus legitimum . 71
Lugendi , ſublugendi , elugendi , ac prolugendi vis . 72
Lugentes Hebraei ſedebant . 434
Lugentium veſtitus , inceſſus . 37

M

MAcci icuncula . 250
Maeviae legi data lux . 40
Tiraquelli & aliorum opinio refutata . 41
Maffejo Marchioni Scipioni inſcripta Diſſ.VII. 413. alibi
P. Mamachius . 483
Manium adoratio ad feretrum . 51
De iis doctrina inconſtans . 216
Eorum cultus unde ortus . 221
Martyrum corpora redemta . 430
Matronarum veſtis funebris . 68
Matrum in filios extrema *officia* . pag. 150
Mazochius Canonicus . 500
Mel & lac in inferiis . 144
Mercurius animarum dux , quaeſtor , janitor , nomenclator . 17
Cur cum volumine inſculptus. *ibi*
Ei vota facta in ſomno & itinere ſuſcipiendo . 18
Monſtra marina cur in anaglyphis ſepulcralibus . 21
Moreſtellii falſa opinio . 33
Morientes ſplendide amicti . 12
Mortui pro Diis habiti . 216
Muliebris veſtis in adverſis . 52
Lipſii ſententia incerta . 75
Mumiarum nulla virtus medica. 44
Herodoti & Diodori error . 45
Munia ſacra in coemeteriis . 485
Muſices uſus in morbis . 33

N

NAenia triplex . 303
Naturae inter animam & corpus mediae purgatio . 39
Naulus Charonti datus . 282
Ritus origo inquiritur . 284
Nilus idem ac Jupiter & Sol . 24
Nomenclatorum duplex genus in urbe . 374
Nomen Chriſti varie expreſſum . pag. 469. 478
No-

Nomina inflexa in ANVS. 356
Nominis deſpectus. 225. 462
Nominum ratio inconſtans in mulieribus. 109
Notae Chriſtianorum dubiae. 474
Numiſmata ethnicorum in Chriſtianorum ſepulcris. 461
Nuptiae Auguſtarum ſine exemplo. 74
Nuptiae puellularum. 109

O

ODores & unctura emortualis Ethnic. & Chriſtianor. 39. 433
Ollae ſingulares & perpetuae. 344
Oratio funebris Chriſtianorũ. 456
Oratio luſtralis. 206
Orationes funebres ſervatae. 173
Oſcillationis imago in ſepulcris. pag. 203
Oſcula morientibus data & accepta ab Ethnicis. 34
Oſculari mortuos apud Chriſtian. uſitatum, deinde vetitum. 434
Ovis typus in ſarcophagis. 466

P

PAciaudius Proc. Gen. Cl. Reg. Theatin. 127. alibi.
Pallae muliebris ſplendor. 59
Papiliones bijugi in gemma. 23
Papilionis combuſti ſymbolum. 22
Sepulcrum. 540
Parcae nentes. 19
Dictae matres & matronae. 20
Parcarum veſtis & munus. 19
Parentalia noctu celebrata. 212
Licita atro die. 213
Parentunr dolor & conſtantia in filiorum morte. 174. 286
Paſſerius Jo. Baptiſta. 8. alibi.
P. Paulino a S. Joſeph Praepoſit. Gen. Schol. Piar. inſcr. Diſſ. VI. 3
Pedana vox explicata. 120
Periſcelia varii generis. 60
Pervigilationes nocturnae. 452
Phylacteria ſepulta. 279. 460
Pietas fraterna L. Antonii. 78
Pii & Piiſſimi cur dicti. ibid.
Piſcis typus innocentiae, & Chriſti Domini. 469
Plato de anima. 22
De inferis. 199
Plebejus ſecus ac de plebe. 60
Poena ſepulcri violatoribus apud Chriſtianos. 436
Pollentia urbs & Dea. 373
Pomerii latitudo. 348
Pontifices Chriſtianorum funerum comites. 452
Pontifici nefas cadaveri adeſſe. 26
Porta emortualis. 444
Portae in anaglyphis ſepulcr. 17
Preces in ſepeliendis Chriſt. 515
Praeficarum munus. 297
Praetorianorum ſepulcra. 337
Pſaltriae ſubſtitutae praeficis. 301
Pſalmodia certa, incerti Pſalmi in Funere Chriſtiano. 450
Pſyches figura varia. 21
Ptelea Epheſi nomen. 515
Puellae fucatae in funere. 274
Pretioſis veſtibus ornatae. 277
A Diis raptae. 3?8
Puellae multifariam dictae. 109
Puerorum laudatio funebris ſuppleta ſcriptis. 160
Mors dicta raptus Deorum. 235
Puticuli & culignae. 358
Pyra cur in ſepulcris Chriſt. 458

R

REdemptores ab aerario. 339
Redivivi in rogo. 43
Reguli cujuſdam levitas. 160
Reſurrectio ethnicis nota. 115
Ejus ſymbolum apud Chriſt. 469
Ricinii forma & materia. 51
Variae opiniones. 53
Riciniorum duplex genus. 54
Ritus ethnic. in vitae exitu. 13. ſeq.

S

Sacerdotes coronati apud ethnicos & Chriſtianos. 29
Cur tres morienti adſunt. 31
Sacerdotum ethnicorum munus in ſuorum extremo morbo. 14. ſeqq.
Formulae ethnicorum in morte. pag. 32
Iiſdem licuit adeſſe mortuis. 27
Multo magis aegrotis. 28
Sacrificia in gravi morbo. 10
Deabus Cinxiis. 108
Sanctorum reliquiae ſummo pretio ac periculo redemtae. 430
Sarmentitii & Semiaxarii. 458
Jo. Scaliger emendatus. 52
Schlaegerus M. Carolus. 317
Scelerum ſanabilium & inſanabilium poena. 199
Sceleti figura elegans. 22
Scops ſaltatio mimica. 88
Scriptorum ſilentium de multis ritibus unde petendum. 8
Sepulcra diligenter abſcondita. 93
Communia conſanguineis, raro privignis. 175
Quomodo vendita & alienata. 339
Cur fanis ſimilia. 288
Biſoma, diſoma, triſoma. 484
A Chriſt. aedificata in veſtibulis templorum, deinde in templis. pag. 488
Serpentis varia ſignificatio. 229
Servi ordinarii & peculiares. 365
Lautiores. 405
Servis erant Vicarii non lib. 356
Servorum multitudo Romae. 341
Varia nomina. 357
Officia innumera. 366
Praecipua numerantur. 367
Seſtertium aliud a puticulis, 359
Silicernium explicatum. 187
Sine ſorte & extra ſortem. 340
Sive ſervus ſive libertus. 355
Sodalitiorum initium & finis. 242
Soloeciſmorum foeditas in urbe Ciceronis aevo. 346
Somno & morti ſtatuae junctim erectae. 18
Sortes & auguria in morbo. 148
Sportulis quid dari ſolitum. 88
Staccolo Equiti Hieronymo inſcripta Diſſ. IX. 331
Sterilitatis infelicitas in fun. 57
Sterlichio March. Romualdo inſcripta Diſſ. VIII. 267
Stoica ſepulcri contemtio. 335
Stolae Romanae luxus. 58
Symbola religionis ex vetere Teſtamento in ſepulcris Chriſtianorum. 464
Ex novo deſumta. 466
E belluis rebuſque inanimis. 468

T

Tagetis aetas. 13
Tapetia belluata. 165
Tarquinius cur dictus ſuperbus. pag. 335
Tertullianus refutatus. 466. 488
Teſtamentorum varia genera. 9
Teſtes alii a ſignatoribus. 10
Theſſalicae artis ſpecies, 34
Tibia in acerbo funere. 159
Dignitatis ſeptemviral. index. *ibi*
Tibicines in vitae exitu. 32
Ad tibicines mitti. 33
Titulorum barbaries Auguſti aevo. 345
Torres Marchioni Gaſpari dedicata Diſſ. VIII. 267
Tribus locus in lapidibus. 122
Trivii & quadrivii ſignificatio in ſeculis barbaris. 497
Tuba in morte cur. 33
Tulliolae an verum fanum dedicare voluerit Cicero. 286
Tutor quando daret morienti dexteram. 14

Va-

V

Valenti Praeſul Philippus & Comes Jacobus. 382
Valeriae Auguſtae laus. 73
Vas projectum mortis index. 19
Vaſcula varii generis in inferiis. pag. 194
Lacrimatoria rejecta. 291
Baruffaldi error. 295
Leibnitii opinio inanis. 296
Venus barbata. 120
Venus principium ac finis vitae. 233
Venutus Rodulphinus. 20. alibi
Veraniae laus. 50
Vergere ac fundere in ſacris idem erat ritus. 195
Vernanus Deus. 362
Vernarum ſuperbia. *ibid.*
Officia ſelectiora. 363
Verrii Flavii grammatici opes. 364
Veſtes praetioſae ſepultae. 276. al.
Candidae in luctu Chriſtiano. 437
Veſtis honor generoſus. 64
Color in parentalibus. 185
Viator ad aerarium. 338
Vicariorum Vicarii. 365
Viceſima libertatum. 364
Viceſima quinta venalium mancipiorum. *ibid.*
Victimae nigrae in inferiis. 190
In ſcrobe immolatae. 191
Erant holocauſta. 192
Victorius Commendator. 69. alibi
Vigiliae a jejuniis diſtinctae. 453
Virgines coronatae in funere Chriſtianorum. 441
Virginii & Virginiae. 92
Virorum dolor in uxorum funere. 50
Viſcerationis largitas. 88
Vita Chriſtianorum publice recitata poſt mortem. 457
Vitrea fragmenta in ſepulcr. Chriſtianorum. 475
Unctura mortuorum duplex. 43
Unguenta exotica Romae vetita, nunquam deleta. 47
Vota Deabus Cinxiis. 107
Vota matrum. 317
Urnae ſepulcrales perforatae. 195
Uxoris perfidia in virum. 55
Uxorum in viros denatos amor. 90

Z

Zacchariae Prophetae cadaver. 436
Zonae datae Deabus Cinxiis. 108
Zygiae Junonis aerarium. 273

FINIS.

Digitized by Google

Legatoria
R. SALVAREZZA
Via Val Sassina, 56-58
Tel. 899.223 - ROMA

Digitized by Google